230

Teología Moral

Baptista

32491

APPROBACION DEL PADRE F. Hernando Baçan, Maeſtro en Sancta Theologia, Cathedratico della en la Real Vniuerſidad de Mexico, y Prouincial que ha ſido de ſu Orden de Sancto Domingo. N. P.

(*❧*)

POR orden del Señor Canonigo Alonſo de Ecija Comiſſario General de la Bulla de la Sancta Cruzada en eſta Nueua Eſpaña, he viſto vn Libro intitulado, la Primera y Segunda parte delas Aduertencias para los Confeſſores de los Naturales, compueſto por el P. Fray Ioan Baptiſta dela Orden de nueſtro Seraphico Padre San Franciſco Guardian del Conuento de Sanctiago Tlatilulco, y Lector de Theologia que ha ſido muchos años en ſu Prouincia del Sancto Euangelio. Y auiendole leydo, y paſado con attencion y cuydado, no he hallado enel coſa que ſe deua reparar, y ſea eſtoruo ala expedicion

dela

#32491

dela Sancta Cruzada: antes da ſuffici-
ente motiuo para aficionar los ani-
mos delos fieles a recibir con deuoci-
on la dicha Bulla, y por eſte medio
gozar de las gracias, concesſiones y
facultades ſpirituales, que eſtan conce
didas por los Summos Pontifices, y en
eſte Libro ſabiamente recopiladas. Y
quanto alas materias que enel ſe tra-
tan, me ha parecido que ſu Doctrina
es muy buena y ſegura, y que enſeña
muy profundas ſentencias, y verdades
ſolidas y muy necesſarias, con eſtilo
breue, y reſolucion clara, digna dela e-
minencia de ſu Auctor. Y en orden al
miniſterio Apoſtolico dela enſeñança
delos Naturales, y conſeruaciõ en bue-
nas coſtũbres, y doctrina Chriſtiana,
es el Libro de mayor importancia q̃
he viſto impreſſo. Y reſpecto deſto en
tiendo que ſe harà muy grande ſerui-
cio a Dios, y biẽ a eſta republica delos
Yn-

Yndios con la publicaciõ deſte Libro, paraque con facilidad pueda venir a manos de ſus Miniſtros, y ſe cõſiga el fructo q̃ el piadoſo zelo y buenos trauajos del Auctor pretẽde. Fecha eneſte Conuento de Sancto Domingo deſta Ciudad de Mexico. a 11. dias del mes de Iunio de 1601. años.

Fray Hernando Baçan.



Fr. Nicolas Escoto

* ¶ INDVLTA ALIQVA * Apostolica concessa ordinibus mendicantibus, pro conuersione infidelium & manutentione in fide orthodoxa

*

¶ De communicatione priuilegiorum Ordinum Mendicantium.

¶ ADVERTENDVM est primo quod Ordines mēdicantes dicuntur, Ordo fratrum prædicatorum, Ordo fratrum minorum, Ordo Eremitarum Sancti Augustini, & Ordo fratrum Carmelitarum. Patet per capitulum Constitutionē de regularibus in.6. Et ex glossa. ca. Quorundam de electione. in. 6. Sūt & alij quatuor Ordines mendicantes recensiores quidem, sed non minus vtiles Ecclesię Dei. Ordo seruorum Beatę Mariæ, Ordo Minimorum, Ordo cōgregationis Sancti Hieronymi Iesuatorum, Ordo societatis Iesu de quibus sigillatim pertractat frater Emanuel Rodericus, to. 1. qq. Regu. & Canonicarū q. 2. art. 6.7.8. & 9. & q. 55. §. art. 2.3.4. &.5.

¶ 2. Aduertendum ꝙ fratres omnes mendicantes habent interse priuilegiorum commu

Q nica

communicationem, ita ꝙ nullum est priuilegium concessum, vel in posterum concedendũ vni alicui ordinum mendicantium, quo non gaudeant & alij ordines mendicantes: quo ad communicationem enim priuilegiorum reciprocantur. Ita declarauit *Pius Quintus* & ante eum Sixtus Quartus, Alexand. 6. & Leo 10. & Iulius. 2. & Iulius. 3. & Paulus. 4. in suis Bullis, quę Bullæ habentur in collectione priuilegiorum ordinis Prædicatorũ facta a patre Stephano Vsus maris. Et non solum communicãt in priuilegiis concessis; sed in priuilegiis concedendis, non solum ordinibus mendicantibus, sed etiam non mẽdicantibus. Ita frater Emanuel Rodericus in Explicatione Bullæ fo. 190. & prima. p. Sũmæ capitulo. 85. & Tom. 1 qq. Reg. & Canno. q. 55. art. 1. Et art. 17. eiusdẽ.q. ex professo discutit quæstionem, vtrum mendicantes & qui eorum gaudẽt priuilegiis possint frui priuilegiis religioni SOCIETATIS IESV concessis? & respondet affirmatiue [sicut & supra] ordines mendicantes, & q communicant in priuilegiis suis, concessis & concedendis, posse vti omnibus facultatibus concessis SOCIETATI IESV.

Et

Et at id quod obiicitur Clementem Septimũ ſolum fuiſſe locutum de priuilegiis cõcedendis ordinibus ſuo tempore a Sede Apoſtolica approbatis, & religionem SOCIETATIS IESV multo poſt, fuiſſe a Sede Apoſtolica approbatam: reſpondet, quòd poſt Clementem Septimum, Paulus Quartus, Pius Quartus, & Pius Quintus, & Gregorius Decimus tertius, & Sixtus Quintus priuilegia Mendicantium approbantes, ea õnia de nouo conceſſerunt: ac ſi tenor ipſorum priuilegiorum in eorum literis Apoſtolicis apponeretur, & ſic priuilegium Clementis Septimi tempore & ætate horum Summorum Pontificum fuiſſe conceſſum, quo tempore, & ætate, religio SOCIETATIS IESV nõ ſolum erat ab Eccleſia approbata, ſed etiam per orbem diſperſa. Verum hoc eſt certum & indubitatum Adrianum Sextum Pontificẽ maximum ad inſtantiam Caroli maximi Romanorum Imperatoris & Hiſpaniarum Regis conceſsiſſe fratribus minoribus de obſeruantia exiſtentibus, aut ire procurantibus, in dictis, & ad dictas Indiarum partes, vt prælati fratrum pro tempore exiſtẽtes, & quibus ipſi

de ſuis fratribus duxerint concedendum om nibus prædictis indultis in genere, aut in ſpe cie hactenus conceſsis & in poſterum conce dendis vti, potiri, & gaudere, libere, & licite poſsint & valeant: quod breue Apoſtolicum originale aſſeruatur Mexici in Conuentu S. Franciſci. Et Paulus. 3. anno. 1542. conceſ ſit fratribus Predicatoribus de Mexico com- municationem omnium priuilegiorum quæ a ſuis prædeceſſoribus conceſſa fuerunt qui buscunque ordinibus, & quæ in poſterum cõ cedentur, vt perpetuò, liberè & licitè eis gau dere poſsint, quod breue ſeruatur in conuẽ- tu S Dominici de Mexico. Ex quibus mani feſtum apparet fratres õnes mendicantes frui omnibus priuilegijs conceſsis & conceden- dis presbyteris Societatis Ieſu, & preſertim pro hoc Nouo orbe. ¶ Et frater Emanuel Rodericus in cõfirmationem huius ſententiæ adducit communicationem priuilegiorum fa ctam a Gregorio. 14. anno. 1591. Ordini Ciſtercienſi, in qua definit. Pontifex dictum ordinẽ frui etiam priuilegijs Societatis, cũ ipſi concedat communicationem omnium or- dinum. Adducit etiam confirmationem & cõ municationem priuilegiorum factam ab eo-

dem

eodem Gregorio. 14. congregationi fratrum Crucigerorum anno etiam. 1591. cuius tenorem refert, art. 11. q. citatę. In qua cõcessione specialiter eis concedit, vt possint frui priuilegijs, & indultis factis religioni presbyterorum collegialium Societatis Iesu.

¶ Sed maius dubium est, an priuilegia concessa à sede Apostolica religiosis Societatis, ita vt alijs religiosis aliorum ordinum minimê communicentur [de quibus Collector priuilegiorum Societatis] communicentur modo, per nouas concessiones posteriores Summorum Pontificum: in quibus conceditur ipsis religiosis, vt possint gaudere priuilegijs, dictæ Societatis? Ad hoc ita respondet frater Emanuel vbi supra art. 17. Hoc dubium aliquibus, & mihi etiam difficile apparet. Et certe vellem, vt mẽs Sedis Apostolicę circa hoc expressê postularetur. Modo tamẽ mẽtem ipsius ex priuilegijs datis indagando dico, quòd Gregorius. 14. in duabus concessionibus superius adductis absolute, & sine aliqua limitatione concedit, quòd Cistercienses & Crucigeri fruantur omnibus priuilegijs cõcessis alijs ordinibus, etiam Societatis Iesu. Et à concessione generali non est recedẽ-

dum, nisi vbi constat de voluntate concedentis: præcipue cum hoc sit beneficium principis, & per consequens latê inrerpretandum. Vnde etiam si à Sede Apostolica sit aliquod priuilegium concessum Societati, ita vt aliis religiosis aliorum Ordinum minime communicetur, cum successores Summi Pontifices, ea priuilegia sine aliqua limitatione aliquibus ordinibus communicauerint, cum q bus communicant mendicantes: clarum est ipsos mendicantes priuilegiis Societatis I E S V modo sine aliqua limitatione vti posse. Hæc ille.

¶ Religiosi etiam de la Merced, licet nõ sint mendicantes, gaudent tamen priuilegiis concessis & concedendis Ordinibus mendicantibus, & aliis non mendicantibus, vt patet per Leonem. 10. Clem. 7. & Sixtum. 5. De quo frater Emanuel art. 12.

¶ 3. est aduertendum, ꝙ hæc communicatio priuilegiorum quam ad inuicem habent ordines mendicantium intelligitur respectiue, scilicet aplicãdo singula singulis, hoc est, vt priuilegiis concessis Magistro ordinis prædicatorum gaudeant Magistri & Generales, aliorum mendicantium: & priuilegiis concessis

pro

concessis Prouinciali prædicatorum, gaudeant prouinciales aliorum mendicantium: & priuilegijs concessis prioribus prędicatorum gaudeant Priores, vel Guardiani aliorum mē dicantium: vel illi qui indictis ordinibus respondent prioribus conuentualibus, & priuilegiis concessis fratribus prædicatorū gaudeant fratres aliorum ordinum mendicantiū. Et sic videtur declarasse Iul. 2. vt patet in Cōpēdio priuilegiorū, verbo, Cōmunicatio priui. conces. 15. Immo amplius dico quod non statim ꝙ scimus prouinciam conuentum vel fratrem habere priuilegium, debemus vel possumus vti illo, quia sicut cessante causa propter quam est concenssum priuilegium, ipsum priuilegium cessat, vt habetur. 16. q 1. generaliter, & glo. ibi, & ca. Abbate, de verbo, signi. Panor. 17. 18. nu. Ita non concurrente causa in hac prouincia, vel in hoc conuentu, pręlato vel fratre propter quā alibi fuit concessum non possumus illo priuilegio vti, quia non concurrit hic ratio propter quam priuilegiū alibi fuit concessum. Magister a Veracruce.

¶ 4. est aduertandum ꝙ commissio quam habent prælati ordinum mendicantium tan ad

tam ad absoluendum fratres suos, q̃; ad dispē
sandum cum eis auctoritate suorum priuilegi
orum est ordinaria, quia iurisdictio emanans
ex commissione perpetua facta à Papa vel
à non recognoscente superiorem, est ordinaria
quando est facta dicta commissio dignitati,
vel officio, vt hic & in alijs similibus priuile
gijs, hoc tenent gloss. ca. fina. de officio ordi
narij Nauarro c. 27. n. 42. Baldus lege vni
ca. ff. de officio cõsulis. Cuius verba hæc sũt
Si est commissio perpetua facit ordinariũ cui
committitur, & Panor. c. qm̃. de officio de le
gati. §. cæterum, nu. 1. ¶ Idem dicendum de
iurisdictione quam habēt prælati superiores
Mendicantium ordinum in his Indijs quo ad
sæculares, quia Adrianus. 6. concessit prouin
cialibus Indiarum Mendicantium ordinum
omnia priuilegia per suos antecessores con-
cessa, & in posterum cõcedenda fratribus In-
diarum, ꝙ ea possint communicare suis fra-
tribus. Ex quo infertur ꝙ priuilegia quę cõ
cedũt aliquid prælatis super laicos, vel super
fratres, vel quæ inposterum concedentur, ꝙ
prouinciales possunt communicare suis fratri
bus quod est valde notandum, & alta mente
reponendum. Ex Veracruce in Compendio.

¶ 5. est

¶ 5. est aduertendum, ꝙ auctoritas concessa fratribus mendicantibus à suis superioribus vtendi priuilegijs & alijs facultatibus non spirat, neq; extinguitur per mortem cõcedentium. Quia vt dicit Siluester verbo, Gratia, & verbo, Indulgentia. §. 5. parti. 7. Gratia concessa auctoritate Papę durat mortuo Papa, & mortuo prelato, eam concedente vel à suo officio amoto. Idem habet Panor. c. Cũ ad hoc de Cler. non resi. nu. 9. Ratio est, quia præfati prælati non commitunt dictam potestatem sed Papa: quia auctoritate eius committunt. Dicit enim Panor. cap. Cum in iure de officio de lega. n. 2. Not. 3. ꝙ quando delegatus Papæ præcepit aliquid, precepit illud auctoritate Papę. Ex quo habes ꝙ si prouincialis tibi commisserit vel commissit particulariter & expresse, auctoritatem breuis Clemẽ. 7. vel Adriani. 6. vel aliorum priuilegiorũ quod non est opus ab alio prouinciali petere prædictam auctoritatem: dato quod q tibi cõmissit talem auctoritatem mortuus fuerit, vel eius officium finierit: quia tu habes illud priuilegium, non auctoritate eius, sed Papæ, qui concessit ei, vt tibi committere posset.

¶ At vero non ex hoc inferas ꝙ prouincia-

lis

ſis qui tibi commiſsit dictam, aut aliam ſimi lem auctoritatem, vel alius qui ei ſucceſsit ꝙ non poſsit tibi tollere poteſtatem dictam. Ab ſit. qm̄ ex literis principis, nõ debemus intel ligere per ipſas velle inferre alicui præiudi cium, vel tollere ius, niſi exprimat clare & ex preſſe. c. 2. de filiis presbyterorum in. 6. & Silu. verbo. priuilegium. §. 3. & Panor. ca. Cum ad hæc. de Cleri. non reſiden. quia in du bio non præſumere debemus de principe ꝙ vellit aliquid concedere cũ graui alterius diſ pendio. Et quia eſt graue diſpendium, quod obſeruantiæ regulari infertur, dum ſubditus habeat velle & nolle, cõtra volũtatem ſuì præ lati: & quia Papa de hac leſione & diſpendio nullam mentionem fecit, ideo poteſt prouin-cìalìs tollere illam licentìam datã, & hoc pro batur quia Iulius. 2. anno 1510. cõceſsit ma giſtro Ordinis Prædicatorum Caietano & ſuc ceſſoribus eius, vt quando aliqua ambìguitas emerſerit circa priuilegìa Apoſtolica conceſſa vel concedenda dicto Ordini, ꝙ tũc generalis auctoritate apoſtolica poſsit declarare quo ad ſerenitatem cõſcientìarum, quę ei ſubditæ fu erint. Et poſtea Paulus. 3. ann. 1542. con-ceſsit prouinciali prouinciæ de Mexico eiuſ dem

eiusdem Ordinis prædicatorum omnia priui legia concessa, à Sede Apostolica generalibus tam sui ordinis, quam aliorum. Ergo poterit prouincialis declarare q̄ non valet āplius illi fratri suo potestas concessa & cōmissa. Item probatur quia per Breue Adriani. 6. habet Prouincialis omnimodam Papæ auctoritatem in vtroq; foro, ergo auctoritate Papæ tam magna poterit tollere. Et hæc priuilegia sunt cōmunia omnibus ordinibus mēdicantium, per communicationem priuilegiorum. Constat ergo prouinciales harum Indiarum plenariā habere auctoritatem ad tollendam licentiam comissionem, & auctoritatem vtendi priuilegiis sibi concessis, vbi & quando iuste eam tolli debere, existimauerint. Dixi iuste, nā sine iusta causa, peccabunt eam tollendo: cum talis facultas sit a Papa: at tenebit factum: quod debent notare fratres, ne aliquid temere attentent. Hæc, ex doctissimo patre Illephonso de Noreña ordinis patris nostri sancti Dominici. q. 6. de Priuilegiis in communi, & ex magistro Alphonso à Veracruce, in Compendio Indico, verbo, Absolutio. Idem prorsus doctissimus frater Emanuel Rodericus To. 1 qq. regu. & canoni. q. 17. art. 11.

¶ Fra

¶ Fratres mendicantes eatenus suis vtantur indultis, quatenus eorũ vsus est Ecclesię vtilis, & commodior, quia sic expresserunt multi Summi Pontifices in suis indultis. Vbi autem viderint ꝙ eorum vel aliquorum in ipsis concessorum vsus non expedit huic Ecclesiæ, sed plus nocet, quàm prodest, desinant illis vti: quandoquidem hæc potestas eis per Summos pontifices collata, in suis expressa indultis data est eis, non indestructionem [scilicet fidei & bonorum morum] sed in ædificationem, vt clare concedentes in suis exprimunt indultis. Hæc Focher.

¶ Fratres mendicantes ad has partes missi vel designati à Rege Hispaniarum, sunt huius Ecclesiæ veri ministri, vt patet per Bullam Alexandri. 6. qui has Indias dedit Regibus Hispaniarum mandans eis, quod prouideant in ipsis Indis, de ministris. Quod ipsi faciũt quando prouident de ministris, scilicet de Episcopis, de curatis, & de fratribus, quos omnes, vt huius Eeclesiæ ministros auctoritate Papæ ad has destinant partes, & animarũ præficiunt curæ, immo sic fratres designati, merito huius Ecclesiæ ministri dicuntur, iuxta dictum Alexandri. 6. Hæc Focher.

¶ Indul

¶ Indulta fratribus mendicantibus conceſſa prout Occidentales concernunt Indianas partes, magis & rectius debent dici priuilegia Regum Hiſpaniarum, quam priuilegia fratrum mendicantium, quia cum Reges Hiſpaniarum teneātur prouidere de doctrina Chriſtiana his Indis, & vt hoc melius fiat, viſum eſt Summis Pontificibus bonum, nonulla concedere præuilegia, per quorum vſum Reges Hiſpaniarum melius ſuæ ſatisfacerent obligationi, ideo potius dicuntur eorum priuilegia, ad exonerandam melius eorum conſcientiā conceſſa, quam priuilegia mendicantium, q nullam talem habent obligationem, qualem habent Reges Hiſpaniarum, & ſi communiter dicuntur priuilegia fratrum mendicantium, ideo ſic nominantur quia per eos diſpenſantur. Ex hoc tria infero. Primo ꝙ qui impediunt fratres, ne ipſis vtantur indultis in partibus ſubiectis Regi Hiſpaniarum, offendunt Regem, & ſpernunt. 2. ꝙ. tenetur Vicerex harum orarum defendere ipſa priuilegia. Neq; obſtat, ſi aliqui fratres eis forte abutuntur, quia per hoc Rex Hiſpaniarum non debet priuari beneficio Papæ, ſibi per hæc priuilegia conceſſo. 3. infero, ꝙ etiam ſi inforo conſcien

conſcientiæ noſtra priuilegia conceſſa ordini bus mendicantibus eſſent reuocata per Gregorium. 13. ea tamen quæ conceſſa ſunt ad inſtantiam Caroli Quinti,& Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis, non ſunt derogata, quia non noſtra priuilegia dicenda ſunt, ſed potius Regis Hiſpaniarum,& eius ſucceſſorum, quod eſt maxime notandum.

¶ Leo Decimus,conceſsit ꝙ fratres minores regularis obſeruantię [& per cōſequens alij mendicantes] ſecura conſcientia poſsint vti omnibus eis conceſsis a Sede Apoſtolica & Romanis Pontificibus : ſiue per Bullas, vel breuia,aut viuę vocis oracula[prout in libris ordinis reperiuntur] ac ſi omnia fuiſſent ſpecifice præfato Summo Pontifici ex preſſa, & promaiori conſcientiarum ſecuritate omnia pręfata priuilegia de nouo conceſsit. Voluit etiam quod non ſint minoris efficatiæ & valoris viuę vocis oracula : quàm ſi per Bullam : aut Breue ad perpetuam rei memoriam eſſent conceſſa. Sed hoc in foro conſcientiæ tantum. Hoc priuilegium habetur in Compendio priuilegiorum mendicantium, verbo,Priuilegia fratrum,in conceſsione. 22.

¶ Tan

¶ Tandem Pius Quintus in fine Bullæ Cõfirmationis priuilegiorũ mendicãtiũ, post quã denouo concessit fratribus mendicantibus sua omnia priuilegia, addit, etiam si priuilegiorum & aliarum gratiarum præfatorum auctẽtica originalia, propter temporis antiquitatẽ vel varias Vrbis ruinas deperdita existãt dummodo de eis legitime alias constet, denuo concedimus, extendimus, & ampliamus. Hæc velut præludia sunt ad cætera.

*

:*:*:

❋ Absoluere & Absolutio. ❋

¶ MINISTRI Generales & Prouinciales ordinum mendicantium, prioresq; conuentuales, atq; Guardiani possunt fratres suos absoluere ab omni censura Ecclesiastica scilicet ex cõmunicatione, suspensione, & interdicto à iure vel à iudice generaliter promulgata, etiam si essent excõmunicationes de cœna Domini. Hoc concessit Clemens.4. & postea Iulius. 2. confirmauit eandem concessionem ad petitionem reuerendissimi Caietani, anno. 1510. Et decreuit quod perpetuo dura-

duraret, neq; per processum de cæna Domini derogaretur. Excepit tamen aliquos casus à quibus non voluìt prędictos pręlatos fratres suos absoluere, sicut si fuissent Hæretici relapsi, scismatici, falsificatores literarum Papæ. l. si ad infideles prohibita detulissent, vel si in Pontificem conspirassent. A reliquìs omnibus de cæna Domìni, concessit dictìs prælatis potestatē, absoluēdi fratres suos. Immo fratres etiam hospites sui ordinis, vndecunq; ad suas prouincias vel conuentus declinare contigerit. Et ꝙ prędicti prælati possint absolui à supradictis casibus, sicut possunt suì fratres. Magister à Veracruce & frater Emanuel To. 1. qq. regul. & canon. q. 20. art. 1.

¶ Non solum supradicti pręlati possunt absoluere sicut dictum est, sed etiam eorum vìces tenentes possunt & valent absoluere fratres suos vel hospites, sicut Generalis Prouincialis, Priores, conuentuales, & Guardiani. Ego vidi & legì hanc concessìonem ibi supra in marimagno conces. 546. fo. 236. & in Compendio verbo, absolutio ordinaria quo ad fratres, nu. 7. Et Magister a Veracruce in Cōpendio Indico verbo absolutio. 1. concl. 2. Quem sequitur fr. Emanuel. q. 20. ar. 3. 4.

Guar

¶ GVARDIANI, Prioresq; conuentuales ordinum mendicantium possunt absoluere fratres suos ab omni Excommunicatione, etiam de Cęna Domini, nulla dempta. Hoc cō cessit Martinus. 5. Priori Vallisoleti. Vt ipse in foro conscientiæ possit absoluere monachos ab omni Excommunicationis sententia, etiam si talis esset, quam ipse Summus Pontifex reseruare consueuit, & cum eis super omni irregularitate, etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem reseruat [in morte videlicet & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione] valeat dispensare; dū tamen aliquod horum trium nō sit notorium Et hoc propter scandalum. Collector priuilegiorum ver. Absolutio ordin. quo ad fratres Concessio. 40. dicit se hanc cōcessionem vidisse sub sigillo authentico, qui & existimat eius modi concessione fratres non posse absolui à censuris & casibus in Bulla de cęna Domini contentis. Verum magister à Veracruce & alij credunt per illud verbum, ab omni ex communicatione, in telligi etiam censuras & casus de Cęna Domini. Pro cuius probatione aduertit quòd Papa duplicis generis excommunicationes sibi reseruare solet. s. eas

quæ in corpore Iuris habentur: & illas quæ in die Cœnæ Domini promulgantur. Sed Pō tifex concedit dicto Priori potestatem absol- uendi ab Excōmunicatione, quam ipse reser uare sibi solet: ergo cum dixit, ab omni, nullā prorsus Excommunicationem excludit. Ar- gumentū ex capite. Solite, de Maior it. & obe. 2. quia vt dicit Panormit. cap. Ex iniuncto de hære. nu. 5. priuilegium latissime est in- terpretandum in præiudicium ipsius concedē tis, hoc autem non fit, si dicamus quod prædi- ctum priuilegium extenditur ad absoluendū ab Excōmunicatione Iuris, & non ab Excom municatione de Cœna Domini, ergo &c.

¶ Et quod Priores & Guardiani ordinū Mē dicantium gaudeant per communicationem hoc priuilegio, iam dictum est supra. Quo niam sic concessit Leo. 10. Caietano, & Pau lus. 3. Et huiusmodi concessione Leonis. 10. & Pauli. 3. constat, quod Prouinciales & Generales ordinum Mendicantium possunt absoluere fratres suos, sicut Priores Conuen tuales, & Guardiani. Et Iulius. 2. idem con- cessit. Et frater Emanuel. Tom. 1. q. 20. ar. 2. dicit, quæ quidem nimis magna concessio est. Inquacunq; enim dispensandi concessio

ne

concessione supra dicta tria excepta intelligũtur, nisi expresse concedantur. Vbi aduertit exmagistro à Veracruce in Compendio Indico, verbo, Absolutio, notab. 1. ꝙ dato ꝙ in priuilegiis, vel alibi concedatur alicui absolutio ab Excommunicatione, non inde infertur absolutionem à Suspensione, vel Interdicto concedi. Et similiter dato concedatur, absolutio a Suspensione, non statim est inferendum concedi, absolutionem ab Excommunicatione. l. Interdicto: nam non sunt istæ censuræ connexæ, neq; habent eundem effectum. At vero si in litteris Apostolicis detur facultas absoluẽdi a quacumque censura Ecclesiastica, tunc optime sequitur, concedi absolutionem & ab Excommunicatione & à Suspensione & ab Interdicto, quia nomine censuræ quando in litteris Papæ habetur, veniũt omnes tres dictæ, scilicet, Excommunicatio, Suspensio, & Interdictum. Sic habetur expresse. c. querẽti de Verborum, sig. quod nota quoniam quàm sæpe in nostris priuilegiis conceditur potestas absoluendi â quacumq; censura Ecclesiastica.

¶ PROVINCIALES Mendicãtium [ac 4
ipsis absentibus] Vicarij Prouinciarum, ac illi quibus specialiter & expresse commisse-

commiſſerunt,poſſunt abſoluere omnes Religioſos,& volentes ſuum Ordinem intrare ab omnibus Excommunicationibus, Sententijs, Cenſuris ,& peccatis,etiam à caſibus reſeruatis,exceptis de Cœna Dñi. &c. quando ad eos pro cõfeſsionibus audiẽdis recurrerint. &c. Hoc priuilegium cõceſsit Clem. 7. anno. 1530 Prouinciali Ordinis Prędicatorum Prouincię Sanctę Crucis de la Eſpañola. Et hoc Priuilegio gaudent omnes Prouinciales, ac Vicarij Prouinciarum abſentibus Prouinicialibus, & quibus ipſi ſpecialiter,& expreſſê commiſſerint, & in quocunq; loco,quarumcumq; Prouinciarum Ordinum Mendicantiũ,in toto orbe exiſtentes vti poſſunt, quia in dicto priuilegio nulla expreſſatur ratio particularis, quę mouit Papã ad hoc concedendum, & ſic vbiq; militat eadẽ ratio & cauſa. Hoc eſt ſingulare priuilegium pro Nouitiis, vel pro illis qui irretiti ſunt Excommunicatione,vel Suſpẽſione a iudice particulariter in eos promulgata, & Ordinem intrant,& virtute huius priuilegii poſsint abſolui,quia conceſsis caſibus & cenſuris Papæ reſeruatis:conceduntur alię cenſurę inferiores. Et aduerte quòd abſoluti virtute huius conceſsionis,nõ reincidũt,dato ordi-

ordinem non intrent, vel à Nouiciatu retrocedãt, quia abſolutè cõceditur abſolutio in ões fideles pro confeſsionibus recurrẽtes ad Prouinciales, & ad cæteros nominatos.

¶ Prouinciales Indiarum Ordinum Mendi- 5
cantium poſſunt abſoluere fratres ſuos deputatos conuerſioni Indorũ ab omni cenſura Eccleſiaſtica, etiã ſi ſit de Cœna Dñi, & etiam in foro exteriori. Hoc priuilegiũ conceſsit Adrianus. 6. anno. 1522. ad petitionem Imperatoris Caroli. 5, Cæſar auguſtæ. Conceſit etenim dictis Prouincialibus quo ad fratres ſuos deputatos conuerſioni Indorum, omnimodam eius auctoritatem in vtroq; foro.

¶ Aduerte quòd hoc priuilegium Adriani. 6 excedit priuilegiũ Martini. 5. ſupra poſitũ fol. 121. in hoc ꝙ concedit abſolutionem à caſibus de Cœna Dñi, etiã in foro exteriori: illud enim à Martino. 5. ſolum in foro conſcientiæ concedit. Item illud Martini. 5. Prioribus etiã Conuentualibus totius Orbis: iſtud Adriani 6. ſolum Prouincialibus Indiarum, & non Hiſpaniæ, nec Italiæ, &c. quia ibi non currit ratio & cauſa quare hoc conceſsit Adrianus. 6. ſcilicet conuerſio Indorũ & fundatio fidei in hoc Nouo Orbe.

¶ Est aduertendũ ꝙ quotiescunq; in aliquã Bulla,& priuilegio conceditur facultas absoluendi a quacũq; cẽsura [sicut cõceditur prælatis religionũ in facultate ipsis cõmissa àClem. 4] & etiã si addatur, ꝙ id ipsum possũt facere in foro cõscientię [sicut additur in priuilegio Martini quinto, concesso Priori Sancti Benedicti Valli Soleti, de quo supra egimus] talem facultatem extendi, vt extra forũ sacramentale, posit talis absolutio darì, prout tenet Henriquez lib. 3. de indulg. c.13. dicens, hanc opinionem tenuisse Victoriã, Peñam, & Medinã, doctissimos patres Dominicanę familiæ. Et affirmat, ꝙ Cõmissarius generalis Cruciatæ hoc modo, similem clausulam Bullæ Cruciatæ explicauit. Neq; obstat quod indictis priuilegiis dicatur, quod possint absolue re, à peccatis & à censuris, & peccatorum ab solutio nõ possit dari nisi in Sacramento penitentiæ. Nam respondetur id debere intelligi secundum dispositionem iuris, videlicet, quod à peccatis fiat absolutio in Sacramento pęnitentiæ,& à censuris extra Sacramentum, iuxta ea quę notantur in iure, & tradunt Armilla, Ledesma,& Soto. Frater Emanuel art. 7. q. 20, iam citatæ. Et q. 61. art. 7. docet

con

confessores virtute Bullæ Cruciatę quã habẽ pœnitentes, & virtute suorum priuilegiorum Apostolicorũ posse absoluere pœnitentes à censuris extra Sacramentũ Pœnitentiæ. Et in Explicatione Bullæ. §. 9.

¶ Sed est dubium, An per Bullã de Cęna Dñi reuocentur nostra priuilegia, quæ concedunt absolui, & posse absoluere à casibus in dicta Bulla cõtentis: Cũ quolibet anno ille processus cẽsurarum de nouo promulgetur cũ noua reseruatione prędictorũ casuũ, & cũ maximis censuris contra absoluentes ponendo ibi expresse nõ obstantibus priuilegiis &c. etiã ordinibus Mẽdicãtibus cõcessis, & aliis sufficientibus derogatoriis. P. a Vera. in Cõpen. in dico absolutio. 3. Dubio. 6. respõdet ꝙ licet sit verũ ꝙ per dictũ processum de Cęna Dñi tollãtur nr̃a priuilegia & alia quecũq; quibus posset fieri absolutio à casibus ibi reseruatis, at verò quia ille processus non est nobis authẽtice intimatus nec publicatus cũ illa solẽnitate que reqritur ad tollẽda priuilegia nr̃a que possidemus cũ sigillo, & robore authentico : ideo quo vsq; sit nobis publicatus, manent nr̃a priuilegia firma quia publicatio ipsius in vno quoq; Episcopatu requiritur ad reuocationem

priuilegiorum, vt doctê ait Soto lib.1.de Iust. & Iure.q.1.art 3, & non solum in his Indijs & earum Episcopatibus nõ publicatur processus Bullæ Cœnę Dñi, sed neq; in Episcopatibus Hispaniarum. Hæc Magister Ildefonsus, cui & applaudit Frater Emanuel .q.20.art.9.in fine. Et in corpore articuli dicit ꝙ [salua semper correctione Sanctæ Matris Ecclesiæ] putat ꝙ nolunt Summi Pontifices derogare priuilegia concedentia dictos casus. Quod ꝓbat ex Bulla Cœnæ Dñi publicata per Dñm Sixtum. 5. anno Dñi.1586 primo anno sui Pontificatus, vbi prohibet absolutionē à dictis casibus quacunq; auctoritate & priuilegio quorũuis Ordinum, & etiam Mendicantium, & aliorũ Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis, & concludit dicens Nisi in eis etiam casus præsentibus litteris expressê comprehendantur. Quam eandem clausulam apponit Dñs Papa Clemens.8.in eodem processu Bullæ Cœnæ publicato ab ipso, anno Dñi.1593. Ex quibus verbis exceptiuis expressè colligitur, nolle supradictos Summos Pontifices in dicta publicatione derogare, aut reuocare priuilegia dictos casus concedentia: ac proinde nr̃a Priuilegia non solum non derogari, aut reuocari per

dictã

tã Bullá, sed etiam de nouo cõfirmari. Quid? ꝙ licet prędicta verba non exprimerentur [sicut neq; expressêre reliqui anteriores Pontifices] debent semper censeri expressa. Ex his infert dictus Pater, priuilegiũ prædictum Adriani. 6. nõ esse reuocatum, quantum ad forũ cõscientiæ, per Bullam Cœnę Dñi. Verũ ego existimo, ꝙ sicut quam plurima priuilegia concessa Ordinibus Mendicantibus adhuc manent in suo robore & firmitate, quantum ad vtrũq; forum, sic etiam & prædictũ priuilegiũ Adriani. 6 perdurat in suo robore & firmitate quantum ad vtrumq; forum, cum non sit reuocatũ per Breue Cœnæ Dñi: immo magis confirmatum, sicut & ipse Frater Emanuel dixerat: & cum sit Cæssareum & Regale, & Regibus Hispaniarum concessum pro debita harum partiũ infidelium conuersione, & in fide manutentione. Et idem prorsus dicendum est de reliquis priuilegiis huic Nouo Orbi concessis, ad instantiam prædictorum Regum. Videatur Titulus de Auctoritate Apostolica Dominis Episcopis concessa in fauorem, & Indorum beneficium. num. 7.

¶ Paulus. 3. anno Dñi. 1545. Pontificatus sui anno. 2. concesit, vt Religiosi Confessores Societatis 7

societatis Iesu possint absoluere omnes vtriusq; sexus fideles, ad eos vndecũq; accedẽtes ab õmibus & singulis eorũ peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantũcunq; grauibus & enormibus, etiam Sedi Apostolicę reseruatis, & à quibusuis ex ipsis casibus resultantibus sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis [exceptis cõtẽtis in Bulla Cœnæ Dñi] potestatem absoluendi, atque eis pro cõmissis pœnitentiam salutarẽ iniungendi. Quo priuilegio gaudent õnes Mendicantes, sicut & cęteris. De quo fr. Emanuel in Explicatione Bullæ fo. 193. & 194. & Tom. 1. qq. regular. & canonica. q. 61. art. 5.

¶ Clemens. 7. in Bulla quæ incipit, Dilecte fili, Romæ apud S. Petrũ sub ãnulo piscatoris die. 30. Augusti anno. 1530. Pontificatus sui anno septimo, concessit fratribus Prædicatoribus, q̄ õnes fideles, tam religiosos, q̃; seculares pro cõfessionibus eorũ audiendis ad ipsos fratres recurrẽtes, ab õnibus & singulis Excõmunicationibus: & aliis sententiis & cẽsuris Ecclesiasticis, & peccatis per eos cõmissis possint absoluere, & etiã à casibus qbusuis Sedi Apostolicæ reseruatis: exceptis cõtentis in litteris Cœnæ Dñi legi consuetis, & eis p commis- 8

mis

missis possint pœnitentiã salutarẽ iniungere, nõ obstantibus quibusuis Apostolicis ac prouincialibus, & synodalibus conciliis editis, generalibus. l. specialibus cõstitutionibus, cęterisq; contrariis quibuscunq;.

¶ Circa hanc concessionẽ aduerte primo ꝙ 9
fuit concessa Prouinciali S. Crucis de la Isla Española ordinis Prædicatorũ & eiꝰ Vicario, & dictis fratribus: verũtamen ea gaudẽt õnes Prouinciales, & Vicarij Prouinciales & Cõmissarij Prouinciales ordinũ Mendicãtiũ, quarũcunq; Prouinciarũ Europæ, Asiæ, Africę. &c.

¶ 2. Aduerte ꝙ Priores conuentuales Guardi 10
ani, nec præsidentes gaudent hoc priuilegio: nisi particulariter & expresse per Prouincialẽ Vicariũ, l. Cõmissariũ facultas & vsus cõmittatur, quia hoc priuilegiũ Prouinciali, & eius Vicario cõceditur: non autem Priori, Vicario Guardiano, aut Præsidenti. Quapropter [vt dicũt pater Focher, & Magister à Veracruce] deberent Prouinciales [quando confirmant fratres electos in Priores, vel Guardianos. l. quando instituũt Vicarios, & Presidentes cõuentuum] specialiter & expresse eis facultatem cõmittere vtendi hoc priuilegio, & cęteris quæ, ordinãtur in cõsolationem ꝓximorũ.

¶3. ad

¶ Tertio aduerte ꝙ hoc priuilegium est personale, vtpote personis cõcessum, & sic sequitur personam vbicunq; fuerit: secundum regulam communẽ. Et licet finito officio Prouincialis, vel Vicarij, aut Comissarij Prouincialis, non posint ipsi amplius hoc priuilegio vti, quia officio, & dignitati fuit concessum: at vero nõ cessabit in fratre, cui auctoritate Apostolica hoc cõcesserunt, vt supra dictũ est, fol. 117 An autem cesset si frater iste Indiarum, cui facta est dicta commisio vadat in Hispaniam? Respondet pater a Veracruce, ꝙ quandiu est Prouintiæ Indiarum, vnde missus fuit, ꝙ gaudet dicto priuilegio: quia illud est priuilegiũ personale. An vero si idẽ sit, si hinc recesserit abiturus totaliter in Hispaniã? Respõdet idẽ Magister ꝙ non, sed ꝙ tunc cessabit, quia hoc priuilegium cõcessum fuit Prouincialibus Indiarum & fratribus suis, & cum ille non sit Indiarum, non gaudebit predicta auctoritate, & priuilegio: nisi de nouo sibi concedatur à Ministro Prouinciali cui subijcitur. Itaque, quãdiu fuerint isti fratres quibus cõmissa est potestas vtendi hoc Breui Clemẽtis. 7. subditi Prouincialibus qui eis hanc auctoritatem cõmisserunt, gaudere vtiq; poterunt dicta auctoritate

ritate vbicunq; se receperint. Et notandum ꝙ semper isti fratres dicuntur subditi Prouincialibus, quandiu in alia Prouincia non incorporantur, quia officio Prouincialis cõmissit Clemens.7.hanc potestatem, & non fratri tali: officiũ autem Prouincialis idem est, licet electi in Prouinciales plures fuerint.

¶ 4. Aduertenda est expossitio huius breuis a fratre Focher quæ sic habet. Bene nota hãc concessionem: quia tenore huius Breuis fratres præfati possunt absoluere ab omnibus cẽsuris, Excommunicationibus, & etiam ab omnibus casibus siue Papæ, siue Episcopo reseruatis, siue sint eis de iure reseruati, siue per suas constitutiones synodales. Neq; valet quicquid Episcopus in oppositum huius constitutionis ordinauerit, nempe ipse Papa concedẽdo casus sibi reseruatos: per consequens concedit eos qui reseruãtur Episcopis: quia dicitur in. c. Cui licet, de re iu. Cui licet quod est plus: licet vtiq; quod est minus. Et qui concedit, id quod est maius: cõcedit & illud quod est minus, quando scilicet in illo maiori concluditur quod est minus. Sic in proposito in casibus Papæ reseruatis, includuntur casus Episcopo reseruati: & non è conuerso: ꝙ patet

quia

quia Papa poteſt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis : alias nõ haberet plenariam & omnimodam auctoritatem : ergo Papa concedẽdo caſus ſibi reſeruatos, per conſequens etiã concedit caſus Epiſcopo reſeruatos : quia tales caſus, ſic ſunt Epiſcopo reſeruati, ꝙ etiam à talibus [inuito Epiſcopo] ipſe Papa poteſt abſoluere, ſiue tales caſus ſint reſeruati ipſi Epiſcopo de iure, ſiue per ſua ſtatuta ſynodalia. Hoc valde notent confeſſores ordinum Prædictorum. Et hæc conceſsio intelligitur pro omnibus locis ſiue infra duas dietas : ſiue vltra, ſiue ſuper Indos, ſiue ſuper cæteros Chriſticolas, ſiue in Indiis fuerint, ſiue alibi in Europa, excipiũtur ſolum caſus, qui ſolent legi in Bulla Cœnæ Domini. ¶ Circa hoc exoratos peruellim præfatos fratres, vt ſic hac vtantur conceſsione, ꝙ non cedat in ſcandalum Epiſcoporũ: quod ſi Epiſcopus aliquos ſibi reſeruauerit caſus: fratres in Confeſsione à talibus abſoluant, non tamẽ dicãt Epiſcopo, quòd eo inuito omnes eius ſubditos à talibus abſoluẽt dicẽtes fortè ꝙ eos nõ poſſũt ligare, ſed taceãt & dicant Epiſcopo : ꝙ facient in omnibus vt Deus non offendatur. Si tamen viderint ꝙ Epiſcopus, aliquos caſus ſibì de nouo reſeruauit

maxime peccatorum publicorum, ad ea sic melius extirpanda, si viderint prefati fratres bonum & Christianæ reipublicæ vtile, talibus innodatos ad Episcopum remittere, vt sic peccata publica melius puniantur & corrigantur poterunt eos remittere dicendo eis, ꝙ Episcopus reseruauit sibi illum casum, quia sic forte peccata publica melius corrigentur: quia oderunt peccare boni virtutis amore, oderunt peccare mali formidine pœnę. Si vero præfati fratres viderint non expedire ꝙ tales inuoluti peccatis ab Episcopo reseruatis, ad Episcopũ remittantur, ipsi eos absoluant, siue etiam de iure, siue alio quouismodo tales casus essent Episcopo reseruati. Hæc pater Focher in Expositione prædicti indulti. Qualiter autem Papa possit concedere facultatem aliquibus confessariis absoluendi à casibus reseruatis Episcopis, ipsis Episcopis inuitis: disputat fr. Emanuel Rodericus. 1. To. qq. regularium & canonicarum. q. 61. art. 1. & art. 13. cõcludit Clemẽti. Dudum, de Sepul, & priuilegia cõcessa ordinibus Mendicãtibus absoluẽdi à casibus reseruatis Epo. nõ esse reuocata per Cõc. Trid. quicquid Catechesis Neapolitana fo. 287 persuadere conetur. Et ad declarationem

factam

nẽ factam à sacra cõgregatione Cardinalium [qui propositi sunt decretis Concilii Tridentini interpretandis] quæ vna cum Sanctissimo Ecclesiæ Capite Sũmo [in quam] Pontifice declarauit Romæ die decima Septembris anno Domini. 1577. per Maremagnum, alia ve priuilegia regularibus concessa & facta, mentem non esse, potestatem concedere absoluendi à casibus ab Episcopo reseruatis: Respõdeo, quod Gregorius. 13. decima die Maij, anno Dominì millessimo quingentessimo octuagessimo tertio, declarauit, non esse intentionis suæ, quod per talem reuocationem derogata sit Societatis facultas, eamque [quatenus opus sit] de nouo cõfirmauit. Ita refert Collector Compendij Socetatis I E S V, verbo, Absolutio. § 1. Ex qua colligitur, confessores Societatis posse absoluere virtute suorum priuilegiorum, etiam hodie à casibus Episcopis reseruatis. Vnde cum Mendicantes fratres gaudeant priuilegijs religiosis societatis I E S V concessis, prout probatũ est. fo. 114. 115. Sequitur euidenter etiam confessores Mendicãtes virtute dicti priuilegij [per communicationem] posse modo à casibus reseruatis Episcopis absoluere. Quod ex dictis in allegato lo

co

loco clarius patebit, & in subsequẽtibus etiã erit manifestum.

¶ Paulus 3. Romæ apud Sanctum Marcum, 13
anno Incarnationis Dominicę. 1549. 15. Kalen. Nouemb. Pontificatus sui anno. 15. Cõcessit Ignatio bonę memorię Societatis instituttori, & aliis generalibus Præpositis protempore existentibus, vt per se, vel alios adid per eos, pro tempore deputatos, omnesq; & singulos eiusdem Societatis socios, & personas sub eorum obedientia disciplina, & correctione, pro tempore degentes, ab omnibus & singulis eorum peccatis, ante, vel post ingressum, indictam Societatem, per eos cõmissis, nec non à quibusuis Excõmunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisq; ecclesiasticis, & sęcularibus sententijs, censuris, & pęnis à iure, vel abhomine quomodolibet latis & promulgatis, & huius modi sententiis innodatos; aut in locis suppositis ecclesiastico interdicto, diuina officia celebrantes, & suscipientes ordines, sic ligatos, & propterea irregularitatem incurrentes, absoluere, ac cum eis, [cũ dispẽsatione eguerint,] dispẽsare posśint nisi excessus absoluendorum, & dispensandorum huiusmodi adeò graues, & enormes fue-

rint, quod sint ad Sedem Apostolicam merito remittendi, & ne sæpê indubium reuocetur, qui sint ad sedem prædictam destinandi, declarationem in ea parte per fęl. rec. Sixtum Papam. 4. in Bulla quam Maremagnum vocant, factam confirmat. Hæc Bulla habetur authentica apud patres Iesuitas.

¶ Circa hanc concessionem & alias eiusmodi duo aduertenda sunt. Primũ ꝙ Maremagnum dicitur, & est vna Compilatio multorũ priuilegiorum ibi mixtim, confusseq; contentorum. quod Maremagnum seu compilationem priuilegiorum fecerunt diuersi Summi Pontifices, pro diuersis religionibus, & pro diuersis temporibus, colligendo priuilegia prædecessorum, & addendo sua. Vnde Sixtus 4. Põtifex maximus pro sua in Ordines Mẽdicantes maxima deuotione, & benignitate Apostolica fecit Maremagnum Ordinis Prędicatorum, quod incipit, In nomine Dñi. & habetur in libro cui titulus, Monumenta Ordinis in. 2. impressione fo. 135. & in alia. fo. 235. & in Supplemento fo. 131. Idem fecit Maremagnum Augustiniensiũ, quod habetur in dicto lib. Monum. Ord. 131. fo. 132. & in alia impressione fo. 243. & incipit. Dum fru

ctus

fructus vberes. Et Maremagnum fratrũ Minorum quod habetur in libro Monumẽta Ordinis & incipit. Regimini vniuersalis Ecclesiæ. &c. Et tandem fecit Maremagnũ fratrum Minimorum, vt habetur in Supplemẽto: & post eum Iulius secundus, aliud fecit Maremagnum eisdem Minimis. Aduertendum est, ꝙ prædictus Pontifex insingulis priuilegiorum compilationibus [quę Maremagnum vocantur] declarauit, qui sunt casus, & excessus, propter quos fratres merito essent destinãdi ad sedem Apostolicam, & vt alias dimittamus ordinum Mendicantium compilationes, nostrum Maremagnum sic habet. Prę terea quia idem Clemens prædecessor in dictis suis literis Generali, & Prouincialibus ministris, & eorum Vicariis, ac Custodibus, absoluendi fratres eiusdem Ordinis, nec nõ fratribus dicti Ordinis, quos ipsi Ministri, Vicarii, & Custodes habuerint pro tempore in cõfessores absoluẽdi ipos Ministros Vicarios & Custodes ab excessibus & cẽsuris [nisi talia perpetrassent propter quę essent merito ad Sedem Apostolicam destinandi] ac cũ eis desuper dispensandi, facultatem concedit: & propterea qui sint destinandi, persæpe reuo=

cetur in dubium: vt absoluentium & absoluẽdorum: dispẽsantium & dispensandorum pro tempore puritati conscientię consulamus, declaramus hęreticos relapsos, scismaticos: & qui literas Apostolicas falsificassent: aut ad Infideles prohibita detulissent: dumtaxat esse ad Sedem Apostolicam merito destinandos. Hæc Pontifex in nostro Marimagno, & in cęteris. Exquibus patet Pauli. 3. indultum. Verum ne forte quis decipiatur, aduertat hęreticum [etiam nondum relapsum] remitti modo ad sanctæ Inquisitionis officium: & ab eo puniri, per priuilegia Apostolica quę ad hoc habet: non obstãtibus quibuscunq; priuilegiis incontrarium &c. Et hoc valde notetur pro his quæ inferius dicenda sunt.

14 ¶ Prouinciales Indiarum ordinum Mendicantium, & fratres, quibus ipsi specialiter, & expresse cõmisserint, possunt omnes Indos, & omnes Christicolas fratres cõmitantes ad opus cõuersionis absoluere in vtroq; foro ab omni censura etiam de Cęna Domini. Hæc Conclusio est doctissimi patris Magistri Alphonsi à Veracruce in Compendio Indico, Absolutio. 3. Concl. 6. Et doctissimi fratris Ioãnis Focher in suo Compendio, concesso. 4.

con

Et Concl. patet per Breue Adriani. 6. ad petitionem Imperotoris Caroli. 5. anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo Pontificatus sui Anno. 1. Cęsaraugustę vbi dicitur. Et insuper vt melius præfata cõuersio infidelium fieri valeat, & saluti animarum omnium inpræfatis terris Indorum pro tempore degentium prouideatur, volumus, & tenore præsentium de plenitudine potestatis concedimus; vt præfati prælati fratrũ, & alij quibus ipsi de fratribus suis indictis Indiis commorantibus duxerint committendum, in partibus, inquibus nondum fuerint Episcopatus creati, vel si fuerint, tamen infra duarũ dietarum spacium, ipsi, vel Officiales eorum inueniri minime posśint, tam quo ad fratres suos, & alios cuiuscunq; ordinis, qui ibidem fuerint ad hoc opus deputati, ac super Indos ad fidem Christi conuersos, quàm etiam ad alios Christicolas ad dictum opus eosdem cõmitãtes, Omnimodam auctoritatem nostram in vtroq; foro habeant tantam, quantam ipsi, & per eos deputati de fratribus suis, [vt dictum est] iudicauerint opportunam, & expedientem pro conuersione dictorum Indorum & manutẽtione, ac profectu illorum, & alio

rum, & aliorum prefatorum in fide Catholica, & obedientia Sanctę Romanę Ecclesię. Et ꝙ præfata auctoritas extēdatur etiam quo ad omnes actus Episcopales exercendos, qui nō requirunt ordinem Episcopalem, donec per Sedem Apostolicam aliud fuerit ordinatum. Hæc ibi.

¶ Pro declaratione huius literæ Apostolicę, in qua includuntur multa concessa fratribus Mendicantibus, aliqua sunt animaduertenda.

15 ¶ Primo aduertēdum est, quod prelati, quibus conceditur ista potestas in Breui Adriani. 6. non sunt Priores cōuentuales, nec Guardiani, nec Vicarij Prouinciales, sed solum Prouinciales, vel Vicarius prouincie, mortuo Prouinciali, vel Vicarij Generales ordinis. Quia dicitur in litera, quod debent permanere sub obedientia Ministri Generalis ordinis isti prelati, quod non potest intelligi, nisi de Prouincialibus, vel Vicario prouincię, sede vacante, alij autē sunt sub obedientia Prouincialis. Item quia sequeretur absurdum, quod Priores, vel Guardiani quatuor fratrum haberent in suo conuentu omnem auctoritatem, quam habet Generalis per totum Ordinem

nem, & vltra hoc omnimodam Papę auctoritatem in vtroq; foro super Indos. &c. Ergo si clarè non conceditur, non debemus talia subinferre ex commissione generali. Sed Prouinciales, quando confirmant Priores, vel Guardianos, & Pręsidentes conuentuum [qui sunt velut Guardiani] deberent hoc illis concedere, vel si non omnibus, saltim illis, qui ad id idonei videntur. Hęc Pater à Vera cruce in Compendio Indico, Verbo Absolutio. 3. conclusione. 6. Et Pater Frater Ioãnes Focher in Postilla huius breuis dicit, quod etiam si Guardianus sit Prelatus, non potest vti priuilegiis, hic concessis: nisi sibi sit cõmissum à Prouinciali, vel Custode. Quia illud verbum Præfati, refert Prælatos, qui per electionem assumuntur, cuiusmodi non sunt Guardiani, & hoc nisi oppositum consuetudo interpretetur per tacitum consensum Prouincialium, & Custodum. Et reuera, per illud verbum [& alij fratres, quibus ipsi de fratribus suis duxerint committendum] manent exclusi Guardiani, quia ipsi non possunt Cõmissarios instituere, neq; maiorem habent auctoritatem ordinariam erga fratres sibi subditos, quàm Parochi in suos Parochia-

 nos

nos. Et idem pater Focher in Expositione cuiusdã indulti Pauli,3. anno Domini, 1542. die,20. Decembris, quod indultum seruatur authenticũ in Conuentu Sancti Dominici de Mexico, dubio.2. ait, Commissarios Generales & Prouinciales habere auctoritatem committendi fratribus vsum priuilegiorum: non autem Guardianos, cuius verba hæc sunt. Dubitatur quis est ille prælatus cui committit Papa, vt det suis subditis licentiam vtẽdi gratiis indultorum? Res. ipse est Commissarius Generalis Indiarum, vel Minister Prouincialis, vel eius Cõmissarius, & in locis vbi est custodia per se, non habens super se prouinciã neq; Ministrum Prouincialem, sicut à principio erat ista prouincia Sancti Euangelij, quando tantum erat custodia, ibi custos habet hanc auctoritatem concedendi suis subditis hanc licentiam, vtẽdi prædictis gratiis. Idem de Cõmissariis, vbi non est custos, neq; Prouincialis Minister, quibus sunt subditi, sed immediate subsunt Cõmissario Generali Indiarum. Idem dicendum de aliis Mendicãtibus, respectiue. Hoc probatur in simili & ferme in eadem materia. Cle. Dudum, de Sepul. Vbi dicitur, ꝙ tales Prælati nũc prefati, sunt

illi

Illi qui debent eligere ex suis fratribus eos, qui sunt idonei ad audiendas confessiones sęcularium. Nam quando Papa dicit, ꝙ Prælati assumant suos subditos ad aliqua ministeria, sęcularibus dispẽsanda, vt sunt Sacramẽta Cõfessionis, Matrimonij & huiusmodi, hoc debet intelligi depræfatis superioribus, scilicet, Ministro Generali, vel Commissario Generali, vel Prouincialibus, & deceteris de quibus supra inprincipio huius dubii est dictum. Et nunquam solet intelligi de Guardianis, licet sint prælati ex priuilegio Eugenij Papæ, neq; de cæteris inferioribus, nisi aliud in nonnullis ordinibus Mendicantium habeat eorum consuetudo, ꝙ scilicet hoc pos sint Priores, vel nisi essent loca, inquibus nõdum esset creata prouincia, l. custodia, & ibi esset vnus solus conuentus sub nulla Prouincia, vel Custodia constitutus. Hæc ille.

¶ Sed quid de Prælato, aut Cõmissario eorũ 16
Mendicantium, qui de nouo veniunt ad Indias, vel ad alia loca infideliũ, inquibus nullus est prælatus superior sui ordinis, à quo recipiet facultatem vtendi Breuibus, & Apostolicis indultis? Respõdeo quod eiusmodi Prę latus Commissarius aut prior, qui secum aliquos

quos duxit fratres ad Indias, & ad loca infi-
delium. Vel venit ad loca, vbi iam est prouin
cia, vel custodia creata : vel venit ad locum,
vbi neq; est prouincia, nec custodia, & vbi
nullum sui ordinis Prelatum inuenit. Si ve
nit ad locum, vbi iam est prouincia creata, vt
est Mexici, Prouincia pro ordinibus Sāctì Do
minici, Sancti Augustini, & Sancti Francisci
&c. tunc talis frater, qui est possitus Prela-
tus à Generali pro via, super eos, quos secum
trahit, vt moris est, statim quando appulerit
ad prouinciam, ad quam mittitur, siue ad cu-
stodiam, cessat suum officium : & sua aucto-
ritas super fratres, quos secum adduxit, quia
tantum erat Prelatus pro via. Et ipse neq;
potest vti prefatis gratiis indultorum prefa-
torum, neq; potest dare licentiam, vtēdi illis
quos secum duxit, sed omnes debent eam re
cipere à Ministro illius loci, ad quem vene-
rint. Si vero veniat ad locum, vbi nullus sui
ordinis superior moratur, vt sunt nonnulla
loca in his Indiis, in quibus non est prouin-
cia creata, neq; custodia, neq; ibi est aliquis
Ministri, aut Custodis Cōmissarius : sed for
tè nonnulli fratres ibi habitant, sicut oues er
rantes, sine pastore, vel fortê vbi nulli habi-

tans

tant sui ordinis fratres, sicut in terris Noui Mexici, & Californiarum. Tunc ille prælatus qui ad illas partes missus est cum his quos se cum duxit, per Papam licentiam habet vtendi præfatis gratiis; & tanquam idoneus adhoc approbatus apparet virtute indultorum pontificū. s. Leonis, Adriani, & Pauli. 3. Et hanc committere, & dare talis potest ijs, quos secum duxit. Dūmodo ad hoc sint idonei, vt dictū est, Et hoc clare patet, maximê infine Bullę Adriani ybi hoc expressê dicit, cū sic ait. Volumus vt pręfati Pręlati fratrum pro tempore existentes, & quibus ipsi duxerint concedendum, omnibus prędictis indultis in genere. l. in specie hactenus concessis, & in posterum concedendis vti, potiri, & gaudere liberè & licitê possint, & valeant &c.

¶ Adhuc dubitatur quid si inter eos q vadūt ad insulas. l. ad terras infideliū nullus est prę latus, q̄a forte obiit in via ille, qui eorū erat prelatus cęteri [quādo appulerint adipsas Indias si ibi nullus est sui ordinis religiosus à quo recipiant præfatā facultatē vtendi Breuibus, quid facient circa hoc? Res. Aut sunt in sufficienti numero ad eligendum prælatum, vel non. Si sunt insufficienti numero, putà quia,

quia sunt plures duobus, tunc virtute indul torum, eligant ex se vnum pro prælato. Et in tali casu, quando scilicet solum essent tres, si vnus eorum esset Laicus, vel Iuuenis, qui nõ dum cõplesset trienium in religione· & ideo per statuta religionis diui Francisci [si illius esset religionis·] non habet vocem actiuam: puto ꝙ in tali casu, necessitas dat sibi vocem actiuam, quia sic expedit, & virtute indulto rum talis potest eligere. Quinimo plus dico ꝙ etiam sine indultorum virtute, in tali necessitate potest talis eligere: hoc probatur in simili. Nam secundũ omnes doctores, quãdo quis est in extrema necessitate periculi, mortis, potest eum absoluere quilibet Sacerdos, etiam religiosus Sacerdos, qui non habet potestatem a suo prælato, neq; ab Episcopo audiendi confessiones. Igitur si ad administrandum Sacramentum Pęnitentiæ, dat auctoritatem suprema necessitas, ei, qui eam de iure nõ habet, immo cui non licet, sine extrema necessitate ea vti, alias absolutio nulla esset. Quare potastatem eligendi eadem suprema necessitas ei non dabit, qui eam non habet? Ibi enim datur, ne quis sine confessione moriatur, hic autem, ne oues sint errantes sine

pastore

pastore. Vtrobiq; periculum, vt quis sine cõ fessione moriatur,& ꝙ aliq sine pastore maneant. Necessitas vero extrema [quæ nulli subiecta est legi Cle.Exiui de verbo,signi]in vtriusq; periculo subuenit vt postposita humanę legis dispositione, circa ea quę necessaria sũt alio subueniat medio protũc possibili Quod est vt illum faciat idoneum Pęnitentię Sacramentalis ministrum, & hunc idoneũ prælati electorem. Quia aliter ille infirmus sine confessione, & forte sine penitentia moreretur, & isti sine pastore manerẽt. Neq; hoc est contra illud quod supra dixi in expositione Bullę Adriani indubio incidenti quia hoc ibidem intelligitur quod ipsi fratres sunt in sufficienti numero ad eligẽdum actiuê & passiuê, quia tunc inhabilis non habilitatur, sicut insimili quando est pręsens Sacerdos idoneus, tunc ille qui non habet potestatem, nõ potest audire confessiones. Hic autem intelligitur quando non essent insufficienti numero ad eligendum. Et quod dixi de voce actina, vt sdilicet in tali necessitate aliquis habeatur idoneus : qui alias per statuta sui ordinis esset inhabilis ad eligendum. Idem dicẽdum de voce passiua, vt scilicet in tali neces-

sita

sitate posſit eligi ille, qui etiam per ius Canonicum eſſet inhabilis, vt baſtardus, Laicus, aut iuuenis, ſi nullus eſſet magis idoneus: Hoc probatur per. B. Paulum. 2. Cor. 10, qui dicit de Eccleſiæ ordinationibus, ꝙ non erat ſibi data poteſtas in deſtructionem, ſed in ædificationem. Vnde dicebat. B. Bernardus, quę introducta ſunt pro charitate, non debent militare contra charitatem. Quod tamen eſſet ſi in præfata neceſsitate, hi qui ſunt per ſtatuta humana inhabiles ad eligendum actiuê, & paſsiuê, nō poſſent eligere, neq; eligi exiſtente tali neceſsitate. Aut prædicti fratres non ſunt in ſufficienti numero ad eligēdum. Putà, ſi ſunt tātum duo, inter quos nō cadit electio, quia fortê eorū prelatus obijt, & nullum prefecit inter eos: quia ſi vnum ex ipſis duobus prefeciſſet, ille inter eos eſſet prelatus, & alter ſubditus: & tunc poſſēt ambo vti prefatis indultis, quia [vt dictum eſt in ſecundo dubio] ille qui eſſet prælatus, preſumitur ad hoc eſſe à Papa licentiatus, & approbatus, & ipſe alteri tanquam ſuo ſubdito poſſet dare præfatam licentiam vtendi indultis, ſine qua aliter ipſi ſubdito non liceret eis vti. Si tamen [vt dictum eſt] neuter

nenter eorum esset prelatus. Putà fortè erant tantum tres, & alter eorum erat prelatus, qui obiit, & neutrũ ex eis qui superstites remanserunt, prefecit alteri, & sunt in loco, vbi nullus est frater sui ordinis, quia nõ est ibi prouincia, neq; custodia, tunc si ibi esset aliquis conuentus sui Ordinis, vbi esset prælatus, puta Guardianus, quem fratres ibi existentes elegerunt, siue virtute indultorum, siue auctoritate alicuius prælati, sub quo etiam fortê remoti à gente militant, tunc illi duo fratres debent se illis fratribus iungere, & à prelato illius conuentus licenciam vtendi prefatis gratiis, recipere. Si vero ibi nullus sit conuentus, vel prælatus sui Ordinis, tunc si illa loca sint iam per ordinem suum reposita sub aliqua prouincia, aut custodia, predicti fratres habeant à tali ministro vel custode predictam licentiam. Si autem loca nõdum sub aliqua prouincia vel custodia sunt redacta, si Prouincia aut Custodia parum distent, tutius est quod à prefato Ministro, aut Custode prædictam licentiam recipiant. Si vero multũ distent prouin-

cia

uincia vel custodia· tunc puto ꝙ ipsi ābo pos sunt vti præfatis gratiis, ac si specialem à suo prælato haberent ad hoc licentiam. Hoc sūn datur in cap. Intelligētia, de verbo, signi, vbi sic dicitur. Intelligentia dictorum [secundū glo. verborum quę prolata sunt] ex causis est summenda dicendi, vbi dicit glo. Non statim debemus intelligere verba, sicut prima facie videtur sonare, maxime si ambigua sunt. Sed debemus recurrere ad intentionem loquē tis. Nam dicitur in. d. c. Non sermoni res, sed rei, sermo est subiectus. Quasi dicat. Verba sunt subiecta intentioni, & intellectui loquentis, vt verba secundum eius intentionē intelligātur, & èconuerso. Vbi addit glo. ꝙ verba etiam ad extraneum sensum sunt trahē da, vbi res aliter salua esse non potest. c. Cū quidam, de verborum Signi. Et propterea in proposito nostro, quamuis verba indultorum præmissorum non possent in proposito saluari, vt scilicet virtute eorum præfati duo fratres posint vti gratiis prædictis. Tamē quia constat de intentione Papæ qui prædicta indulta concesit venientibus ad Indias, quia [vt patet] intendit per tales gratias, augere cultum diuinum, & fidem, si modus quē Papa

Papa prefixit in indultis ipsis [tanquam medium ad illum finem] non potest seruari in aliquo casu: quandoq; cōtrarium oportet facere ad consequendum finem per ipsum Papam intentum, licitê talis modus negligitur secundum ea quę notat Panor in. c. Vniuersitatis, de sen. excōi. licet etiam verba indulti oppositum sonent, quia tunc sunt sumenda in sensum contrarium, vt dicit glo. Nam nō est curandum de verbis, quando de intentione legislatoris constat. lege, Scire leges. ff. de legi, & in d. c. intelligentia. Et ideo præfati duo fratres, sine alia licentia vtendi indultis, possunt eis vti, in quantum viderint esse vtile, pro fidei augmento. Et in hoc tam securi sunt in cōscientia, sicut illi qui eis vtūtur de licentia suorum prelatorū. Hoc dico, quia iste casus nonnunquam, Sic contigit, & quotidie contingere potest his, quos sui prelati ad remota mittunt: præficientes eis vnum ex eis in prælatum, qui poterit mori, & tunc tales ex his quę hic dixi, sciant per diuisionem hic positam quid tunc agere possint, & debeant.

¶ Circa illa verba Bullæ, & quibus ipsi de fratribus suis indictis Indiis commoranti- 18

 bus

bus duxerint committendum, superest examinandum, an Prelati præfatorum fratrum Mendicantium posint suis subditis indifferenter cõcedere licẽtiam vtendi gratiis prefatis: maxime in administratione Sacramẽtorum. Putà, Baptismi, Matrimonij, & cæterorũ? Res. ꝙ non. Sed oportet ꝙ subditi ipsi sint idonei ad administranda Sacramẽta, quę sibi cõmittuntur: & in hoc Papa onerat prefatorũ Prælatorum conscientias, ar. Cle. Dudum de Sepul. Vbi habetꝰ ꝙ quãdo Papa dat licentiam Mendicantibus audiendi cõfessiones sæcularium, declarat se Papa ꝙ non indifferenter omnibus Sacerdotibus prędictorum ordinũ dat licentiam: sed ad hoc, solos idoneos eligant. Sic enim insimili, Prelati Mendicantium has Indias incolentium, nõ nisi idoneis hanc licẽtiam vtẽdi Breuibus in casibus ibi concessis cõmittere debent, qa sic intelligit Papa. Nã clarum est, ꝙ nullus prędictorum ordinũ subditus [quantũcunq; peritus] prędictis gratiis vti potest, nisi à suo Prælato specialem ad hoc habeat facultatem. Ex quo patet ꝙ prefatorũ ordinũ Prelati habent à Summo Pontifice cõmissionem, vt dẽt suis subditis prefatã licentiã, & circa hoc Sũmus

mus Pontifex eorum onerat conſcientias, cũ non niſi idoneis ſoleat hanc auctoritatẽ cõcedere, ſiue immediate alicui eam concedat, putà, concedendo alicui particulari perſonæ ſiue mediate concedat eam, putà, concedẽdo illis religioſis, quos ad hoc ſui promouerint Prelati. Hoc patet clare, in. c. 1. de conſang. & affinit. Vbi dicit Papa Alexander. 3. Abbati Caſsieñ. cuì conceſſerat ꝙ ipſe, & ſui monachi tractarent cauſas Matrimoniales, quod tamen de õnibus monachis prefati Abbatis intelligat oſtendit, cũ ibidẽ ſic ait. Ceterum tuã prudentiam volumus non latere, ꝙ non ſunt cauſe Matrimonij tractande per quoslibet; ſed per iudices diſcretos, qui poteſtatẽ habeãt iudicandi; & ſtatuta canonum non ignorẽt. Hec ille. Ex his verbis patet ꝙ quãdo Papa aliquid mediate. l. immediate concedit, intelligitur cõcedere idoneis, ad tale officium, vt clara eſt. d. c. 1. ſupra allegati litera. Vbi declarat prefato Abbatì, ꝙ facultas tractandi cauſas Matrimoniales [quã ſibi, & ſuis monachis cõceſsit] nõ debet cõmitti, niſi idoneis. Et qui ſint in talibus idonei, ipſe declarat dicens. Quod habeãt duo, ſcilicet poteſtatem, & peritiam canonum. Ipſe vero

monachis præfatis poteſtatem dabat, ſed quibus hanc poteſtatem det, declarat, cum ſubiungit. Qui peritiam canonum habent, qua ſi dicat Papa ipſi Abbati. Onero tuam conſcientiam, vt hanc poteſtatem non niſi peritis in iure canonum cõmittas. Circa hoc igitur ſint diſcreti prælati Mendicantium, vt nõ niſi talibus concedant licentiam vtendi prædictis gratiis, de quibus intelligit cõcedẽs, ſcilicet Summus Pontifex, alias Eccleſiæ, & Summo Pontifici infideles erunt, & tot animarum rei inuenientur coram Deo, quot nõ idonei per ipſos promoti ſua deceperint ignorantia. Hoc patet Ro.1. dicente B. Paulo. Non ſolum qui talia agunt, digni ſunt morte, ſed & qui conſentiunt facientibus. Ad hoc accedit illud, quod ponitur in.c. Quid enim prodeſt. di. 83. vbi ſic dicitur. Quid enim prodeſt illi, ſuo errore non pollui: qui conſenſum præſtat erranti? Si ita eſt de eo qui præſtat conſenſum erranti: quid dicendum de eo, qui errantem promouet? Nam dicitur in.c. ſi, de iniuri, & dam. dato. ſanê [inquit] Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe, videtur. Hoc notent, quorum intereſt prædictam facultatem aliis concedere, vt

non

non nisi idoneis eam committant. Vt clarê patet per d. c. 1. de consang. & affinit. & in simili per Cle. dudum de sepul. Si enim gestit quis, quas conditiones debet habere quis ad hoc ꝙ dicatur idoneus, cui hæc potestas vtendi gratiis prædictis concedatur? Audiat Clementem Papam in. d. Cle. dudum de Sepul. Vbi monens prælatos Mendicantium eligere fratres ad Confessiones sæcularium audiendas, sic ait. Præfatorum fratrum prælati studeant eligere personas sufficientes, idoneas, vita probatas, discretas, modestas, atq; peritas ad tale salubre ministerium & officium exequendum. Hoc textus. Cuperem hoc a candido lectore eo animi sui candore legi, quo à scribente est exaratum, quandoquidem sincerê, nulliq; detractans, dixi.

¶ Secundo aduertendum est circa illa verba omnimodam auctoritatē nostram, ꝙ per illa non venit intelligendum totū, quod aliàs Papa potest, quia iam Prouincialis, aut Cōmissarius Generalis &c. Posset creare nouos Episcopatus, deponere Reges, & alia &c. Sed illa intelligit, quæ communiter Papa suis legatis commendat, & alia quæ non semper, sed aliquando, & perquam raro committit, quę vi 19

viri cordati iudicabunt in particulari, vt pote absoluere ab excommunicationibus Cænę Domini, dispensare in voto castitatis, & in impedimentis Matrimonij de iure humano. Hęc, & similia absq; dubio conceduntur, quia hæc committi solent legatis, & sępe indiget hęc Ecclesia huiusmodi potestatem ad manū habere. Et ex sequentibus verbis Papa se magis declarat, dum dicit, tantam quantam ipsi iudicauerint opportunam, & expediētem pro conuersione Indorum, & manutentione, ac profectu illorum &c.

20 ¶ 3. Aduertendum ex patre Magistro Alfōso à Veracruce, hanc concessionem magnam esse, neq; vnquā similem factam fuisse, neq; talibus verbis ab aliquo Pontifice. Nam licet alij, vt Gregorius. 9. Innocencius. 4. Sixtus. 4. & Leo. 10. multa concesserint Religiosis qui ad terras Infidelium proficiscuntur, scilicet vt omnia Sacramēta, quę simplex Sacerdos potest administrare, ipsi religiosi etiam possint. &c. Sed hanc omnimodam potestatem in vtroq; foro nullus prędecessorum dedit. In qua concessione innumera sunt inclusa. Et quidem limitatio potestatis in arbitrio ipsorum prælatorum posita

est,

posita est. Cum enim ad ędificationem, & ꝑfectum Indorum, & manutenentiam ipsorum sit, non habet limites constitutos. Hęc ille. ¶ Ex hac eadem litera, & clausula manifeste deducitur, primo, quod possunt fratres libere administrare Sacramēta ipsis Neophitis, scilicet Baptismi, Pęnitentię, Extrema vnctionis, & Matrimonij, quia id expediens est, vt constat, immo & necessarium. 2. quod administratio hęc, non sit ad certum tempus limitata, quandiu ipsi ad fidem conuertuntur, sed quandiu opus fuerit. Ex quo. 3. sequitur ꝙ hæc potestas manet etiam post conuersionem ipsorum: quia ibi dicitur dari illam omnimodam potestatem super Indos ad fidem conuersos, & postquam dicitur quan tam iudicauerint opportunam, & expedientē [subditur] pro conuersione Indorum, & manutentione eorum. &c. Sequitur ergo, quod semper durat potestas omnimoda quādiu ad manutentionem expedit, sed manutentio post conuersionem etiam per fectam Indorum sē per est necessaria, non ergo cessat peracta cō uersione, cum post illam manutentio sit desideranda: Sequitur tandem toto cœlo [vt aiunt] ab errare qui dicunt hoc priuilegiū, &

legiũ,& cętera eiusmodi expirasse, eo quod infidelium conuersio [pro qua cõcessa sunt] iam est peracta. Cum claris & apertis verbis in priuilegio concedatur, hanc omnimodam potestatem tantam concedi : quantam ipsi prælati viderint expedientem, non tantũ ad conuersionem Indorum, sed etiam ad manutentionem & ad profectum illorum in fide Catholica, & obedientia S. Romanę Ecclesię. Sed profectus in fide intelligitur post fidem susceptam, & non habet finem in ipsa conuersione, sed est cõtinuus progressus: manet ergo hoc priuilegium in sua vi & robore, vsq; dum per Sedem Apostolicam fuerit reuocatum.

21 ¶ 4. Aduertendum est, quod iudicare de omnimoda auctoritate, quanta sit, & quàm expediens, & opportuna pro cõuersione, manutẽtione, & profectu nouiter conuersorum, non relinquitur Episcoporum, aut Archiepiscoporum iudicio & examini : nedum aliorum censurę, sed solum iudicio ipsorum prẹlatorum superiorũ ordinum Mendicantium, vt illa possint vti auctoritate omnimoda, quantam ipsi iudicauerint, & non dicit iudicauerint necessariam, sed expedientem [addit] & oppor

opportunam: quę verba omnia merito veniunt sigillatim consideranda: eo quod iuxta illa superiores ordinum Mendicantium possunt vti tali potestate, non solum quando necessarium est pro bono cōmuni & fide Indorum: sed quando necessarium non est, cum tamen expediat, vel sit opportunum, vt quādo in particulari vtile esset alicui vt euitet peccata, & vt plus diligat ministros Euangelij & vt quiescius vitam agat cum coniuge. Quę causę non sufficerent ad vtendum hac omnimoda potestate cum fratribus, vel alijs, qa vltra causam rationabilē quæ debet semper interuenire in dispensationibus, reqritur, quod cedat in bonum Indorum directê vel indirectê. Quod est maxime notandum propter multos Hispanos, qui cū sint in gradibus ab Ecclesia prohibitis coniuncti, & vitā ducant inter huius terrę incolas, qui pacificê amplexântur Euangelium ad contrahendum dispensationem à pręlatis Ordinum extorquere conātur. Cum quibus nullo modo dispensandum est, nisi in Ordine ad bonum Indorum directê, vel indirectê. Cum Indis vero non ita difficile dispēsatur, nam presenti anno. 1599. dispēsatum est cum quodam Indo

Cle

Clemēte nomine Tulucano, vt Matrimoniū duceret,& de facto duxit, cum quadam mulie re, quam in confirmatione tenuerat. Neq; alia dispensandi causa interfuit, quàm ꝙ illa pauper, hic vero aliquantulum esset diues qui poterat eam honeste sustentare. Sed aduerto, quod talis dispensatio non fuit facta per superiores nostri Ordinis, sed per alios. Vnde pater Focher satis scrupulose loquītur, in Expossitione huius Bullę interpretando il la verba, pro conuersione infidelium, & manutentione,& profectu illorum. &c. vsq; Ro manæ Ecclesię, vbi dicit. Ex his verbis sciant præfati fratres, ꝙ non licet eis vti illa auctoritate Papali, maxime quo ad dispensationes, nisi subsit causa legitima,& rationabi lis ad dispensandum, aliàs non dispensarent sed dissiparent, abutētes prædicta auctoritate. Quod nota, quia nonnulli putant, sibi licere pro voto vti illa auctoritate, etiam nulla ad hoc existente rationabili causa, quod est falsum. Cum etiam Papa communiter non dispenset sine rationabili causa. Vt patet in cap. Veniens, qui Cleri. vel Vouen. Et in multis aliis casibus iuris, in quibus Papa so let rationem reddere quando dispensat in cō

muni

communi Ecclesiæ constitutione. Vbi aduerte, q illa posset dici rationabilis causa dispensandi, propter quã Doctores dicunt posse dispensari, scilicet, pro bono vnius Regni, vt dicunt Richar. & Petrus de Palu. in. 4. vel propter quam Papa solet dispensare, & verisimile est q si esset præsens dispensaret. Et hoc relinquit Papa recto iudicio Prælatorum fratrum, qui ait, tantam quantam iudicauerint, quasi dicat. Iudicent quæ est causa legitima dispensandi. Tunc vero recte iudicabunt dispensandum esse, quando occurrit talis casus, in quo Doctores dicunt bonũ esse dispensare. Putà, pro bono pacis, vel vnius Regni, vt supra dictum est, vel in quo Papa solet dispensare, vel quando verissimile est, q Papa dispensaret, si esset præsens. Quod cognoscẽt præfati fratres, per hoc scilicet, si videant, q si nõ dispensetur, erit Ecclesię huius magna iactura, & detrimentum & scandalum, & periculum fidei, & animarum, tunc enim rite dispensare poterunt prę fati fratres. c. quia circa. cum glo. de consang. & affinit.

¶ 5. Aduertendum ex dicta litera Bullę, quod personæ super quas hęc auctoritas õnimoda 22

datur

datur, & cōceditur superioribus Mēdicātiū in vtroq; foro, sunt in multiplici differentia. ¶ Primo sunt fratres eiusdē Ordinis. ¶ Secundo alterius Ordinis de licētia sui prelati deputati tamen conuersioni Indorum. Qui nō solum sunt, qui callent Indorum linguam & Idioma, sed etiam alij, qui eos associant ad hoc, vel domum seruando, pueros docendo, & instruendo in doctrina Christiana, vel in arte scribendi, pulsandi, aut psallendi: qa sine his non possent primi exercere cōuersionem Indorum, aut illi continuò intendere. Item quia priuilegiū concessum scholaribus extenditur ad commorātes in studio cum eis quia largê possunt dici scholares: quod tenet glossa cap. 1. de locato & Panor. ibid. nu. 9. Deinde quia hæc facultas & potestas conceditur super fratres, & super omnes Christicolas fratres commitantes ad opus conuersionis: ergo ad fratres subditos, qui commitantur ceteros in tā præclaro & precellenti Ministerio. ¶ Et. 3. super Indos. Et adhoc sufficit, quod expediat Indorum conuersioni, vt possint præfati prelati vti potestate dicta, l. quod similiter expediat manutētioni, & profectui eorum in fide & obedientia Ecclesiæ

Romanę. Et ſic poſſunt diſpenſare cum eis in voto caſtitatis perpetuæ, vel ſuper impedimentis dirimētibus Matrimonium de iure humano. Et abſoluere ab excommunicatione Cęnæ Domini, ſi expediret ſaluti animę vouentis, vel contrahentis Matrimonium, de quo infra verbo, Diſpenſatio, & Diſpenſare, vel ſi aliæ occurrerint cauſę pię, ſicut in prę cedenti. §. 20. in principio diximus ¶ 4. Et ſuper Chriſticolas, ad opus conuerſionis Indorum fratres commitantes; & quanq; hæc verba concommitantes fratres & cætera, videantur quamdam particularitatem & ſpontaneam oblationem ad dictum opus conuerſionis, quam de ſe ipſis ſũt facturi illi Chriſticolæ, cum quibus eſt diſpēſandum: at vero vt dicit pater a Veracruce, extenduntur etiam ad chriſticolas, q exēplo bonæ vitæ, odore ſanctæ famæ, vitam agunt inter has gentes nouiter conuerſas. Quid enim amplius facturi eſſent, ſi concomitarentur fratres? Item quia ſequitur idem effectus qui prętendit in dicta cōmitatione, & ſic vidi fieri à viris doctis: quia inquiunt currit, verbum dictum, & dilatatur in cordibus Indorum per huiuſmodi perſonarum exempla, adiuuaturq; prædicatio

catio Euangelij,& conuersio Indorum. Hæc ille. Verum id puto intelligi in locis, vbi pauci sunt Christicolæ,& multi infideles, aut nouiter conuersi, non autem in hac Mexicana gubernatione, de qua intelligendum existimo id quod in præcedenti. §. transcripsi ex Patre Focher.

23 ¶ 6. Notanda est causa finalis quæ mouit Papam ad cõcedendum hoc priuilegium,& omnimodam auctoritatem, nam ea fuit vt melius conuersio Indorum fieri valeat, & saluti animarum omnium, in Indiis pro tempore degentium prouideatur, & sic dicitur in litera. Et sic iste est scopus cõcessionis huius,& ad hoc debent respicere vtẽtes hac potestate omnimoda Papę, ne errent, quoniã nõ valet dispensatio illius, qui dispensat in iure communi citra Papã, sine causa rationabili, vt tenet Panor. cap. Quia secundum deprębendis, nu. 3. & Siluest. verbo Dispensatio. §. 3.

24 ¶ 7. Est aduertendum ꝙ Summus Pontifex hanc omnimodam potestatem tripliciter limitauit. Prima limitatio est, vt vbi sunt Episcopatus creati, Pręlati dispensaturi distent ab Episcopis, vel ab eorum Officialibus per duas dietas. Nam dicit, in quibus nondum fuerint

fuerint Episcopatus creati, vel si fuerint tamen intra duarum dietarum spatium, ipsi, vel Officiales eorum inueniri minime possint. Et infra Procuius literę clariori interpretatione notandum est primo, q̄ dieta est iter vnius diei, significat enim Hispanice Iornada vnius diei. Cõmuniter autem sumit̃ pro spacio septem leucarum, atq; ita duę dietę conficiunt, aut cõtinent quatuor decim leucas cõmunes, & secundum alios duo decim tantum. Verum vt dicit Angelus verbo, Dies, in hoc stãdum est arbitrio boni viri, qui tamen à cõmuni cõsuetudine in hoc nõ debet recedere, cũ consuetudo sit optima legum interpres. c. Cũ dilectus de cõsuet. Bonus enim vir in tali, nõ aspiciet quãtũ potest ambulare vno die, ille qui ad ambulãdum est velox, vt cõmuniter sunt hi naturales, neq; etiam aspiciet, quantũ potest ãbulare ille qui est tardus ad ambulãdũ, sed ad illum aspicere debet, q in hoc tenet medium, qui neq; velox est ad ãbulãdũ, neq; etiam tardus, sed qui rationabiliter ambulat. Puto q̄ in hoc possunt assumi pro regula religiosi, qui cõmuniter humano modo, & decenti ambulant, ita vt dicatur dieta, tantũ spacij, quantum vno die religiosus

senio

senio, vel alia quauis occasione non præpeditus, communiter potest ambulare. Secundo est notandum ꝙ officiales Episcoporum in presenti sunt Vicarij Generales. Episcopatus [como los Prouisores] nõ enim dicit Breue Officiales Episcopi, quia tunc omnes Vicarij multorũ locorum, qui habent ibi ius, essent cõtenti in hoc priuilegio nomine officialium, sed dicit Officiales Episcoporum, vt intelligantur officiales Generales, cuiuscunq; Episcopatus. Item quia nos habemus priuilegium Pauli. 4. in quo conceditur nobis nostra priuilegia iuxta fauorabiliorem illorum interpretationem in õnibus & per omnia esse interpretanda. Ergo quando est dubium de aliqua concessione nobis facta, debemus interpretari iuxta fauorabiliorem interpretatiomem nostram. ¶ Tertio est aduertendum, quod Papa ponit triplicem differẽtiam locorum, scilicet vbi nondum creatus est Episcopatus. Et vbi est iam creatus, sed talis locus differt vltra duas dietas, à loco vbi Episcopus, vel eius Officialis potest inueniri. Et. 3. vbi residet sedes episcopalis vbi scilicet Episcopus vel eius officialis intra spacium duarum dietarum potest inueniri.

Et

Et circa tria illa loca sic ordinat Pontifex, quod in locis vbi nõ est creatus Episcopus, vel in locis vltra duas dietas distantibus à loco vbi inueniri potest Episcopus, vel eius Officialis, præfati fratres Mendicantes omnimodam habeant auctoritatem inforo exteriori, & interiori, tantam quantam iudicauerint esse opportunam & expedientem pro cõuersione Indorum, & manutentione & profectu illorum, & aliorum præfatorum in fide Catholica, & obedientia sanctæ Romanę Ecclesię. Et hoc quidem sine assensu Episcopi, immo etiam illo contradicente. Sed in locis vbi est Episcopus residens, vel eius Officialis, & inlocis adiacentibus, distantibus tamen per solas duas dietas à prædicto loco, vbi inueniri potest ipse Episcopus, vel eius Officialis, præfati fratres superiores ordinum Mendicantium hac concessione hic expressa [in textu de omnimoda potestate] non possint vti. Ratio huius limitationis fuit, vt debitus deferretur honor Episcopis circa suos subditos: atq; ita eiusmodi limitatio debet intelligi quantum ad Indos, & ceteros sęculares, qui subsunt Episcopo, & non respectu fratrum, siue sui ordinis, siue alterius,

quia etiam infra duas dietas, Prelati Mendicãtium, vel per eos deputati, possunt ista cõcessione, & hac õnimoda potestate vti in suos subditos, l. infratres alterius ordinis: quãdo necessitas in Bulla expressa euenerit. Quia vbicunq; hæc necessitas acciderit, siue vltra prædictas duas dietas, siue infra, siue etiam in loco vbi resídet Episcopus, Prælati Mendicantium hac auctoritate in sui Ordinis, aut cuiusvis alterius Ordinis fratres vti possunt, sine assensu Episcopi, etiam infra duas dietas existentis. Hoc probatur. cap. Intelligentia, de verbo signi, vbi dicitur: quod verba non sunt intelligenda secundum quod sonant: sed secundum mentem proferentis. Modo constat ex verbis Bullæ, quod Papa voluit prouidere fratribus, vt sua possint vti prædicta auctoritate in se, & in alios alterius religionis fratres, quando fuerit necesse. Item voluit prouidere Episcopis, maxime quando expressit de duabus dietis, ne infra eas prædicta auctoritate vterẽtur fratres, ne pastoralis dignitas vilesceret, si in Episcopi presentia, l. quãdo infra duas dietas eius presentia haberi potest, præfatĩ fratres predicta vterent̃ auctoritate, ac per hoc Episcopali de

rogare

rogaret dignitati. Vbi ergo hæc ratio cessat, fratres possunt vti hac cõcessione, in loco etiam vbi residet Episcopus, quod fit, si in suos vel alterius ordinis fratres hac vtant papali auctoritate, cũ per hoc nil deroget dignitati Episcopi, cũ ab eo sint per priuilegia sua exẽpti: sic distinguendũ ostẽdit intẽtio Papæ, satis in Bulla pręmissa expressa. Et si verba aliter videant sonare, de qbus non est curandũ, qñdo de intentione legis latoris constat, l. Scire leges. ff. de legi. alias Episcopus ponẽs Officiales circa loca fratrũ, l. in ipsis locis fratrũ, posset in totũ euacuare hanc cõcessionẽ, si nollet ꝙ fratres hac Bulla infra duas dietas vterẽt, nã sic neq; in sęculares, neq; in suos fratres vti possent hac auctoritate papali in necessitate, cum tamẽ oppositum sit dicendum. Nempe Principis beneficium amplissimẽ est interpretandum, maximẽ cũ in nullius præiudicium cedit. sicut in proposito, quia ꝙ infra duas dietas præfati religiosi in se, & in suos, vel in alterius ordinis fratres, hac vtantur auctoritate, in nullius cedit præiudicium. Quod si in alicuius esset pręiudicium, maxime esset Episcopi, quod nõ est dicendum, quia in hoc suæ dignitati in-

nullo derogatur, cum fratres ab eius potes-tate sint exempti. ¶ 3. Notandum est, quôd Paulus. 3. ampliauit, & extendit hoc Breue Adriani. 6. ad loca vbi sunt Episcopatus creati, vel in futurum creabũtur, etiam infra duas dietas: dum tamen interueniat Episcopi assẽsus. De quo infra. tit. Infidelium conuersio in concessionibus Pauli. 3.

¶ Et Episcopo existente in Episcopatu, non posset generalis Vicarius totius diœcesis dare hunc assensum: secus si nõ existeret: argu. c. Nullus detemporibus ordinand. in. 6. & Clement. Dudum, de Sepulturis: vbi in prę sentatione Confessorum Episcopus debet dare suum assensum, sicut hic. Et tamẽ si Episcopus est in ciuitate, non potest Vicarius generalis dare. Siluest. verbo, Confessor. 2. §. 8. Ex quo patet, ꝙ alij inferiores Vicarij nõ poterunt dare huiusmodi assensum: quia nõ possunt cedere honori, qui debetur in hoc casu Episcopis. At vero Episcopi bene poterunt concedere eis facultatem prę standi hũc assensum: quia possũt cedere honori suo, cui defertur in limitatione dicta, de duabus dietis. Sed debet interuenire clausula particularis in hoc, quia Episcopi possunt ex com-

 missi

missione particulari Pauli. 3. iuxta ea quæ habẽtur in cap. Qui ad agenda. de procura. in. 6. Et obiter notandum, ꝙ postquam Episcopi dederint assensum dictis Prælatis vtendi hoc priuilegio infra duas dietas: non poterunt sine causa rationabili tollere, aut reuocare. Quia Episcopi subduntur Iuri canonico dicenti. Quod semel placuit, amplius displicere non potest [sine causa scilicet rationabili] de Regu. Iu. in. 6. Regu. 21. & regu. 16. Decet. Vbi glosa dicit, quod imponit necessitatem, quantum ad subditum, & quãtum ad Principem potentem, quia potest priuilegium moderari. Et causa rationabilis vocatur, si post licentiam viuerent scandalosê aut ea scandalosê vterentur: vel mentecapti essent, secundum Siluest. Confessor. 2. §. 11. Nec cessabit hic assensus per mortem Episcopi, qui dedit, quia ipse non dedit ex proprio iure, sed Papa ei commisit, vt posset prẹstare: & sic auctoritate Pauli. 3. dant assensũ: qui ante non poterant: de quo videatur Titulus, de Auctoritate Apostolica Dominis Episcopis concessa in fauorem & beneficium Indorum. nu. 11.

¶ Quarto est notandum, ꝙ vbi non sunt E-

Episcopatus creati vt in Nouo Mexico, Cali forniis, Cian, China, Cochinchina, & Insulis Mindanao, Burnei, & quas vocant de Salomon &c. Possunt prædicti Prælati ordinũ Mendicantium vbi ibi appulerint, vel etiam ibi cõmorantes vti hac omnimoda potestate, sine eo ꝙ Episcopi circumuicini suum præstent assensum. Quia ibi non extenduntur termini suorum Episcopatuũ. Et postquam ibi prędicti Prælati suam exercent auctoritatem, nil possunt intẽtare Episcopi vicini, qa illa loca sunt commissa dictis Prælatis per Papam, & sic sunt eius delegati, & ab eo habent auctoritatem, & potestatem administrãdi Sacramenta Baptismi, Pœnitentię, Vnctionis extremæ, & Matrimonij. Immo ibi possunt Religiosi Ecclesias benedicere, Sacramentum Confirmationis conferre, Ecclesiis de ministris prouidere, per Breue Leonis. 10. de licentia suorum Prelatorum. Sed vbi sunt Episcopatus iam creati, oportet sequi quę Adrianus. 6. pręcipit, si illo priuilegio sit vtẽdum, secus si clausula & concessione Gregorij 9. Inno. 4. Nicolai. 4. Sixti. 4. Leonis. 10. & Pau. 4. vt patebit ver. Infidelium conuersio, in Expositione literarum Apostolicarũ, præ

prędictorum sanctorum Pontificum.

24 ¶ Secũda limitatio est, q̄ hęc auctoritas omnimoda solum se extendat ad actus Episcopales, qui non requirunt ordinem Episcopalem, vt absoluere à casibus de Cæna Domini dispensare in votis, & in irregularitatibus, & in impedimentis Matrimonij iure diuino, aut naturali non prohibitis, de quo verbo Dispensatio. Et verbo. Infidelium conuersio.

25 ¶ Tertia limitatio, q̄ tandiu duret, vsq; dũ aliud per Sedem Apostolicam fuerit ordinatum. Sed re vera eiusmodi verba & similia perpetuitatem quandam important, vt patet. cap. si gratiosè, de Rescrip. in.6. de quo verbo Episcopus nu. 7. Et confirmatur per nõ obstantias quas ponit prædictus Põtifex his verbis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, pręsertim Sixti 4. incipienti, & si dominici gregis. &c. ac Bulla Cęnę Domini, cęterisq; in contrariũ facientibus quibuscunq;. Et quod hæc facultas omnimodę potestatis non reuocetur per Bullam Cenæ Domini manifestum est per ea quæ supra diximus, fo. 124. & docet pater frater Emanuel in Expositione Bullę.

 §. 9.

Bullæ. §. 9. nu. 69. & 70. & in additionibus ad. §. 9. nu. 62. fo. 117. & sequentibus vbi refert notabilem illam clausulam [Nisi etiam hi casus in eis præsentibus literis expressi, comprehendantur] quam Bullę Cęnę Domini addiderũt Sixtus. 5. & Clemens. 8. De qua videatur idem egregius auctor in eisdem Additionibus. fo. 119.

¶ Sed cum crimen Hæresis sit primus casus contentus in Bulla Cænę Domini, merito dubitatur. An Prælati superiores ordinum Mẽdicantium qui possunt absoluere suos subditos àquibusuis casibus [etiam cõtentis in Bulla Cænę Dñi] possint etiam eos absoluere à crimine Hęresis? Nã Cõfessores idonei possũt absoluere suos pęnitẽtes habentes Bullã Cruciatę ab omnibus casibus contentis in Cęna Domini, excepta Hęresi, vt patet in Bulla originali promulgata anno Domini. 1584. fr. Emanuel To. 1. qq. regularium. q. 20. art. 10. dicit, quod licet videatur, quod dicti Pręlati possunt absoluere in foro cõscientiæ suos subditos à crimine Hæresis, dummodo non sint hæretici relapsi, iuxta declarationem Sixti. 4. Clementis. 4. & Iulij. 2. de quo supra verbo Absoluere, & Absolutio. §. 1. fo. 120.

Nil

Nihilominus ipsos Prælatos regulares per-supradicta minime hanc habere auctoritatē. Neque his obstat, quod regulares nō sunt peioris conditionis, quàm sęculares. Vnde cū ipsi sęculares possint absolui ab Hæresi occulta à suis Episcopis, videtur dicendum, quod regulares possint absolui ab eodem crimine occulto ab eorum Prælatis, iurisdictionē quasi Episcopalem habentibus. Nam respondetur, non esse peioris conditionis in hoc regulares quàm sęculares, cum ipsi regulares possint submitti iurisdictioni Episcoporum renunciando priuilegium exemptionis, quo ad hoc, & sic absolui ab eisdem, iuxta doctrinā Federici Senensis, quam sequitur doctissimus Nauarrus. lib. 1. Consil. tit. de Officio Ordinarij. Consil. 8. Hæc dicta sunt secluso quocunq; priuilegio. Verba sunt prædicti patris, & maxime consideranda, nam forsam scripsit propter ea quæ habentur in Compendiis Societatis Iesu, tam Indico, quam manu scripto, verbo, Absolutio. Et in Compendio Indico doctissimi patris Magistri Alphonsi à Veracruce, verbo, Absolutio. 3. circa finem.

¶ Frater Alphonsus de Casarrubios Hispanus, in suo Compendio, verbo, Absolutio quo

ad

ad fratres nu.14.Et Collector Compendij secundę impressionis, verbo, Absolutio ordinarìa quo ad fratres, nu.18. referunt concessionem quandã Alexandri. 6. factam Generali,& Prouincialibus,& Custodibus Ordinis Minorum Obseruantiæ vltra Montanis,quia eis concessit plenariê facultatem & auctoritatem:vt quoscunq; subditos suos [fratres videlicet, & moniales sanctę Clarę: ac vtriusq; sexus tertiarios,de pœnitẽtia nũcupatos] inuenerint in aliquo Heresis, vel Apostasiæ crimine lapsos, etiam si sint relapsi, possint eos absoluere, & cum eis dispensare,nec nõ prefatorum relapsorum penas à iure institutas cõmutare, pensatis qualitate & quantitate, aliisq; debitis circunstantiis, augẽdo, aggrauando, vel diminuendo, toties,quoties opus fuerit, & prout secũdum Deum viderint expedire: dummodo talium relapsorum crimina publica, & notoria apud seculares nõ sint, vt ex hoc scandalum oriri possit. Verũ aduertunt predicti priuilegiorũ Collectores quod cũ isti casus sint de contentis in Bulla Cęnę Dñi, quę Bulla quolibet ãno renouat, quod predicta concessio iam est reuocata. Et idẽ dicẽdũ de similibus cõcessionibus, qbus

conceditur absolui à casibus de Cena Dñi.
17 ¶ Paulus.3.Romę apud sanctũ Marcũ, ãni incarnationis Dominicę millesimi quingẽtesimi quadragesimi noni, quinto decimo Kalẽdas Nouẽb. Pontificatus sui anno quinto decimo, concessit Prępositto generali Societatis Iesu, vt cũ aliquos ex fratribus, seu sociis Societatis huiusmodi in Sarracenorũ, & Paganorũ, aliorũq; infidelium terras, & prouincias remotissimas àq bus nõ potest adiri Sedes Apostolica, misserit, possit eis, auctoritate Apostolica facultatẽ concedere, vt Christianos ibidẽ cõmorantes, confessione peccatorum suorum audita, & penitentia salutari iniũcta, eos, & eorum quẽlibet ab õnibus, & singulis eorũ peccatis, etiam in Bulla Cęnę Dñi reseruatis, & à cõsequẽtibus cẽsuris, & pęnis absoluere. Habetur hoc Breue authẽticũ Mexici apud Iesuitas. Hanc facultatẽ à Paulo. 3. in perpetuum concessam, & à Iulio.3. confirmatam Romæ apud sãctum Petrũ die.22. Octobris ãno Dñi. 1552. pontificatus sui anno tertio, declarauit, eodemq; tenore confirmauit, & pro potiori cautela denuo concessit Gregorius.13. ãno.1573. die octauo Septembris, eãq; insuper extẽdit ad õnes presbyteros Societa

cietatis comeantes tam ad Orientalem, quã ad Occidentalem Indiam, omnesq; Regiones, & Insulas transmarinas, ad quas Lusitani & cęteri Hispani penetrant, & in eisdẽ partibus pro tempore existentes. Fuit autem hæc extensio facta primum quidem ad decennium, deinde per eundem ad aliud decennium: sed tandem per eundem facta est perpetua, dum per aliquam Bullam Cænæ Domini futurorum Pontificum, nõ reuocabitur. Quę omnia patent ex literis Apostolicis impressis pag. 42. &. 66. & ex manuscriptis. Circa quæ Collector Compendij Indici Societatis, verbo, Absolutio. §. 1. &. 2. aduertit duo. Primum, hac facultate vti posse Prouinciales, & eos, quibus ipsi eam commisserint. Secundum, quod illa non vtantur in ijs locis, in quibus Officium Sanctæ Inquisitionis residet nisi cũ solis Neophitis, & ea moderatione, vt Inquisitores nulla ratione offẽdantur: quin potius sedulam operam nauabunt, vt pęnitentes, in ijs, quæ in foro exteriori reuelare tenẽtur, officio suo nõ desint. Quod valde considerandum esse dicit pater Magister Alphonsus à Veracruce. Gregorius 14. die. 21. Septembris, anni Domini. 1591.

Ponti

Pontificatus sui anno. 1. hanc eandem facul tatem [absoluēdi quoslibet ab omnibus pec catis, & censuris. etiam in Bulla Cænæ Do mini contentis, & reseruatis] à Paulo.3. cō cessam pro terris,& prouinciis Sarracenorū & aliorum Infidelium ampliauit, & extēdit ad alios viginti annos computandos à data prædicta. Sed aduerte, eiusmodi concessio- nem,& nouā confirmationem priuilegij Pau li. 3. à Gregorio. 14. factā, non tollere nec infirmare huius concessionis perpetuitatem à Gregorio. 13. cōcessā de qua supradictum est: quia illa firma, valida, & perpetua ma- net,quo ad vsq; per Sedem Apostolicam re- nocetur.

28 ¶ Pius. 5. die. 12. Maij anni Domini. 1568. ad instantiam Reuerendi Patris Fratris Ioan nis de Aguilera ordinis Minorum Commis sarij incuria Romana, cōcessit [viuæ vocis oraculo] omnibus Prouincialibus, in parti bus Indiarum commorantibus, vt eligant in quolibet conuentu duos fratres doctos, qui habeant auctoritatem absoluendi in casibus, in Cæna Domini contentis. Hoc Oraculum authenticum habetur in Collegio diui Pau- li de Mexico, & apud patres Augustinienses

in

in Conuentu Sancti Augustini eiusdem ciui tatis. Religiosissimus pater Magister Alphō sus à Veracruce in suo Cōpendio Indico, ver bo, Absolutio, in fine, refert hanc cōcessionē videatur ibi, & precipue in Compendio Indico, quod asseruatur in Archiuo Conuentus Sancti Augustini.
29 ¶ Doctissimus P. F. Ioannes Fochet in suo Cōpendio priuilegiorum cōcessorum fratri bus Mēdicātibus cōcesso.4. sic dicit. Fratres Mendicantes possunt absoluere ōnes secula res cuiuscunq; conditionis, aut status extite rint hic habitātes ab ōnibus peccatis, etiam Episcopis, aut Pape reseruatis, & etiam à ca sibus Bulle Cene Dñi, Quod colligit ex cō cessis ab Adriano.6. Clemen.7. & Paulo.4. Pont. max. Et notat Clemen. Dudum, & super Cathedrā, de Sepulturis reuocatā esse per Pau lum.4. Sed & Gregorius.13. die.21. Maij an no Domini. 1575. Pontificatus sui anno. 3. denuo confirmauit omnia priuilegia con-cessa fratribus Minoribus de Obseruantia, & Monialibus Sancte Claræ, ac fratribus de tertio Ordine; non obstantibus constitutio-nibus, Super cathedram Bonifacij & Dudum Vienensis Concilij, ac Clementinæ Religio

giosi, de priuilegiis, & Dudum de sepulturis, ac etiam Exfrequentibus, de sententia ex cõmunicationis, ac extrauagante, Ad conditorem Ioannis. 22. &c.

30 ¶ Idem pater Focher concesso. 5. eiusdem Compendij ita scribit. Fratres Mendicantes possunt absoluere siue Indos, siue cęteros Christicolas hic habitantes ab omni Excomunicatione, siue sit lata à iure, siue ab homine, dummodo ipsi Excomunicati satisfaciant damna passis, & hoc tam in foro interiorì; quàm exteriori. Circa quod nota, ꝙ nominatim excomunicatos ab homine non absoluant, sed neq; eos, quos notoriê constat incidisse in sententiam Excomunicationis, siue ab homine, siue â iure latæ, & præsertim quando ex absolutione posset oriri scandalum apud Episcopum, à cuius scãdalo quãtum fieri potest, cauere debent omnes, ne tanta vilescat dignitas, ar.c.1. de Priuilegijs, & c. Accedentibus, de Excess. Prælatorũ: alias cessante probabili scandalo, eos absoluere possunt, & maximê Indos. Hoc nota pro Indis contrahentibus in gradibus consanguinitatis, & affinitatis prohibitis. Quoniam ex hoc incidunt in sentẽtiam Excomunicationis

nis, Cle. vnica, de Consan. & affinit, quos fratres absoluant tam inforo interiori, quàm exteriori. Quantum vero ad cęteros Christi colas in foro interiori, quãdo factum est secretum, eos absoluant à sententiis Excommunicationis, siue à iure, siue ab homine latis. Si autem factum est notorium, remittãt eos ad Episcopum, pro absolutione in foro exteriori, in locis in quibus est Episcopus. Sed etiam bonum erit, quandoq; mittere ad Episcopum Indos pro absolutione excommunicationum, quas notoriê, & palam incurrerint: quando ex hoc pręsumetur, ꝙ cęteri timebunt talia perpetrare delicta, quæ sub pęna Excommunicationis iuris, aut hominis prohibentur. Nempè vt dicitur Prouerb. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit, & Prouerbiorum. 21. Mulctato pestilente, sapientior erit paruulus. Quoniam vt dicit Ysai. 28. Tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Hoc autem cognoscetur esse salubre, & conueniens, quando viderint frarres, ꝙ facilitas venię [putà quando à fratribus leniter absoluuntur, & puniuntur] incentiuum prębet delinquendi, secundum B. Ambro. 23. q. 4. Est iniusta.

Ex

Ex his patet, ꝙ Cler. Religiosi, de Priuilegiis & excessibus priuilegiatorum, quæ videtur contrarium prohibere, est reuocata per Paulum. 4. Pium. 5. & tandem per Gregoriũ. 13. & Sixtum. 5.

31 ¶ Sed circa hæc est dubium. An nominatim excõmunicatus, & denunciatus, siue à Papa, siue ab alio, possit absolui à Confessore Mẽdicante virtute priuilegiorũ Apostolicorum vel virtute Iubilei concedentis cuicunq; Cõfessori idoneo facultatem absoluendi à peccatis, & censuris Sedi Apostolicę reseruatis? Collector priuilegiorum Mendicantium, & Collector Compendij priuilegiorum Societatis tenent, Confessores Mendicantes id nõ posse, neq; in foro exteriori, sed neq; in interiori. Sed Magister Medina in sua instructione Cõfessorum. c. 12. & Doctissimus Nauarro lib. 5. consiliorum. tit. de Sententia Excõmunicationis, Consilio. 26. & noster Emanuel to. 1. qq. Regularium. q. 61. art. 6. & in Additionibus ad Explicationem Cruciatę. §. 9. num. 49. & sequentibus, tenent Confessores regulares virtute Bullæ Cruciatæ, & per consequens virtute priuilegiorum Apostolicorum id ipsum concedentium, posse absol-

uere ab Excõmunicatione nominatim Excõ municatos ſatis facta parte, aut preſtita ſufficiẽte cautione, in foro etiã exteriori. Quod probat pater Emanuel verbis Iubilei cõceſsi à Pio. 5. quæ refert in prędicta quęſtione, & in Explicatione Bullæ. §. 9. nu. 55. & alio Iubileo cõceſſo à Gregorio. 13. ãno Dñi. 1574. de quo in additionibus ad Cruciatã, fo. 107.

¶ Ioãnes presbyter Cardinalis Poggius nũ cupatus Iulij. 3. in Regnis Hiſpaniarum de latere legatus Valliſoleti, Kalendis Septembris anni Incarnationis Dominicę. 1553. Pontificatus prędicti Papæ, anno. 4. auctoritate Apoſtolica perpetuo conceſsit, & indulſit, vt in quolibet trium Ordinum, videlicet Sancti Auguſtini, Sancti Dominici, & Sancti Franciſci, Prouinciæ Nouæ Hiſpaniæ in his Indiis, tres vel quatuor dictorum Ordinũ profeſſores idonei Conſeſſores poſsint eligi, qui omnes & ſingulos vtriuſq; ſexus fideles ad eos accedentes poſsint abſoluere ab omnibus & ſingulis peccatis, criminibus, exceſsibus, & delictis, à quibus locorũ Ordinarij abſoluere poſſunt, & ſuper caſibus eiſdem Ordinariijs reſeruatis diſpenſare, & pro commiſsis pęnitentiam ſalutaren

in

iniungere : ac vota quæ ipsi Ordinarij commutare possunt, commutare, liberê & licitê, valeant perpetuô concessit, & indulsit. Hoc indultũ originale asseruatur in Archiuo Sãcti Francisci de Mexico. ¶ Circa hãc concessionem aduertit pater Magister à Veracruce, quod hæc largius concessa sunt per Summos Pontifices, vt cõstat in pręcedẽtibus, vbi hęc auctoritas conceditur non solum tribus, aut quatuor, sed omnibus, quibus fuerit visum Prælatis communicare, qui non solum possunt absoluere in illis, in quibus Episcopus, sed etiam in omnibus casibus Papalibus, etiã Cęnæ Domini. ¶ Frater Emanuel. Tom. 1. qq. Regul. q. 41. art. 5. aduertit, ꝙ quando Capitula Prouincialia hoc faciunt, Prouincialis dictis Confessoribus sic nominatis õnimodam auctoritatem concedat Adriani. 6. & auctoritatẽ Clementis. 7. & aliorũ etiã Summorũ Pontificũ, ꝗ concesserunt indulta Apostolica ꝓ his & similibus partibus. Et sic nominati Cõfessores maiorẽ habebũt potestatẽ illa, quam concedit Cardinalis supradictus.

33 ¶ Non est dubiũ [secundũ concessionẽ Clementis. 4. de qua supra, verbo Absoluere, & Absolutio. §. 1.] Pręlatos Generales, Prouin

les, Custodes, Priores, & Guardianos conuentuales, & eorum Vicarios posse beneficiũ absolutionis impartiri suis Fratribus, & omnibus fratribus suorum Ordinum ad eos declinantibus, cuiuscunq; sententiæ Excõmunicationis à iure vel ab homine, excepta Excõmunicatione lata contra Hæreticos relapsos, vel Chismaticos, & literas Apostolicas falsificantes, aut ad Infideles prohibita deferentes, iuxta declarationem Sixti.4. Ex quo possunt sine dubio prædicti absoluere suos fratres ab Excõmunicatione propter in iectionem manuum violentarum in Clericum, etiam si sit Sedi Apostolicæ reseruata. Nam cui conceditur maius, conceditur etiam quod est minus: sed ipsis Prælatis conceditur absolutio à cæteris casibus in Cęna Dñi, ergo à fortiori, potestas absoluendi ab hac Excõmunicatione, quæ est minor respectu aliarũ in Bulla Cœnæ Domini contentarũm, conceditur, & indulgetur. Et aduertendum, quod si superior aliquis percusserit suum subditũ, potest ipse secundum priuilegia absolui ab alio subdito suo electo ab ipso in Confessoré & si subditus, & Pręlatus se ad inuicem percusserint, & in conuentu non sit aliquis, qui

eos

eos possit absoluere, possunt ad inuicem se absoluere, prout tenet Ioãnes Fabian. in ver. absolutio. 2. §. 6. Licet enim secundum ius ordinarium excõmunicatus maiori Excõmunicatione non possit alium Excomunicatum eadem Excomunicatione maiori absoluere, prout est notatum in sacris Canonibus. c. audiuimus. 4. q. 1. in casu tamen necessitatis, vbi non est alius frater, qui eos possit absoluere, potest Excõmunicatum absoluere, & ratio est: quia necessitas non habet legem, & probat hoc dictum Ioãnes Fabian, à maiori. Quia si Excõmunicatus in casu necessitatis potest absoluere à peccatis, à fortiori poterit ab Excõmunicatione. Hæc ex patre Emanuele, Tom. 1. qq. regul. q. 20. art. 13.

34 ¶ Sixtus. 4. concessit omnibus fratribus Minoribus de Obseruãtia, præsentibus & futuris, tam professis, quâm nouitiis: qui tamẽ habent propositum profitendi: nec non sororibus sanctę Claræ, & tertiarijs vtriusq; sexus, & famulis, & seruitoribus prædictorum omnium: vt quilibet eorum possit semel eligere Cõfessorem de huiusmodi Obseruantia: qui audita eius confessione, pœnitentiam salutar iniungendo, absoluat eos ab õnibus

criminibus, excessibus, & censuris Ecclesiasticis, & dispẽset cum eis in omnibus irregularitatibus: si quas fortè contraxerint, [homicidio voluntario: & mutilatione membri semper exceptis] & ei remissionem generalem & plenariam omnium peccatorũ impartiri valeat. Et ꝙ hoc idem possit in mortis articulo. Ex Compendio priuilegiorum fratrum Minorum secundę impressionis verbo, Absolutio ordinaria quo ad fratres, nu. 5. & frater Emanuel Tom. 1. q. 20. art. 22. Et, q. 62. art. 6. Vbi aliam concessionẽ eiusdem Sixti. 4. Prędicatoribus factam refert: qua concedit pro articulo mortis, vt quicũq; Confessor quemlibet ordinis Mendicantiũ, & eorum, qui gaudent eorum priuilegiis religiosum in articulo mortis ab omnibus casibus, nullo excepto, cum omnimoda auctoritate ac si in illo actu esset Summus Pontifex absoluere possit, & eadem auctoritâte ei Indulgentiam plenariam concedere. In qua cõcessione duo sunt aduertenda. Primum, ꝙ hoc indultum cõmittitur cuilibet Cõfessori sine restrictione ꝙ sit ordinis. Vnde in articulo mortis possunt fratres plenariè absolui à quocunq; Confessore, etiam sęculari, dum

modo sit ab Ordinario approbatus. Secundo notandum, quod hæc est magna concessio propter illa verba; ac si in illo actu esset Summus Pontifex: nam non potest amplius concedi sed neq; desiderari pro consolatione morientis fratris, &c.

¶ Nicolaus. 5. Nonis Augusti, anno quinto sui Pontificatus cõcessit, quod cum aliquis fratrum, vel aliorum supradictorum [in prædicta concessione Sixti. 4.] incurrerit in dementiam, letargiam, vel amisserit expressionem loquelę propter infirmitatem, vel aliàs anteq̃ absoluatur, & illi fiat plenaria remissio, vel quià non fuit copia Confessoris, cum talis casus, seu similis euenerit, in dicto mortis articulo quicũque presbyteri sęculares, vel regulares eum, vel eos absoluere, & huiusmodi omnium peccatorum suorum plenariam remissionẽ auctoritate Apostolica possint & valeãt, illi, vel illìs impẽdere. Quod si talis infirmus superuixerit, nihilominus dicta plenaria remissio quoties sibì facta fuerit, perinde valeat, ac si de huiusmodi infirmitate decederet. Ex Cõpendio Hieronimiano. Vbi aduertendũ, quòd vltima verba concedunt prædictam Indulgentiam reseruari

reſeruari in verum mortis articulum, licet in præſumpto, conceſſa iam indulgentia ſuũ ſortita fuerit effectum. Quæ coceſsio magna eſt, & aduertẽda pro opinione illa, de qua Aduertentia. 19.

36 ¶ Leo. 10. conceſsit licentiam & facultatẽ omnibus monialibus Sanctæ Claræ [& per conſequens omnibus fratribus Mendicantibus] & Ancillis Beatæ Virginis, vt quater in anno poſsint ſe à ſuis Superioribus, ſiue Confeſſoribus, aut aliis fratribus de Ordine fratrum Minorũ [per ſuperiores deputatis] facere abſolui ab omnibus peccatis ſuis qualitercunque cõmiſsis. Ac ſimiliter abſolui, vel potius diſpenſari ab omnibus & ſingulis votis [exceptis ſubſtantialibus emiſsis in earum profeſsione] quæ ſolẽt fęminea leuitate proqualibet minima neceſsitate emitti. Ita tamen, ꝙ nulli ipſarum hæc gratia ſuffragetur: ſi confiſę de ipſa aliquid attẽtarent comittere, quod oculos diuinę maieſtatis [earum violando profeſsionem] offenderet. Et inſuper placuit ſuę ſanctitati debenignitate Apoſtolicæ pietatis, cõcedere facultatẽ earũ Confeſſoribus: de licentia Prælatorum eaſdem audientibus, ꝙ ea plenitudine eas abſo-

absoluant, & illi statuì innocentię restituãt qua sanctitas sua faceret: si ipsamet in confessione auscultaret peccata. Et quod post hac eadem auctoritate Apostolica omnibus & singulis sanctam benedictionem imparti antur nomine Sanctitatis suę. Ita habetur in Supplemento. Forma autem benedictionis est huiusmodi. Auctoritate tibi concessa, & mihi commissa, Ego te absoluo: & sic plenariê illi statuì innocentię restituo, quomodo Sanctitas Domini nostri Papæ faceret, si ipsemet in Confessione tua peccata auscultaret; eadem auctoritate Apostolica tibi sanctã benedictionem Papalem impartior, in nomine Patris, & Filij &c. Ex fratre Emanuele, & ex Compendio, vbi supra.

37 ¶ Leo. 10. post Concilium Lateranẽse [vbi multa priuilegia fuerant restricta,] cõcessit Generalibus, & eorum vices gerentibus, & quibus ipsi specialiter commisserint, vt possint absoluere sibi subditos ab õnibus, & singulis casibus, & censuris, secundum declarationes Sixti. 4. & Iulij. 2. & aliorum Romanorum Pontificum. Non obstantibus reuocationibus, & restrictionibus factis, & faciendis in posterum, ex Compendio verbo, Absolutio

lutio ordinar. quo adfratres nu. 38. Quam concesſionem magnam eſſe, dicit pater à Veracruce in ſuo Compendio Indico, Abſolutio. 2. maximê poſt confirmationem priuilegiorum factam poſt Concilium Tridentinũ, vbi nonnulla priuilegia fuerunt reſtricta.

38 ¶ Idem Leo. 10. concesſit Monialibus Sanctę Claræ, [& per cõſequens omnibus aliis Mẽdicantibus,] vt in omnibus ſollemnitatibus Domini Sabbaoth, & Virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum, & Beati Patris Noſtri Franciſci, & Sanctę Claræ, poſsint Confeſſores earum in ſuis cõfeſsionibus eas plenariê abſoluere, & Pœnitentiam ſalutarem iniungere. Ex Compendio verb. Abſolutio extra ord. quo ad fratres. nu. 8. Pater Magiſter Alphonſus à Veracruce in ſuo Compendio vbi ſupra, dicit, quod Fratres Prædicatores vti poſſunt hac cõceſsione in feſto Beati Dominici, & Sanctæ Catherinę de Sena, & in reliquis hic expreſsis: excepto feſto Beati Franciſci, & Sanctę Claræ, quibus reſpondet feſtum Beati Dominici, & Beatæ Catherinæ. Et ſic gaudent Auguſtinienſes hac facultate [ratione cõmunicationis] in ſuis feſtiuitatibus.

¶ Idem

39 ¶ Idem Leo.10. concessit fratribus Minoribus regularibus Obseruantiæ,[& per consequẽs õnibus aliis Mẽdicãtibus]quod semel in quolibet ãno[vltra alias Indulgẽtias quas à Sede Apostolica habent] possint plenariê Absolui, & Indulgentiam plenariã consequi in festo Sanctę Catherinæ Virginis & Martiris. Ex Compendio vbi supra. num. 10.

40 ¶ Sixtus.4.concessit fratribus Carthusiensibus, quod possint per Confessorem Ordinis semel in ãno in festo Natiuitatis V. Mariæ ab omnibus peccatis[etiam Sedi Apostolicę reseruatis] plenariê in perpetuum absolui. Ex Compen. vbi supra, nu. 12. Hoc priuilegio gaudemus õnes fratres Mendicantes per cõmunicationem. ¶ Doctissimus pater Magister Alphonsus notat pro omnibus supradictis priuilegiis, & aliis similibus, ꝙ quando in eis dicitur,quod Fratres possint plenariê absolui a peccatis : dato ꝙ in illo mẽtio non fiat de Absolutione à cẽsuris, nihilominus hoc debere intelligi. Nam virtualiter,& generaliter concedit Papa, quia nullus potest à peccatis absolui,nisi prius ab Excommunicatione absoluatur. Quod probatur per cap. Præterea, & cap. Suspensionis de

offi

de officio deleg. Vbi dicitur, ꝙ quãdo com mittitur aliquid expediendum: reliqua omnia ſine quibus illud expediri nequit, videntur conceſſa. Hæc verbo Abſolutio. 2. ante dubia.

¶ Ex his omnibus conceſsionibus colligitur, fratres Minores,[& per conſequens õnes Mendicantes] Moniales Sanctę Claræ, ac Tertiarios poſſe abſolui plenariê ab omnìbus peccatis, & cenſuris ſemel in vita, & in articulo mortis. Item quater in anno diebus quibus maluerint, & in feſtis Domini Sabbaoth, & B. Virginis Mariæ, omniumq; Sanctorum, & Apoſtolorum Petri & Pauli, ac Sancti Franciſci, Sanctę Clarę, Sanctæ Catherinę, & per totam maiorem hebdomadam, de conſenſu tamẽ ſuorum pręlatorum.

¶ Frater Emanuel. tom. 1. qq. regularium q. 62. art. 11. aduertit ex Collectore, & Corduba, ꝙ quo ad lucrandum indulgentias, & ſimiliter quo ad abſolutiones à cenſuris, ſecûndum quod conceditur in ipſis priuilegiis quo ad hoc, ſaltem in foro conſcientię bene poſſunt fratres vti pręfatis conceſsionibus, ſine licentia ſuorum Pręlatorum, non autem quo ad abſolutionem à caſibus reſeruatis

uatis

uatis Prouincialibus in ordine Minorum, quia sic declarauit Reuerēdissimus pater frater Franciscus de Angelis Minister Generalis in Capitulo prouinciali prouincię Castellę Toleti celebrato, anno Domini. 1524. Et confirmat eiusdem Leonis declaratione. Sed art.12. dicit, ꝙ virtute primæ concessionis Leonis. 10. quatuor absolutiones plenarias concedentis, credit, cōfessores prędictos posse absoluere religiosos à casibus Papę reseruatis, & per consequens ab ex communicationibus, ipsi reseruatis: cum in ea concedat, ꝙ ea plenitudine eos possint absoluere, & illi statui innocentiæ restituere, qua sanctitas sua faceret, si ipsamet in Confessione eorum auscultaret peccata. Quæ verba maximam habent emphasim, & efficaciam tātam, vt credat prędictus auctor, vt dictarum absolutionum virtute religiosos contritos, & debitè confessos non solum liberari ab omni culpa: sed etiam ab ōni pœna peccatis debita. Hoc enim significat status innocentię, cui per absolutionem ipsi restituuntur. Si autem inquiras, vtrum virtute prędictarum concessionum possint Confessores dispensare cum religiosis in iregularitatibus? Respon

pondetur negatiuê cum in eis nulla fiat mẽ tio de dispensatione, neq; de censurìs : & sit opinio doctissimorum virorum, ꝙ etiam si concedatur absolutio, & dispensatio a censu ris in aliquibus Bullis, aut priuilegiis, non censetur concessa dispensatio ab Irregularitate contracta ratione alicuius peccati, cum Irregularitas non sit censura. Verum est tamen, ꝙ aliorum priuilegiorum virtute de quìbus verbo. Dispensatio. num. pos sunt Fratres absolui ab aliquibus irregularitatibus.

42 ¶ Sed est dubium, An Prælati Ordinum Mendicantium possint absoluere suos subditos ab Excõmunicatione, & Suspensione, quæ incurritur ratione Simonię veræ, & realis, in Ordinis, vel Beneficii susceptionê?

¶ Pro decisione huius dubij est aduertendũ primo, ꝙ pręsupponit ea, quę certa & indubitata sunt, deinde inquirit de Pręlatorum potestate circa absolutionem & dispensationem a censura, & pœnis, quibus se inuoluit, & illaqueatur Simoniacus. Circa primum hoc est certum, Simoniacum realem & scientem se Simoniacè ordinari, aut sibi Simo niace

Simoniacê beneficium conferri, incurrere ipso facto in Ordinis, vel Beneficij susceptione Excommunicationem Papalem latę sententię soli Summo Pontifici reseruatā & inhabilitatem quādam, & irregularitatem ad susceptionem & executionem actuum ordinum. Quę omnia patent ex Scoto, in. 4. dist. 25. q. 1. lit. D. Et cōfirmatur per Pij. 5. Extrauagantem, quę incipit: Cum primum; vbi Excōmunicat Excōmunicatione Papali latę sentētię nō solū Simoniacos in Ordine, & Beneficio, sed etiā mediatores, & procuratores palàm vel ocultè tā dantes, q; recipientes, & cōfirmat in hoc Extrauagātē. Pau. 2. Ipsi vero assequti Beneficia, sunt etiam ipso Iure illis priuati, & insuper inhabiles ad ea, & ad omnia alia obtinenda absq; aliqua declaratione non autē mediatores. Easdē pœnas confirmauit Sixtus. 5. in Extrauagan. quam edidit cōtra malê promotos tā clericos sęculares, quā regulares, declarans eos perpetuo suspensos esse ab executione & exercitio eorūdem ordinum susceptorū, & ab ōni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores. Et si in eis celebrare prę sūpserint, illos, sic Irregulares effectos ōnibus & qbuscūq; obtētis, & obtinēdis dig

nēdis dig

dignitatibus, officiis, & benefitiis priuatos esse: & ad alia inhabiles, & incapaces, & si religiosi fuerint, vltra prędictas censuras, & pœnas, perpetuo voce actiua & passiua careant. Addit insuper, quod nemo prętextu cuiuscũq; priuilegij [etiam Maremagnum nuncupati] concessi quibuscunq; ordinibus, cõgregationibus, & personis regularibus, aut Episcopis [per decreta Cõc. Tridẽtini,] aut officio sacrę pœnitentię Apostolicę, vel minoribus, aut etiam maioribus pęnitentiaribus nostris, & Romani Põtificis pro tempore existentis, vel aliàs quomodolibet pro tẽpore cõcessis, personę sic vt pręfertur delinquentes, tam scilicet Antistites, quàm Abbates promouẽtes, quàm Clerici malê insigniti, seu ordinati, à reatibus, & excessibus prę fatis absolui, præter quàm in mortis articulo possint, aut debeãt, neq; cum his super irregularitate premissa contracta etiam si crimen penitus occultũ fuerit, quouis modo valeat dispensare. Hæc Sixtũs. 5. Ex quibus verbis colligitur iuxta superius citàta, quod simoniacos in mala ordinum promotione nullus prę ter Papam potest absoluere, etiam prętextu priuilegiorum regularium, quę sufficienter

dero

derogat Summus Pontifex. Secundo est ad uertendum, quod nomine Beneficij intelligi tur etiam officiũ pastorale, vt prioratus, guardianatus, prouincialatus, &c. quæ inter beneficia Ecclesiastica computantur.

¶ His suppositis ad dubium respondet frater Emanuel.1. Tom.qq. regularium. art.13. quod Prelati regulares [etiam habentes iurisdictionem Episcopalem] non possunt absoluere, neq; dispensare cũ suis subditis Simoniacis in Ordine, cum priuilegia quibus id facere poterant per Sixtum.5. sint iam abrogata. Neq; etiam possunt absoluere eos, & cum eis dispensare, quando ipsorum delictũ est occultum virtute Concilij Tridentini: cum etiam decretũ Concilij Tridentini quo ad hoc sit per Sixtum.5. abrogatum, & per Clementem.8. respectu eorum, quę pertinẽt ad prędictos Simoniacos, nihil sit immutatum, vt constat, ex literis Clementis.8. qui anno Incarnationis Dominicę.1595. pridie Kalend. Martij, Pontificatus sui anno.5. Motu proprio & ex certa scientia, ac dę Apostolicę sedis plenitudine, sua perpetua valitura constitutione supradictas literas Sixti.5. ad terminos sacrorũ Canonum, ac Constitutionem

nem Pij Papę. 2. ſui prędeceſſoris, quæ inci pit: Cum ex ſacrorum ordinum, & ad diſpoſitionem decretorum ſacri Concili Tridentini reſtrinxerit, & reduxerit: nec non cenſuras, & pœnas in eiſdem Sixti literis contra quoſcũq;. Addit tamen verba ſequentia. Præterquam contra Simoniacê ordinantes, & ordinatos inflictas. Has enim voluit in ſuo robore permanere.

43 ¶ Verum hæc ſententia rigurosa ſatis videt & pręcipuè in his Indiarum partibus, vbi difficilis admodum eſt acceſſus ad Nuntium Apoſtolicum, & impoſsibilis [moraliter loquendo] ad Sedem Apoſtolicam. Proquo in memoriã reuocare oportet ea, quę Angelus & Silueſter dicunt, verbo. Diſpenſatio. ꝙ Epiſcopus poteſt diſpenſare in gradibus prohibitis in Matrimonio, quando impedimentum eſt occultum, & ad Papã non poteſt haberi recurſus, & ſeparatio ſine ſcãdalo fieri nõ poteſt: ſicut ſępe cõtingit in mulieribus cognitis à conſanguineis virorum ſuorum ante quã Matrimonium contraherent. Quia non eſt veriſsimile, ꝙ Papa vellit in laqueis huiuſmodi animas remanere, quæ Romã adire nõ poſſunt, neq; mittere. Quæ verba notãda

ſunt

sunt, pro presentis difficultatis absolutione. Nam si consideremus continuam ministrorũ in his Indiarũ partibus in administrãdis Sacramentis occupationem: quis nõ videt passim innumeris illaqueari peccatis Simonia cum qui absolutionem à censuris, & dispẽsationem ab irregularitate ab alio nõ posset obtinere, quam à Sũmo Pontifice, vel eius Nuntio? Quare dicẽdum est, ꝙ Superiores Prelati ordinum Mendicãtium possunt absoluere suos subditos, verê, & realìter Simoniacos, & maximê deputatos Infidelium conuersioni, & Neophitorum manutentionì, & illorum instructioni, ab Excommunicatione, & Suspensione, quæ incurritur ratione Simoniç in Ordinis vel Benefitij susceptione, & dispensare in irregularitate contracta, ratione executionis ordinis in prædicta Excommunicatione. Et cõfirmatur ex Bulla iam cõmemorata Adriani. 6. qui de plenitudine potestatis Apostolicæ concessit vt Prælati Fratrum ordinum Mendicantium, & alij quibus ipsi de Fratribus suis indictis Indiis commorantibus, duxerint committendum tam quo ad Fratres suos, & alios cuiuscũq; Ordinis q fuerint ad cõuersionis opus deputati, ac super

Indos ad fidem Christi conuersos: quã etiam ad alios christicolas ad dictum opus eosdem concommitantes omnimodam auctoritatem Apostolicam, tantã quantam ipsi [& per eos deputati de fratribus suis] iudicauerint opportunam, & expedientem pro conuersione dictorum Indorum & manutentione, ac profectu illorum in fide Catholica, & obediẽtia Romanę Ecclesię. Ex quibus verbis deducitur Prouinciales Indiarum Ordinum Mendicantium posse absoluere fratres suos deputatos conuersioni Indorum, manutentioni, & instructioni, ab omni censura Ecclesiastica, etiam si sit de Cœna Domini. Quod priuilegium quantum ad forum conscientię, per Bullam de Cœna Domini minimê reuocatũ esse cẽset doctissimus frater Emanuel. Tom. 1. qq. regul. art. 9. Tum, quia Bulla Cœnę Domini nõ reuocat priuilegia iam semel cõcessa, & ea precipuè, quæ concedunt aliqua, non obstante prædicta Bulla de Cœna Domini: cuiusmodi est priuilegium Adriani. 6. concessum ad instantiam Imperatoris Caroli 5. Tum etiam, quia processus Bullæ Cęnę Domini minimê publicatur in Episcopatibus Indiarum, quæ publicatio in vnoquoque Epis

Episcopatu requiritur ad reuocationem Priuilegiorum, vt docet Soto lib. 1. de Iustitia & Iure. q. 1. art. 4. vbi dicit pro certissimo habendum, ꝙ leges priuilegiorum reuocatorię vim non habent, quo ad vsq; promulgatæ sint, nõ solum in Prouincia, verũ etiam in Diœcesi. Hoc confirmat doctissimus Magister frater Bartholomeus de Medina. 1. secũdæ. q. 90. art. 4. dicens. In lege vero Põtificia necessarium videtur, quod proponatur per vniuersas Diœcesis: & si lex fuerit multum necessaria, & irritans contractus qui in Republica solent celebrari, maior adhibẽda est diligentia. Quod consultissimê fecerunt Patres in Concilio Triden. in lege irritante matrimonia clandestina: præceptum nãque est, quod hæc lex nõ solum per Diœceses vniuersas, sed etiam per Parochias vniuersas ꝓponeretur, & quod non valeret nisi post triginta dies à promulgatione. ¶ Ex his sequũtur quædam documenta maxime obseruãda. Primo sequitur, promulgationem legis sufficientem non fieri in instanti, aut in paruo tempore, sed in temporis spatio quo possit ad notitiam omnium deuenire. Secundo sequitur, posse accidere, quod lex sit sufficiẽ

ter promulgata respectu quorũdã, & respec tu aliorũ nõ sit satis proposita. Tertio sequit̃ posse accidere, quod lex sit sufficienter promulgata, & quod aliquis ignoret eam, vel qa non adhibuit diligentiam, l. ex ignorantia inculpabili. Sequit̃ vltimo, quod licet ego sciã euidenter sanctiones Regias esse Matriti promulgatas, nõ teneor, donec fiat promulgatio per ciuitates & oppida, sicut habet consuetudo. Et idẽ iudicium est de lege, quę reuocat priuilegia. Et adducit exemplum, dicẽs. Nã si ego scio Matriti esse legem promulgatam, vel Bullam, quę reuocet priuilegium de ouis comedendis, & de Confessore eligẽdo; si ego Salmanticę habito, possum vti antiquis priuilegiis, donec sit promulgata mihi per Ciuitates, aut oppida, etiam parua, sicut habet cõsuetudo. Hæc ille. Quæ verba maximê notanda sunt, nam ex eis deducitur primo, priuilegium Adriani. 6. & alia in fauorem conuersionis Infidelium, Indorum & manutentionis in fide, non esse abrogata [quando de eorum abrogatione non constat, quæ non extat] sed etiam in vtroq; foro permanere intacta, vt patet, verbo, Baptizare. verbo, Infidelium conuersio, & verbo, Priuilegia. Et

con

Et confirmo quia Religiosi nostri ordinis se raphici dessignati ab Illustrissimo Domino Comite de Monterey Gaspare de C,uñiga & Azeuedo, huius Noui orbis Prorege, & missi pro cõuersione Infidelium Californias, & Nouum Mexicum in colentium, vsum omni modæ potestatis Adriani, acceptum à R.P.N. Fratre Petro de Pila Commissario Generali secum detulere, & adhuc in Nouo Mexico re tinent, & omnimoda auctoritate funguntur & vtuntur in vtroq; foro, contra dicente etiã Episcopo Compostellę, tunc Domino Domi no Francisco Sanctos Garcia. Cui Dominus Prorex tamq̃; Vicarius Hispaniarum Regis, atq; delegati Apostolici pro conuersione Infi delium in his partibus inuentorum, & inue niẽdorum, silentium impossuit, & prohibuit ne à titulo de cercania, ad illam nouam cõuer sionem Clericos mitteret. Qui & si mitte- rent, tantã auctoritatem non haberent, quan tam habent Religiosi ex indultis, & priuile giis Apostolicis sibi cõcessis, & Regibus ca tholicis. Immo prędicti Clerici essẽt tũc sub diti Religiosis ibi existẽtibus, q̃ sũt delegati Sedis Apostolicę, vt patet, verbo, Infidelium conuersio. ¶ Secundo infertur ex sententia

Magistri Medinę, ꝙ cum adhuc non sit authenticè promulgata, & intimata præallegata Sixti. 5. constitutio cōtra Simoniacos, neque eius confirmatio per Clementem. 8. nō obligat in conscientia, atq; ita priuilegia ordinum Mendicantium & Maremagnū, [quo eis conceditur per Sixtum. 4. Eugenium. 4. & Celestinum. 5. ꝙ semel in vita possint Generales & Prouinciales & quibus ipsi commisserint, absoluere suos subditos ab omnibus, etiam Simoniæ prauitate qualitercūq; irretitos, & dispensationis beneficium, & gratiam impartiri] manere in suo robore. Hęc dicta sufficiant pro absolutione dubij de Simoniaco in ordinis susceptione.

44 ¶ Quantum vero ad Simoniacum in Beneficij susceptione, frater Emanuel in Explicatione Bullę. §. 13. num. 3. & in Additionibus, fo. 198. docet, Commissarium Generalē Cruciatę non posse dispensare in irregularitate contracta ratione huius delicti, & ꝙ licet Simoniacus in Beneficij susceptione incurrat Excōmunicationis sententiam, posse nihilominus semel in vita à Confessore idoneo absolui, & iterum in mortis articulo intra tempus publicationis Cruciatæ.

¶ Pro

45 ¶Prouinciales ordinũ Mendicantium [suorum Priuilegiorum virtute] possunt absoluere suos subditos à suspensione à diuinis in foro cõscientiæ, & in foro etiam exteriori, quãdo ista pęna non est perpetua in foro exteriori. Hæc Conclusio est patris Emanuelis, 2. Parte Summæ, verbo Prelados. c. 29. 3. Cõclusio &. 1. Tom. qq. regul. q. 20. art. 14. & probatur per Priuilegium Clementis. 4. in principio allegati vbi cõcedit, Prælatos superiores posse absoluere suos subditos à quacũq; suspensione à Iure vel ab homine generaliter promulgata. Quid? Quod Prælati Regulares habentes iurisdictionem quasi Episcopalẽ [cuiusmodi sunt Prouinciales] possunt ab ea absoluere in foro conscientiæ, si procedat à delicto occulto, non deducto in judicium, iuxta Indultum concessum Episcopis à Concilio Tridentino Sessione. 23. c. 6. de reformatione, quod indultum ipsis Prælatis etiam communicatur, vt dicit pater Emanuel vbi supra.

❋ ALTARE. ❋

¶Circa Altaris benedictionem vide ea, quę dicuntur, verbo, Infidelium conuersio.

¶Cle

1 ¶ Clemens.4. concesſit, ꝙ in locis vbi fratres degunt, posſint habere oratoria, in quibus cum Altari portatili posſint Miſſarum ſolemnia, & alia diuina officia celebrare, ac etiam Eccleſiaſtica recipere Sacramenta. Ex Compendio.

2 ¶ Sixtus. 4. concesſit, vt non ſolum in oratoriis, & locis quibus ipſi Fratres degũt, ſed etiam in quouis alio loco congruenti, & honeſto Miſſas liberè, & licitê ſuper Altari portatili celebrare posſint. Ex noſtro Cõpendio.

3 ¶ Alexander. 6. concesſit Fratribus Minoribus, vt posſint celebrare Miſſas in cameris ſęcularium, vel in plateis, dato, ꝙ non videantur loca honeſta, quia in cameris dormiunt coniugati, & in plateis fiũt multa profana. In Compendio noſtro, verbo, Miſſa. 1. §. 7. Magnæ ſunt & notabiles hę duę concesſiones, vt notat pater frater Emanuel Tom. 1. qq. regul. q. 43. art. 4. ſi quidem nobis conceditur, vt in quocunq; loco congruenti liceat ſacrum facere: & magis ſe explicans Alexander id ipſum licere [aìt] in cameris ſęcularium, vel in plateis: ac deniq; per dicta indulta conceditur regularibus

regularibus, vt possint extra Ecclesiam celebrare.
4 ¶ Gregorius.13. 8. Septembris, anni Domini. 1573. patribus Iesuitis hoc idem cõcessit, primo ad decennium, deinde ad aliud decẽnium, quod fuit finitum die.11. Augusti anni. 1593. Et Sixtus. 5. die. 14. Martij anni Domini. 1587. Pontificatus sui, anno.2. ad aliud decennium extendit prędictam gratiã [sicut & alias. Societati Iesu concessas] Et tandem Gregorius. 14. die. 21. Septembris anni Domini. 1591. Pontificatus sui anno. 1. eandem gratiam extendit ad alios. 20. annos, à data suarum literarum. Verum superiores concessiones Clementis. 4. & Sixti. 4. fauorabiliores sunt, quia perpetuę & sine limitatione vlla. Quid? ꝙ etiam Iure communi concessum est, in Missę sacrificio posse vti Altari portatili. Dicitur enim in Concil. Tiburiano. In itinere vero positis, si Ecclesia defuerit, subdiu, seu intentorijs: itẽ si tabula Altaris cõsecrata, cęteraq; Sacra mysteria adid officium pertinentia ibi affuerint, Missarum solemnia celebrare concedimus. c. Cõcedimus, de Consecratione. d.1. Fratres etiam Prędicatores, & Minores habent priuilegium

gium à Iure communi, vt in altari portatili absq; Episcopi licentia celebrare possint. c. In his quæ de priuilegiis. Et hoc idem concessit Sixtus. 4. in priuilegio allegato: de quo pater Emanuel vbi supra.

5 ¶ Sed est dubium, si prædictę cõcesiones celebrandi extra Ecclesiam, & alię similes quo ad tempus sint per concilium Triden. ab rogatę? Ad hoc dubium respondet pater Emanuel cum consilio doctissimorum virorum, quod modo possumus vti prædictis gratiis, & priuilegiis, non contradicentibus Episcopis. Atq; ita relatis verbis Concilij Triden. Sessione. 22. in Decreto de Obseruandis, & euitandis in celebratione Missę, Tom. 1. qq. regul. q. 43. art. 4. ait. Ex quorum verborum tenore colligitur, Concilium nõ reuocare Priuilegia, sed tantum præcipere ordinariis, vt non obstantibus dictis priuilegiis, compellant Regulares in foro exteriori censuris & aliis remediis opportunis, ne facultatibus [in ipsis priuilegiis concessis] vtantur. Et sic non impedientibus Episcopis non est cur religiosi scrupulis agitentur. Immo addo, quod iuxta resoluta in articulis superioribus, multa in dictis priuilegiis conce-

ce

ceduntur religiosis, quæ Iure communi con ceduntur. Quas concessiones cum sint Iuris communis, non puto velle Concilium Tridẽtinum ab Episcopis impediri, cum ad ipsorum derogationem expressa mentio eorum fieri debuerit, prout à communiter scri bentibus tradditur. Aduertãt tamen Religiosi, ne vtantur priuilegiis concedentibus, vt Missæ possint celebrari in cameris sęcularium, vbi ipsi dormiunt, & fœminis non solum suis, sed etiam fortê alienis coniunguntur. In quibus copulis [etiam licitis] aliqua aliquando obscęna interueniunt. Indecentissimum enim est, vti talibus priuilegiis,& licentiis, similibus locis, nisi aliqua vrgentissima necessitate instante. Nam dicit doctissimus nec non piissimus Magister Sotus in. 4. d. 13 q. 3. art. 13. pag. 572. colun. 2. magis velle, quem non audire Missam, etiam si non possit ad Ecclesiam ad eam audiendam ire, quàm permittere, vt in dictis cameris dicatur, nisi esset persona ad modum illustris, cum qua facilius dispensatur. Ex his infertur quôd modo possumus vti dictis priuilegiis, non contradicentibus Episcopis. Hęc ille. Quæ verba maximè notẽt Fratres illi

pre

præcipuê, qui in populis Indorum, vbi com morantur Hispani, inhabitant. Nam nullus ferê est Hispanus, qui non credat, & se iactet, talem esse, apud quem debeat sacrum optimo Iure, celebrari. Idem pater Emanuel videatur etiam circa propositum dubium. 1° p. Summę. cap. 245. concl. 1. Et in Additionibus ad Cruciatam. §. 13. num. 18. fol. 104. &c. vbi melius loquitur, quàm in Expositione Bullæ.

❋ Altaria priuilegiata. ❋

1 ¶ Gregorius.13. die.8. Septembris, anni Domini. 1573. ad decennium concessit singula Altaria priuilegiata in singulis Ecclesiis Societatis in partibus Indiarum, nominãda per Superiores eorundem locorum. Quam gratiam idem postea extendit ad aliud decennium: quod fuit finitum die. 11. Augusti anni 1593. ita habetur in Compẽdio Indico Societatis. §. 2. Sed hæc gratia fuit prorogata primum à Sixto. 5. ad aliud decennium deinde à Gregorio. 14. ad alios. 20. annos, computandos à die. 21. Septembris, anni Domini. 1591. iuxta quam computationem, finiet nisi

[nisi de nouo confirmetur] die. 21. Septembris, anni Domini. 1611.

2 ¶ Circa hanc concessionẽ aduerte, Primo q̃ ratione cõmunicationis [vt dicit pater Magister à Veracruce] cęteri Mendicãtes vti possunt hac concessione, & gratia : & eam sibi accõmodare. Secundo, q̃ Priores, & Guardiani, quibus respondẽt Prępositi seu Rectores possunt prędicta priuilegiata Altaria in suis Ecclesiis nominare, l. designare. Et. 3. q̃ Clerici ibi celebrantes non gaudẽt hac gratia & concessione, quia pro Religiosis tantum est concessa. Vltimo aduerte, q̃ Missa debet dici pdefũctis, vt illis prosit per modũ suffragij.

3 ¶ Pius. 5. Romæ, apud Sanctum Petrũ sub anulo Piscatoris, die. 22. Augusti, anni Domini. 1571. Pontificatus sui anno. 6. ad instantiam fratris Ferdinandi de Paz Procuratoris Prouinciæ Mexicanæ, Ordinis Sancti Dominici, concessit, q̃ Altare maius S. Dominici de Mexico, Sancti Dominici de Huaxacac, Sancti Dominici Ciuitatis Angelorũ, Sancti Dominici Yancuitlan, Sancti Pauli de Tepuzcollula, Sancti Ioannis Baptistæ de Coyohuacan, Sancti Dominici de Atlacuihuayan, Sancti Dominici de Itzyucan, San

Sancti Dominici de Cuillapan, priuilegiatũ existat, vt in eo animabus in Purgatorio existentibus per modum suffragij subueniri possit: ita ꝙ quicũq; cuiusuis ordinis Regularis, siue Sęcularis sacerdos qui pro tempore in perpetuum, ac quomodocũq;, & quoties cunq; in huiusmodi Altaribus, seu ipsorum aliquo Missam pro requie deffunctorum celebrauerit, seu celebrari fecerit, & humiles ac deuotas ad Deum pręces effuderit pro animabus in Purgatorio existentibus secũdum diuinam iusticiam retentis, quoties id fecerit vnam ex dictis animabus in Purgatorio existentibus [quantũ diuinę bonitati placuerit] à pœnis Purgatorii pręfati, per modũ suffragij [diuina acceptante clementia] liberare promereatur, & promereri posſit. Hæc Bulla habetur originalis in Cõuentu Sancti Dominici de Mexico.

4 ¶ Circa hoc aduerte, primo ꝙ hæc cõcesſio amplior & extensior est, quã pręcedens; quia conceditur etiam Clericis sęcularibus, & q buscũq; religiosis in prędictis Altaribus priuilegiatis celebrantibus. Secundo, quod Prouinciales ordinum Mendicantium, & Custodes [non recognoscentes aliquem superio-

rem

rem Prouincialem] possunt ratione cõmuni cationis priuilegiorum totidem Altaria pri uilegiata pro Animabus à Purgatorio liberã dis designare in suis Prouinciis, & Custodiis provt doctissimi viri consulti respon-derunt. Et confirmatur responsio, primo per ea quæ Adrianus. 6. in Bulla omnimo dæ potestatis concessit, dicens. Et quia vt accepimus per præfatos prædecessores no-stros Romanos Pontifices aliqua indulta cõ cessa fuerunt fratribus existentibus, eunti-bus, aut ire procurãtibus in dictis, & ad dic tas Indiarum partes: nos omnia illa confir-mando, ac quatenus opus esset, denouo cõce dendo, volumus, vt pręfati Pręlati Fratrum pro tẽpore existentes, [& quibus ipsi de suis Fratribus duxerint concedendum] omnibus prędictis indultis, in genere, aut in specie hactenus concessis: & in posterum concedẽ dis vti, potiri, & gaudere, liberê, & licitè pos sint, & valeant: habentes omnia pro sufficiẽ ter expressis, tamq; si de verbo ad verbum insererentur. Non obstantibus. &c. Ecce qualiter Summus Pontifex cõcedit Superio ribus Ordinum Mẽdicantium, & quibus ĩp si duxerint cõmittendum: vt possint gaudere

 omni

omnibus gratiis, & priuilegiis concessis, & concedendis: atq; ita cũ ratio quę mouit Sãctissimum Pontificem Pium .5. adconcedendum prędicta Altaria priuilegiata [videlicet vt prędictę Ecclesiæ à Christi fidelibus harũ partium frequententur honoribus, & in maiori veneratione habeantur] maneat eadem: non est q̃ dubitemus prędictos Superiores posse totidem nominare Altaria priuilegiata pro liberãdis, & eruendis Animabus in Purgatorio detentis. Quæ concessio, & gratia extenditur etiam ad Nouũ Mexicũ, Californias, & ad Insulas Philippinas, & alias quascũnq; Insulas, & terras Infidelium, tam inuẽtas, quam inueniendas, vt ex litera Adriani patet.

5 ¶ Secundo confirmatur, quia Paulus.3. Romę, die.20. Decembris, anni Domini.1542. Pontificatus sui anno. 9. ad instantiam Religiosi viri Fratris Hieronymi de Sancto Iacobo Ordinis Prędicatorum, Viuę vocis Oraculo [vt testatur Ioãnes à Toleto tituli sancti Sixti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Burgensis nuncupatus] concessit vniuersis, & singulis Ordinis Prædicatorum Religiosis [& per consequens omnibus

omnibus Mẽdicãtibus in Noua Hispania ha bitantibus] largissimam, & plenissimã omnium priuilegiorum communicationem, vt ipsi omnes, qui sunt sub gubernatione Domi ni Antonij de Mendoça, gaudeant omnibus gratiis, priuilegiis, & indultis, quę ãtea fue runt concessa quomodocunq; in particulari vel in generali, Domibus, Monasteriis, Hos pitalibus, & hoc tam de concessis, quàm de concedendis, facit communicationem his ver bis. Ac insuper vniuersis, & singulis dicti Ordinis Prędicatorũ Religiosis, & Fratribus per Prouinciam, dominium, & gubernatio-nem pręd ictã Illustris Domini Antonij de Mendoça Viceregis Nouę Hispaniæ, nunc & pro tempore constitutis, omnibus, & singulis priuilegiis, gratiis, concessionibus, immunitatibus, libertatibus, exẽptionibus, indulgentiis, fauoribus, & indultis tam spiritualibus, quã temporalibus etiam per viam extensionis, & cõmunicationis, aut alias quibusuis Ordinibus, Prouinciis, Domibus, Monasteriis, Generalibus, Prouincialibus, Prioribus, Abbatibus, & aliis Pręlatis, ac Fratribus, Monachis, & vtriusq; sexus Religiosis personis, respectiue tã prędicti Predicatorũ

quam omnium,& singulorum aliorum etiam Mendicantium, ac Monachorum Ordinum, & illorum singulis per Sedem Apostolicam vel alias quomodolibet, tam in genere, quàm in specie, concessis, & concedendis, vt libere & licitè vti, potiri, & gaudere possint,& valeant. Hoc Oraculum habetur authēticum in Conuentu Sanctì Dominici de Mexico, & in Conuentu Sancti Augustini.

¶ Pater Magister à Veracruce aduertit circa hæc, ꝙ virtute huius concessionis habent Religiosi in ista gubernatione vt inqualibet Missa, quam quis facit celebrare, vna anima extrahatur de Purgatorio, in quocūq; Conuē tu Mendicantium celebretur. Quæ indulgētià est cōcessa Hospitali seu Collegio Puerorum, quod est institutum in Ciuitate Mexicana propè Cęnobium nostrum Sancti Francisci. Et ꝙ omnes aliæ Indulgentiæ ibi cōcessę, sunt etiam cōcessę,& communicatę Religiosis Mendicantibus : ac si ipsis expressè esset datum priuilegium. Deinde dicit, ꝙ etiam virtute huius concessionis, omnes qui confitentur generaliter alicui ex Mendicantibus idoneo Confessori, consequuntur plenariam Indulgentiam suorum peccatorū.

Quod

Quod priuilegium habent [vt fertur] Patres Iesuitæ. Et tandem dicit, ꝙ nulla alicu bi facta est concessio, vel Indulgentia, quæ non sit Religiosis in Noua Hispania commo rantibus communicata. Et per hanc [si alia non esset facta concessio] datum illis, quod habuerunt per Innocentium, & Sixtum, Gre gorium, & Nicolaum, qui ad Partes Orien tis Infidelium sunt profecti: & quod per Leo nem. 10. & Adrianum etiam est communica tum, immo amplius habent, & quod perpe- tuo illa concessit sine temporis limitatione. Hæc ille. Quæ valdè consideranda sunt; & per ea Philosophandum est in ceteris priui- legiis, gratiis, & indultis Apostolicis, aliis concessis.

¶ Aduerte, ꝙ illam Indulgentiam pro libe- randis animabus in Purgatorio detentis con cessit Paulus. 3. anno Domini. 1549. & pos tea confirmauit Pius. 4. vt patet in tabula im pressa quæ asseruatur in prædicto Collegio de Sanct Ioan de Letran, vbi dicitur. Prime ramente que qualquier Sacerdote que ẽ este Collegio dixere Missa, o qualquiera otro q̃ en el la mãdare dezir, saca cada vez vna ani ma de las penas de Purgatorio. &c.

✱ BAPTIZARE. ✱

1 ¶Doctissimus Pater Ildephonsus de Noreña Ordinis Prędicatorũ, & Magister Alphõsus à Veracruce in suo Cõpendio Indico verbo Baptizare, notãt. 1. ꝙ dato, sit peccatum mortale Baptizare extra necessitatem alienum parochianum [vt dicit Soto in.4. dist. 4. q. vnica, art. 3. concl. 2. & est communis opinio] propter iniuriam quæ infertur Presbyteris parochialibus, quia Sacramẽta à suis Presbyteris parochialibus sunt recipienda, iuxta ea quæ dicuntur in Sacris Canonibus. c. Interdicimus. 16. q. 1. & tradit Siluest. verbo Baptismus. 3. in prin. at nulla incurritur Excõmunicatio, vel Irregularitas, si oppositum fiat à Fratribus Mendicantibus: quia nullibi talis pęna reperitur inflicta, nisi in administrando Eucharistiam, Matrimonium & Extremã vnctionem, vt patet in Clement. Religiosi, de priuilegiis.

2 ¶Secũdo, notãt ꝙ per Conc. Trid. nulli priuilegio nr̃o derogat̃, quo ad hãc materiã, vt patet per õnia eius decreta. Applaudit P. Emanuel. Tom. 1. qq. regul. q. 43. art. 4. Ex quo infert̃, ꝙ si nr̃a priuilegia [circa hęc] nõ sũt derogata per Cõc. Trid. sunt per illud de nouo

con

confirmata, vt verbo, Priuilegium dicetur.

3 ¶ Tertio notãdũ est, ꝙ Religiosis aut Monachis doctis, & Presbyterij honore insignitis, nõ est interdictũ baptizare, & predicare. c. Doctos. 16. q. 1. Et licet Euge. c. Placuit. 16. q. 1. ꝓhibuerit Monachos baptizare, hoc est intelligẽdũ, si faciũt sine licẽtia Ordinarij, iuxta ea quę in Clemẽ. 1. de Priuileg. notãtur. Est autem Monachis, & Religiosis [canonicis etiam regularibus] multis Sacris Canonibus interdictum, ne compatres fiant virorum, vel mulierum, vt dicitur in Concilio Antisiodorẽsi c. Monachi. de. Consecra. dist. 4. Et in eodem Concilio dicitur. Non licet Abbati vel Monacho de Baptismo suscipere filios, nec commatres habere. Ex quo infertur ꝙ in Regula Patris Nostri Francisci solum prohibet ꝙ Fratres fiant compatres quo ad eleuationẽ de fonte Baptismi, ne inter fratres, vel de fratribus scandalum oriatur, fortè propter aliquarum Prouinciarum consuetudinem qbus cõmune fuit compatres osculari commatres vt tangit glosa prędicti cap. Monachi. Infertur etiam in Baptismo priuato minime Monachos, & pręcipue fratres Minores posse esse susceptores, nisi in euidenti periculo, &

necessitate, quæ caret lege.

¶His suppositis dico, ꝙ Fratres Mendicantes Indiani possunt omnia Sacramẽta Infidelibus & nouiter conuersis administrare. Hęc cõclusio probatur. 1. per priuilegia & indulta Apostolica concessa à Gregorio. 9. Innocẽtio. 4. Nicolao. 4. Innocentio. 8. quæ indulta confirmarunt postea, & denouo concesserunt Leo. 10. Adrian. 6. quorum Bullæ authenticę asseruantur in Monasteriis Sancti Dominici, Sancti Augustini, & Sancti Francisci de Mexico. Et Paulus. 3. omnia illa priuilegia confirmauit, ac de nouo concessit, vt patet supra, verbo, Altaria priuilegiata. nu. 5.

5 ¶Secũdo, probatur per priuilegiũ Clemẽ. 7. expeditũ Bononiæ sub anulo piscatoris die. 8. Martij, anni Domini. 1533. Pontificatus sui, anno. 10. in quo Papa plurimum in Domino commendat pium Fratrum Prędicatorum & Minorum desiderium, & gratũ quod exhibẽt altissimo famulatum circa prædicationem verbi Dei, & Infidelium conuersionẽ ac eorum studium in animarum salutem, & fidei augmentum, quapropter vt tam pio operi liberius, & efficatius intendere possint & salus animarum peramplius eorum cura,

etprę

& prędicatione propagetur, & ad id se accin
gant, eos Apostolicis fauoribus, & gratiis
prosequitur: ac illis ad terras Sarraceno-
rum, & aliorum Infidelium peregrinantibus
à fęlicis recordationis Innocentio. 6. Nico-
lao. 4. & quæ nobis à Leone. 10. Adriano.
6. & quibusuis aliis Romanis Pontificibus,
prędecessoribus suis per eorũ literas [quas
& earum tenores pro expressis habens] con
cessa approbauit, & õnibus illis quę de Iure
& consuetudine prædicti Fratres vtuntur, po
tiuntur, & gaudẽt quomodolibet in futurum
vti, potiri, & gaudere posse auctoritate Apo
stolica concessit, & indulsit. Hoc Breue ha
betur originale in Archiuo Sancti Domini
ci de Mexico, & authenticum in Collegio
Diui Pauli, & in Conuentu Diui Augustini.
¶ Tertio, Michael Ghislerius tituli Sanctę
Mariæ supra Mineruã Sãctę Romanę Eccle
siæ presbyter Cardinalis Alexandrinus vul
gariter nũcupatus, qui postea fuit electus Pa
pa Pius. 5. attestatur, & fidem facit, ꝙ Sanc-
tissimus in Christo pater & Dominus Pau-
lus diuina prouidentia Papa. 4. die. 7. Iu-
nij anni, Domini. 1557. Pontificatus sui an-
no. 3. Motu proprio per suę Viuę vocis oracu
lum

lum prædicto Cardinali factum Apostolica auctoritate de nouo roborauit, concessit, & confirmauit omnia, & singula priuilegia eisdem Fratribus per quoscūq; Summos Romanos Pontifices eiusdem predecessores quomodolibet concessa, & confirmata: & presertim φ possint omnia Sacramenta Infidelibus, & nouiter conuersis administrare. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscūq; &c. Oraculum hoc habetur authenticum in Conuentu Sancti Dominici de Guatimala, vt testatur, & fidem facit se transcripsisse doctissimus Pater Frater Alphōsus à Noreña Ordinis Predicatorum.

7 ¶ Circa hanc concessionem aduerte. 1. φ fuit impetrata, & concessa ad instātiam, & petitionem predicti Cardinalis Alexandrini: quam, & libenti animo cōcessit Summus Pōtifex Paulus. 4. vt Cardinalis attestatur, animaduertens quot quantosq; labores Fratres Ordinis Predicatorum pro Religione nostra dilatanda in prouinciis Sanctæ Crucis de la Isla Española, & Sancti Iacobi Noue Hispaniæ, & Sancti Vincentij de Chiappa, Sancti Ioannis Baptistæ del Piru, ac Sancti Antonini de Nouo Regno Granatensi, omnibus

que

omnibusq; aliis prouinciis Insulis, & locis maris Occeani, & Australis, eorumq; distri ctis nunc inuentis, susceperint, quosq; fruc tus tum prędicatione Euangelij, tum admi nistratione Sacramentorum Infideles ad fidem orthodoxam conuertendo hactenus seminauerint: & in posterum tam inuentis quam pro tẽpore inueniendis incredibili ar dore ac solertia seminare procurent, ac spe rent. Secundo aduertendum, ꝙ causa quæ mouit Pontificẽ ad concedendum hoc indul tum ea fuit, considerare nempe quã sit ęquum huiusmodi fidei nostrę propagatores debita charitate [prout Pastorali officio incumbit] prosequi, & adamare, quo eorum animi me rito ad exaltationẽ diuini cultus indies ma gis accendatur, & vt orthodoxa fides [quæ cęperat in his terris, per prędicationẽ nostrã & Sacramentorum administrationem] cres ceret magis, ipsis Fratribus prędicãtibus, Sa cramenta q; administrantibus ipsis Infideli bus, & nouiter conuersis. ¶ 3. est aduerten dum, ꝙ hęc causa, & ratio modo etiam mi litat in illis, qui per Fratres Mendicantes sunt Baptizati, & in illis etiam, qui ex his decendunt nepotibus, l. pronepotibus, dato

par

paruuli Baptizati sint. Nã certê huius fidei dilatatio, propagatio & augmentum [rebus vt nunc] commodè fieri nequit, nisi Fratres Mendicantes prędicent, Sacramenta q; administrent nouiter conuersis, & ab eis descendentibus. Quia licet in particulari nouiter conuersi dicãtur, qui Adulti sunt baptizati nihilominus in generali cõsiderantibus huius Noui Orbis Ecclesiam in Deo adunatam, omnes, & singuli, nouiter conuersi apparebunt. Et sic solemus dicere, ꝙ Ecclesia huius Noui orbis est nouiter cõuersa. Et ꝙ possimus sic facere, probatur. Quia idem Paulus. 4. cõcessit nobis nostra priuilegia de nouo iuxta fauorabiliorem illorum interpretationem ergo debemus interpretari per nouiter conuersos, etiam paruulos baptizatos, cum nomen hoc ferat hanc interpretationem; alias strictê interpretaremur, ita docet pater Ildephonsus à Noreña in suo Compendio Indico verbo. Baptizare, conc. 1. quem sequitur pater Magister à Veracruce in Compẽdio, verbo, Baptizare. concl. 1. &. 2. à quibus excepit frater Emanuel, quę Tom. 1. qq. regul. q. 31. scripsit.

8 ¶ Pater Magister à Veracruce circa hoc indul

dultum dicit. In hoc priuilegio duo conceduntur. Primum, omnia priuilegia cōcessa à Summis Pōtificibus suis prędecessoribus in partibus Indiarum pręsertim, & vbiq; locorum, confirmat, & ꝙ sit perinde ac si ab eodē Paulo. 4. essent concessa, & ob id confirmatū est priuilegium Gregorij. 9. Nicolai. 4. Sixti. 4. Leonis. 10. Adriani. 6. Pauli. 3, & Iulij. 3. ¶ Secundo dat, vt Religiosi in Nouo Orbe posꝭint nouiter conuersis ministrare omnia Sacramenta, sicut ante fuerat concessum per Leonem. 10. & Adrianum. 6. Et per eundem Cardinalem Alexandrinum, qui testimonium perhibuit, post creatus Summus Pontifex Pius. 5. fuit concessum ad instantiam Philippi Regis Hispaniarum, vt Religiosi in Nouo Orbe administrent omnia Sacramenta nouiter conuersis, provt hactenus fecerunt, etiam sine licētia Diœcesani, vt patet in priuilegio.

9 ¶ Et tandem his nostris temporibus Pius Quintus Romæ apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die. 24. Martij, anni Domini. 1567. Pontificatus sui anno. 2. ad instantiam Philippi Secundi Regis Hispaniarum cōcesꝭit licentiam, & facultatem auctoritate

Aposto

Apostolica õibus, & singulis Religiosis quorumcũq; [etiam Mendicantium] Ordinum ꝙ possint in Indiarum partibus officium Parochi exercere, Matrimonia celebrando, & Ecclesiastica Sacramenta ministrando, pro vt hactenus consueuerunt: dummodo ipsi in reliquis solemnitatibus circa Matrimonium preceptis in Conc. Trid. dicti Concilij formam obseruent. Et hoc in Monasteriis dictorum ordinum. Et extra dicta Monasteria in locis eisdem Fratribus assignatis, & assignandis. Et ꝙ similiter prefati Fratres libere, & licite valeãt, & possint predicare [quatenus ipsi Indorum harum partium idioma intelligant, ac confessiones audire, de suorum Superiorum licentia, & facultate in Capitulis Prouincialibus obtenta, Ordinariorum locorum, vel aliorum quorumuis licentia minime requisita. Et post concessionem dicit. Et insuper, ne in locis illarum partiũ, in quibus sunt Monasteria Religiosorum, q animarum curam exercent: aliquid per predictos Episcopos innouetur, eadem auctoritate, & tenore statuimus, & ordinamus. Sic per quoscunq; Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes [sublata eis, & eorum

eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate] iudicari & diffiniri debere. Ac quicquid secus super his, a quocunq; quauis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit: irritum et inane Decernimus. Eadem auctoritate Apostolica dat conseruatoresdicendo. Mandantes nihilominus, dilectis filiis curiæ causarum cameræ Apostolicæ Generali auditori: & B.M. de Mercede, ac del Carmen, extra & intra muros Hispalensis monasteriorum per Priores, gubernari solitorũ, Prioribus, quatenus ipsi, l. duo, aut vnus eorũ perse, l. aliũ, seu alios: eisdem Religiosis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes: faciant eis & eorum quemlibet, concessione, indulto, statuto, & ordinatione, ac aliis præmissis, pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos per locorum Ordinarios, & alios quoscunq; contra præsentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari: aut inquietari: contradictores quoslibet, & rebelles, per Censuras Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias pœnas, eorum arbitrio moderãdas, & applicãdas [appellatione postposita]

com

compeſcendo. Ac cenſuras ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauãdo: interdictum ponẽdo, inuocato adhoc [ſi opus fuerit] auxilio brachij ſęcularis. Tandem fortiſsimas non obſtantias apponit. Non obſtantibus [inquit] ꝗbuſuis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus ac ſynodalibus Concilijs, ęditis Generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, ordinationibus, & conſuetudinibus iuramento, vel quauis firmitate alia roboratis. &c. Hoc Breuę habetur authẽticum in Monaſteriis trium Ordinum, Sancti Dominici, Sancti Auguſtini, & patris noſtri Franciſci.

10 ¶ Circa hanc conceſsionẽ multa ſunt aduertenda. Primo, ꝙ Philippus Secundus Hiſpaniarum Rex Catholicus hoc indultum procurauit, & impetrauit à Sede Apoſtolica, vt Fratres Mendicantes non obſtante Concilij Tridentini prohibitione poſsint ſine Epiſcopi licentia, verbum Dei prędicare, ac ſęcularium perſonarũ Confeſsiones audire, & alia Sacramenta adminiſtrare, vt patet in ſupplica Pontifici ex parte Philippi propoſita. Ex quo non modicos, ſed maximos fructus ad fidei Catholicę propagationem fecerunt: & vt illi ad vberiores fructus in dicta conuerſio

ne Indorum reportandum incitentur. Hęc ibi. Quod indultum peculari præcepto Regis solemniter fuit promulgatum in hac Noua Hispania, & in omnibus aliis locis in quibus Fratres Mendicantes Infidelium conuersioni, & Neophitorum instructioni auctoritate Apostolica intendunt. Vnde hoc priuilegium & indultum non tam ad ipsos Mendicantes pertinet, quàm ad Regem Catholicũ qui speciali indulto Alexandri. 6. & aliorũ Pontificum legatum Apostolicum in his terris agit: ad quem pertinet, de idoneis ministris quos voluerit, & sibi visum fuerit prouidere.

¶ Secundo aduertendum est, ꝙ personę, quibus conceditur supradicta potestas exercendi officium Parochi, sunt Religiosi cuiuscũq; ordinis, licet in petitione Regis solum petitum fuerit pro Fratribus Mendicantibus. Ex quo patet, quod hæc potestas [officium Parochi exercendi] cõceditur aliis Religiosis in his Indiis existentibus, licet non sint de ordine Mendicantium. Quia litera Breuis dicit, omnibus Religiosis quorumcunq; Ordinum ergo etiam si non sint de Ordine Mendicantium eis conceditur supra dicta potestas: &

ſic fratres de la Merced, qui ſunt in Quatimala, & in Piru, & in hac Noua Hiſpania gaudent hoc priuilegio, quia ſunt Religioſi alicuius ordinis in Indiis maris Occeani,cõ morantes ſub Prouinciali, & aliis Prælatis degentes. Pro hac materia videatur gloſſa in cap. Quia quorundam de electione lib. 6. & Panormi in cap. Nimis praua de Exceſsibus Prȩlatorum. nu. 1. & in Rubrica de vita & honeſt. Cle. Vbi tractat quid nomine regularis & Religioſi veniat intelligendũ. Quare Religioſi qui non habent prouinciam Prouincialem, & capitulum Prouinciale in his Indiarum partibus, nõ gaudent hoc Breui, & conceſsione exercendi officium Parochi, qa ipſius Breuis litera dicit, quod hȩc dicta poteſtas debet concedi, & communicari Religioſis à ſuis Prælatis in capitulis Prouincialibus.

12 ¶ Tertio aduertant fratres [quibus auctoritate Apoſtolica & Regia cõmiſſum eſt Sacramenta Infidelibus, & nouiter conuerſis adminiſtrare: Dei q; verbum illis proponere non tantum ex charitate vt hactenus conſueuerunt dicere ſed ex mera obligatione, interim ꝙ cõmiſſos ſibi populos non relinqũt Epiſ

Episcoporum ordinationi] vt debite suum officium exequantur, quæ sunt illa, ad quæ tenetur Parochus. Procuius maiori explicatione sciẽtiã, quod Curatus tenetur habere scientiam, & non aliam, nisi quæ requirit ad suum officium exercendum. Et illa dicetur sufficiens scientia, quando per eam poterit explicare illa, ad quæ tenetur ex officio suo. Et quando Curatus, vel Parochus non habuerit talem scientiam, dicetur insufficiens, & non idoneus Curatus, quia nescit, & quia non potest exercere illa, ad quę eum Ius diuinum, & Canonicum obligãt. Sic notat Panor. c. Cum incunctis de Elect. num. 4. & Innocen. & ob hoc dicit Sancto Thomas. 1. 2. q. 76. art. 2. quod ignorantia illorum, quę ad officium vniuscuiusq; pertinent, est culpabilis, nec à peccato excusare potest, quia habens talem ignorantiam, non potest debitum actum exercere, & sic nec facere, ad quæ tenetur ex prę cepto. Quod quidem notat Caietanus verbo· Ignorantia. Siluester ibi. §. 3. Nauarrus cap. 4. nume. 2. Sed quæres. Quæ est ista scientia, quam debet habere Curatus, & ad quæ se debet extendere? Pro declaratione huius. q. est sci-

huius. q. est sciendum, ꝙ ista scientia, quam petimus, & dicimus esse necessariam in Parocho, ordinatur ad opus, & ad sciẽdum ministrare illa, quæ sunt officij Parochi. Nam vt hæc ritê administret, dicimus, ꝙ Parochus debet habere scientiam, sicut Medicus dicitur habere scientiam ad curandum Infirmũ. Quapropter debet Parochus scire, quæ sunt illa, quę suis Parochianis tenetur administrare, & quomodo illa administraturus est Si hoc sciuerit, dicemus habere sufficientem scientiam ad exercendum suum officium.

Quapropter has accipe veritates expenetralibus sacrorum Canonum & Conciliorum.

14 ¶ Prima veritas, Curatus seu Parochus tenetur propriê & de Iure administrare suis ouibus Sacramenta Ecclesiastica Baptismi, Pęnitentiæ, Eucharistię, Extremęunctionis, & Matrimonij. Quia subditi tenẽtur ista recipere. Quod probatur per. c. Officium de Officio Archiepiscopi, & Panor. ibi. nu. vltimo. Sil. Baptismus. 3. in principio. Et verbo Sacramẽtum. Et Clemen. Dudum. de Sepul. §. Verum ne Parochiales Ecclesiæ. Ex his sequitur, ꝙ tenetur Curatus scire formas dictorum Sacramentorum, & materiam eorũ

& qua

& qualitatem illarum personarum, quibus hæc Sacramenta debet administrare scilicet, quę sint suæ iurisdictionis, & Parochiæ, vt notatur à Panor. c. Omnis vtriusq; de Pęni. num.6. & Nauarr. c. 4. nu. 1. Sil.vbi supra. Et quomodo non nisi ipse contritus, vel verisimiliter contritus Sacramenta administrare potest. Et similiter ꝙ non nisi contritis, vel verisimiliter contritis debet Sacramenta exhibere, sub peccato mortali. Primum probatur ex. c. vlt. de tempo. ord. vbi dicitur: sibi adquirire damnationem. Et probatur ex. S. Tho. 3. p. q. 64. art. 6. & Victo. Caie. ibi. Sil. verbo Sacerdos. §. 1. par. 6. citat. c. vlt. 15. q. 8. Quod quidem videas rogo. Vide eundē Sil. Ordo.4. §. 2. & Baptismus. 3. §. 4. vbi tractat hæc. Sed vidēdus est Dominus Caie. in Opus. q. de vsu spiritualium fo. 90. maximê in fine quæsti. vbi dicit, ꝙ verè contritus, vel credens, se contritum, quia diligenter, & si non sufficiēter discussit se ipsum, non peccat administrādo Sacramenta, quia talis nō censendus est, esse in peccato mortali, aliàs poneret se in periculo pec. mor. cum ad administrandum, l. recipiendum Sacramenta accedit, cum nemo

sciat, vtrum odio vel amore dignus sit. Et hoc expresse sentit Sancto Thom. in.4. dist. 9. Hæc Caie. vide Palu. in. 4. dist. 5. q. 2. num. 21. Soto in. 4. dist. 1. q. 5. art. 6. & dist. 5. q. 1. art. 4. infine. Exquo sequitur ꝙ peccat qui credens vel credere debens se reũ mortalis culpæ, ministrat [saltem sollemniter] aliquod Sacramentum, vel suscipit, nisi ita se credat attritum ꝙ adiuncto calore Sacramenti, fiat contritus. Et cũ generalis dolor & cõtritio de peccatis sufficiens sit [quę tamẽ puncto temporis pręstari potest] Sacerdos administraturus Sacramentum aliquod quantum libet imparatus inueniatur, debitã de omnibus suis peccatis mortalibus cõtritionem habere potest, vel attritionem qua se probabiliter contritum esse credat. Atq; ita actum eliciat quàm potuerit feruentiorem amoris Dei,& intensiorem contritionis,vt nõ in peccato administret Sacramenta. Etsi quamuis ad alia Sacramenta hoc satis sit, ad celebrationem tamen, aut communionem pręter cõtritionem Confesio actualis peccati mortalis requiritur. Etiam si veram de eis omnibus contritionem habeat, si tamen habet copiam Confessoris, vt docet Diuus Thom.

3. p. q. 80. art. 4. & Scotus in. 4. dest. 9. Et Concilium Tridentinum, hoc idem præcipit contra Caietanum Sessio. 13. cap. 7. & can. 11. de quo Nauarro in Enchiridio. seu Manuali. Confessariorum cap. 21. num. 49. & c. 22. num. 3. Quod autem Sacerdos peccet mortaliter conferendo Sacramẽtum aliquod non contritis, vel verisimiliter nõ contritis probatur ex dictis supra. Et etiam quia peccatoribus Sacramenta non sunt administranda. c. illud, Dis. 95. Eruditissimus Siluester, verbo, Sacerdos. verbo, Sacramenta. part. 2. Magister Soto in. 4. d. 5. q. vnica, ar. 4. in fine. Sapientissimus Magister Victo. in. 4. q. 64. art. 6. Ex quo constat esse peccatum mortale nõ monere contrahentes Matrimonium, ꝙ habeãt, & procurent habere Contritionem ad recipiendum Sacramentum. Et quia contrahentes in peccato mortali, nec excusantur ignorantia secundum Victo. in. 4. q. 64. Qui dicit, ꝙ contrarium dicere est luteranum scilicet dicere, ꝙ non est peccatum mortale contrahere Matrimonium in peccato mortali. Et hoc idem est dicendũ de Adultis recipientibus Sacramentum Confirmationis in peccato mortali, ꝙ peccant mortaliter

Et minister de hoc [recipientes] non monẽ do, vt docet Nauarro in Manu. ca. 22. de Sacramen. Confir.

15 ¶ Circa Baptismum debet scire Parochus, ꝙ tantũ aqua naturalis est eius essentialis materia, & forma, illa, qua vtitur Sãcta Romana Ecclesia, videlicet. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti. Amẽ. Quanquam illa verba Ego, & Amen, non sunt de essentia Sacramenti, sed de necessitate prẹcepti. Nauarro vbi supra de Sacramento Baptismi.

¶ Debet etiam scire Parochus, ꝙ plures Patrini admitti non debent ad tenendum puerum baptizandum. Nam in Synodo Tridentina Sess. 24. cap. 2. definitum extat, vt vnus tantum siue vir, siue mulier, vel ad summum vnus, & vna, baptizatum de fonte suscipiãt. Quapropter antequam ad baptizandum accedat: diligenter sciscitetur ab ijs, ad quos spectabit: quem, vel quos elegerint Patrinos & eum, vel eos tantum admittat: & in libro baptizati & eorum nomina describat: doceatque eos, quam cognationem contrahunt, ne ignorantia vlla excusari valeant. Instruatq; ꝙ si alij vltra designatos, baptizatum tetige

rint

rint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahent. Item ꝙ Patrinus, aut Matrina, aut ambo simul, cognationem spirituale̅ in Baptismo contrahunt, si Baptizatum ad baptismum, cum effusione, vel aspersione perficitur, tenent: Cum vero immersione, qui immediatê de Sacro Fonte, è manibus Sacerdotis leuant: alias nullam cognationem spiritualem contrahunt, De qua re, à Parocho admoneantur. Item debet docere populum sibi co̅missum, ꝙ quoties infans, aut catechumenus versatur in vitæ periculo, potest sine sollemnitate baptizari àquocunq;, siue Clerico, siue laico, viro, aut fęmina, seruata tame̅ forma & intentione Ecclesiæ. Sed si adsit Sacerdos præferatur Diacono, Diaconus Subdiacono, Clericus laico, & vir fœeminę: nisi pudoris gratìa deceat fœmina̅, potius qua̅ virum baptizare Infantem non omnino ędituin, vel nisi melius fœmina sciret formam baptizandi. Et ꝙ pater, aut mater no̅ debet baptizare filium, pręterquam in mortis articulo, quando alius non reperitur, qui baptizet. cap. Si vir. de Cogn. spir. Item quod pater aut mater proprium filium ad Baptismu̅ no̅ teneat, etiam si immineat filio mortis periculu̅

riculum, quia tunc non est opus Patrino, de Consecra. dist. 4. Can. Vos ante omnia. Item. Qui ignorauerint Orationem Dominicam, & Symbolum fidei, & qui nõ sunt baptizati, & illi qui non possunt respõdere pro baptizato, cœteraque prestare quæ ad Patrini munus spectant, non admittantur vt sint Patrini. Item sciat Parochus quod Baptismus fieri potest per effusionem, aut immersionẽ, aut aspersionem, iuxta consuetudinem vniuscuiusque Ecclesiæ. Et ꝙ Sacerdos, & quilibet Baptizans, cum profert verba. Ego te Baptizo, &c. simul & eodem tempore eum, qui Baptizatur, vel semel, aut ter mergat, vel aquam super eius caput effundat, vel aspergat. Item. Scire debet ꝙ Baptismus quouis tempore conferri potest, etiam Interdicti, & Cessationis, non solum paruulis. de Spons. cap. Non est vobis, sed etiam adultis. De Sent. excõ. in 6. c. Quoniam, exclusis Excõmunicatis, & interdictis, similiter de Catechismo, & Exorcismis dicendum. Item. Sacerdos nõ debet extra necessitatem, aliquos in domibus priuatis Baptizare, sed in Ecclesiis, in quibus sunt Baptismi fontes, ad id deputati, nisi sint Regum, aut Principum Liberi

liberi. Clemen. 1. de Baptis. Si de vita infā tis, vel catechumeni timeatur, tunc Baptismus minus sollemnis, ita per agitur. Sacerdos siue alius Baptizans, prætermissis alijs ōnibus, baptizat eum, proferens verba, Ego te Baptizo in nomìne Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Fundens simul parum aquæ super caput Baptizandi. Dum fætus est in vtero inclusus, non potest Baptizari. De cons. dist. 4. can. Qui in maternis. Si vero caput emergat, & timeatur periculū mortìs Baptizetur, etiam non cognito sexu, & postea natus non rebaptizabitur, etiam sub-conditione. Secus tamen si pedem, aut manū emisserit extra vterum matris, quia tunc mē brum illud Baptizabitur, & postea natus puer Baptizetur sub condìtione, vt infra. Sic docet Dìuus. Thom. 3. p. q. 68. art. 11. ad 4. Item si mater mortua fuerit, viuente adhuc prole in vtero, extrahatur fœtus, & Baptizetur. Sanct. Thom. vbi supra ad. 3. Vnde in oppidulo quodam cui nomē SanctaCruz, Ciuitatis de Xuchimilco [ante annos quatuor] insigne quoddā diuìnæ prædestinationis inditiū & exēplum vissum est. Nam cum quidam Religlosus ex nostris fide dignus eo appu

appulisset, defunctam quandam inuenit iam iam humandam, quā cum pręgnantem emortuam fuisse cognosceret, conquisito [non sine difficultate] cultelo, eam iussit adaperiri, ex qua extractus fętus viuus est inuentus, quem & Baptizauit: nomēq; indidit Elisabeth, erat quippe dies Visitationis Immaculatę V. Mariæ, anno Domini. 1596. Quæ Paulo post ad cęlos euolauit. O altitudo sapientiæ, & scientię Dei, quam incomprehensibilia sūt iudicia eius, & inuestigabiles vię eius. Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Cum Infans vel adultus baptizatus fuerit extra Ecclesiam, ob mortis periculum, postea cum conualuerit, vel cū primum licuerit, deferatur ad Ecclesiam, & sollemni ritu fiant omnia præscripta in Manuali, vt fit in aliis, videlicet Cathechismus, & Exorcismi. &c. hoc vno excepto, quod nō adhibeať aqua, neq̄ forma verborū proferať, quibus Baptismus conficitur, quia iam erat baptizatus. Si aliquis baptizauerit paruulum, antequam ad Ecclesiam ducatur, tenetur Curatus inquirire, sub qua forma, & intentione baptizatus sit, & si ritê baptizatum inuenerit, iterum etiam sub conditione, baptizās irre

ritatis puniuntur: vt ex Can. Eos quos, de Conse. d. 4. constat. Etiam si vterq; Ius Canonicum ignoret: quia quando irregularitas.l. aliqua pęna Canonica imponitur propter factum Iure diuino prohibitũ, etiam ab ignorantibus incurritur, vt optime docet Scotus in. 4. d. 6. q. 8. Et exemplificat in Clerici percusore, qui & si nesciret Excommunicationem latam à Canone super tali facto, tamen incurreret eam: cum faciat contra præceptum diuinum de charitate fraterna. Et occidens hominem licet nesciret Canonem punientem homicidam pœna irregularitatis tamen irregularis esset, quia talis dat operã rei illicitę, de qua re debet scire ꝙ sit illicita, & si nesciat, nullo modo debet illam exequi, quo vsq; consulat peritos, per quos posset scire illã esse illicitam. Hæc ille. Ex quo scienter iterans tã suscipiẽs quã cõferens est irregularis, ex c. ex literarũ, de Apostatis. Et inferius. Si enim propter aliquod dubium verisimile: non trufatice vtatur quis circa alium forma capituli. De quibus est. &c. non est irregularis. Quod notent Indorum ministri. Cętera ad hanc materiam de Baptismo spectantia vide. §. 46. &. 48.

¶ Et

16 ¶ Et circa Eucharistiã Parochus debet scire formam huius Sacramenti, locum, tempus, & vestes requisitas ad conficiendum hoc Sacramentum. Item qualitatem recipientis, & administrantis tam in corpore, scilicet ꝙ sit ieiunus ieiunio naturę, nisi quãdo hoc Sacramentũ datur infirmis, q̃; etiam in anima vt de omni peccato mortali contritus sit. Et si adest copia Confessoris, ꝙ necessario sub peccato mortali debet illud confiteri. Vnde dicit Scotus in. 4. d. 9. ante. B. & lit. C. ꝙ recipiens istud Sacramentum tenetur se examinare secundum diligentiam nostrę fragilitatis possibilem, antequam communicet, quia si est negligentia affectata vel crassa propter quam non recolit peccatum scilicet mortale non excusatur à peccato, iuxta illud. 1. Co. 11. Probet autem se ipsum homo. &c. Si autem non sit negligentia crassa, putâ quia pręcessit examinatio sufficiens, & nullum occurrit peccatum, de quo non fuerit, vel sit cõtritus & confessus prius : non peccat communicãdo, licet fortê aliquid lateat, vel traditũ fuerit obliuioni. Et infra. Diligenti inquisitione facta secundum possibilitatem nostrę fragilitatis, & pręmissa Contritione, & confessione

ſione quantum videtur homini ſufficere, ſi-
tunc communicet, non peccat: immo ſi quę
alia peccata lateant,per iſtud Sacramentum
etiam remittuntur. Quod autem ſuſcipiens
iſtud Sacramentum,teneatur prius confiteri,
quàm communicare, probat Scotus, quia nõ
tantum debet reconciliari Deo, ſed Eccleſię
ad hoc ꝙ dignê recipiat Sacramẽtum Eccle
ſiaſticæ vnitatis. Si autem non occurrat op-
portunitas confitendi: ſi poteſt ſine ſcandalo
vitare,ne tunc cõmunicet, tenetur non com
municare,ſed expectare Cõfeſsionem prop-
ter eandem rationem,quæ dicta eſt nunc. Si
vero occurrit ſcandalum, niſi ſtatim cõmu-
nicet, vt potê ſi eſt indutus, & poſtquam in
dutus eſt,occurrit ſibi cõſcientia de peccato
mortali, de quo non fuit confeſſus, & nõ ha
bet in promptu idoneum Confeſſorẽ,tunc cũ
contritione,& voluntate confitendi tempore
opportuno poteſt celebrare, vt ſcandalum e
uitetur. &c. Hæc omnia probata manent ex
his, quæ dixi requiri ad Baptiſmum. Nam
omnia cadunt ſub peccato, vt tradunt Sum-
miſtę, verbo Miſſa. §. 2. & S. Thom. 3. p.
q. 60. & ibi Thomiſtæ,Soto in. 4. diſt.12.q.
1. Nauarr. c. 25. num. 82. ¶ Item quomodo

non est publicê dandum hoc Sacramentum, illis qui sunt in peccato mortali publico, licet sint per Confessorem absoluti ab eo, quo vsq; tollatur scandalum. Pro quo vide Caie. verbo, Confessor. §. 3. Soto. in. 4. &c.

¶ Similiter debet scire, quomodo in Eucharistia non est substantia panis, & vini, sed verus Deus, & homo Christus. Quia hoc debẽt scire eius ministri, & qui recepturi sunt hoc Sacramentum, vt ipsos doceãt, vt credant hoc mysterium, vt exhibeant ei reuerẽtiam, quando recipiunt, siue alias. Pro quo vide Concil. Triden. Sess. 22. c. 8. in fine, vbi præcipit Curatis hoc docere populum, dicens. Mandat sancta Synodus Pastoribus & singulis curam animarum gerentibus, vt frequẽter inter Missarum celebrationem vel per se, vel per alios, ex ijs, quæ in Missa leguntur, aliquid exponant, atque inter cetera Sanctissimi huius sacrificij mysterium aliquod declarent, diebus præsertim Dominicis, & festis. Hæc ibi.

¶ Et quia innumerabiles & prorsus inexplicabiles sunt huius diuini Sacramenti fructus, & vtilitates, quas debitê sumẽtibus impartitur, diligens Parochus non cesset suum

instruere populum vt ardẽtius, & deuotius ad huius Sacramẽti perceptionem,& frequentationem accendatur, & inflãmetur. In primis docebit per hoc Sacramentum conferri gratiam [sicut & per cetera à Christo Domino instituta] vt docet Concilium Floren. in Bulla vnionis, vbi sic dicit. Effectus huius Sacramenti quem in anima operatur dignè sumẽtis est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiã homo Christo incorporatur,& membris eius vnit: consequens est, q per hoc Sacramentũ in dignè sumẽtibus gratia augeatur. Et in Conc. Trid. Sess.13. ca.2. dicitur. Ergo Saluator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc instituit, in quo diuitias diuini sui erga homines amoris velut effudit, memoriam faciens mirabilium suorum, & in illius sumptione colere nos sui memoriã præcepit, suãque annunciare mortẽ, donec ipse ad iudicandũ mũdũ veniat. Sumi autẽ voluit Sacramentũ hoc tanquã Spiritualẽ animarum cibum, quo alãtur, & confortentur viuẽtes vita illius, qui dixit. Qui manducat me,& ipse viuet propter me, & tanquã antidotũ, quo liberemur à culpis quotidianis ,& à peccatis mortalibus

preſeruemur. Pignus preterea id eſſe voluit futurę noſtrę glorię, & perpetuę fęlicitatis, adeoquê Symbolū vnius illius corporis, cuius ipſe caput exiſtit, cuique nos tanquâ mēbra, arctiſsima fidei, ſpei, & charitatis connexione aſtrictos eſſe voluit, vt id ipſum omnes diceremus. Nec eſſent in nobis ſchiſmata. In quo varios huius diuini Sacramenti effectus commemorat ſigillatim explicandos. Similiter idem determinat in Canon. 5. eiusdem Seſsionis. Et vtrunq; Concilium hanc etiam determinat veritatem, cum abſolutè de omnibus nouæ legis Sacramentis pronunciat gratiam conferre. Et oſtenditur hæc veritas ex dictis Chriſti Ioannis. 6. vbi fructus huius Sacramenti ediſſerit dicens. Panis quē ego dabo caro mea eſt pro mundi vita. Et rurſus. Qui manducat meam carnē, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo. Quæ loca etiam intelligūtur de manducatione reali Euchariſtię. De qua re videat Parochus Diuum Thomam. 3. p. q. 79. ar. 1. cuius aliqua verba tranſcripſit Conc. Floren. loco citato.

¶ Secūdo debet docere Parochus, peculiarē & proprium huius diuini Sacramenti effectum

tum esse nutritionem spiritualem per gratiã datam à Christo Domino. Sic docet Doctor Angelicus Thom.3. p. q. 79.& Scotus in.4. d. 8. q. 3. ante B. pro cuius explicatione aduertat, ꝙ sicut in nutritione naturalì sunt plura, ita etiam in spirituali nutritione, quę per hoc Sacrosanctum Sacramentum fit. In primis sũptio alimenti, quo nutritur viuens, omne enim animal quãdiu viuit, necesse est, vt nutrìatur, quo nutrimento calor naturalis reficitur, & ipsum nutrimẽtum viuenti vnitur & incorporatur. Item si vìuens est in debita ętate, nõ solum nutritur, verum etiam augetur. Sic similiter in vita Spirituali, quæ fit per gratiam, in qua per Baptismum regeneramur, oportet vt fiat, vndê vita ista indiget nutritione, qua calor supernaturalis Charitatis augetur, quæ nutritio fit per sumptionẽ huius Sacramenti Eucharistiæ, ad hoc enim principaliter fuit institutum. Vnde prouenit vt sumens hoc Sacramentum, ipsi Sacramento vniatur, & incorporetur, & in ipsum transeat per gratiam. Item quia semper dum sumus viatores, sumus in debita ætate ad crescendum in gratia, perinde in hoc Sacramento causatur semper augmentum gratiæ, & cũ

omnia ista vnam perfectam compleant nutritionem, perinde est quod alij doctores dicunt, quod effectus huius Sacramenti est augmentum gratiæ. Alij vnio, & in corporatio cum Christo. Alij sicut Scotus, quod est nutritio Spiritalis per gratiam. Sed õnia ista idem prorsus sunt. Hoc autem probet Parochus, in primis ex Concilio Florent. vbi dicitur. Effectus huius Sacramenti quẽ in anima operatur digne suscipientis est adunatio hominis ad Christum, & quia per gratiã homo Christo incorporatur, & vt membrum eius vnitur, consequens est, quod per hoc Sacramentum in sumentibus dignê gratia augeatur. Omnemq; effectum quem materialis cibus & potus quo ad vitam agunt corporalem, substẽtãdo, augendo, reparando, delectãdo. Sacramentum hoc quo ad vitam operaẽ spiritualem. Idem etiam dicitur in Concilio Tridentino Seff. 18. cap. 2. cuius verba supra retulimus in principio. Estq; pro hac veritate ratio manifesta. Hoc Sacramentũ summitur per viam alimenti: ergo qualem effectum præstat alimentum corporale corpori, pręstat proportionabiliter hoc Sacramentum animæ debitè suscipientis: sed per alimen-

tum

tum corporale restauratur de perditum, nutri tur, & augetur corpus, ergo per hoc Sacramẽtum restauratur deperditus feruor Charitatis, & deuotionis, atq; augetur, & nutritur vita Spiritualis gratiæ. Ex quo infertur, Primo, quod ad rescipiẽdum effectum istum proprium Sacramenti huius, non sufficit tãtum votum, & desiderium eius, sed oportet omnino vt verè suscipiatur. Est enim vniuersalis regula in omnibus Sacramentis vna, ꝙ. effectus proprius singularis qui cuilibet Sacramento correspondet non datur, nisi illud Sacramentum in re sumatur, & applicetur. Vnde patet, quam malê faciunt Parochi, siue alij Sacerdotes qui ex quacunq; leui causa priuãt infirmos tali sumptione huius Sacramenti, & putant tunc temporis sufficere. Si infirmus adoret illud: priuãt enim illos effectu proprio huius Sacramenti. Et similiter alio effectu, quem habet hoc Sacramẽtum, vt supra diximus ex Scoto, & infra dicemus ex Sãcto Thom. Potest enim casus contingere, in quo Sacrũ hoc primã gratiã infirmis cõferat putà si non est contritus verè, sed tantum attritus vel ignorat aliquod peccatum suum. Secũdo sequitur, quàm sit irrationabilis illarum Ciui

tatum consuetudo, qua damnatis ad mortem negatur Sacramentum Eucharistiæ. Potest.n. adhibita cautela illis administrari sine Sacramenti irreuerentia, putà, si pridiê anteq; morte afficiantur, hoc salutifero Sacramēto reficiantur. Vnde dicitur in Manuali Salmā ticæ impresso. Dānatis ad mortem debet dari Eucharistia, & curet Parochus, vt id fiat ante diem supplitij. Nam sic statuit Pius.5.motu proprio. Et lex Regni nona Tit.2. lib. 1. recopilationis.

¶ Tertio scire debet Parochus, q̄ secūdus effectus ex priori consequēs est præseruare hominē àpeccatis, tā mortalibus quā venialibus. Quia sicut natura corporalis roborata per alimentum debitê sumptū resistit melius nociuis, non solum mortem inferentibus, verū etiam ad mortem disponentibus. Sic anima per hoc Sacramentum debitê roborata non tātum resistit peccatis mortalibus, mortem Spiritualem culpę inferētibus, verum etiam venialibus ad mortem disponentibus, vt patet Psal. 22. vbi dicitur. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulāt nos id est aduersus incursus Demonis, & carnis, quibus impelor ad peccandum. Et Ioan. 6.

Hic

Hìc eſt panis, qui de cœlo deſcẽdit, vt ſi quis ex ipſo manducet, non moriatur. Quod qui dem manifeſtum eſt, non intelligi de morte corporali, ergo intelligitur, quod hoc Sacra mentum præſeruet à morte ſpũali, quæ eſt peccatum. Et Pſal. 103. Panis cor hominis confirmat. Et Chryſoſtomus Hom. 45. in Io annem. Vt Leones flammam ſpirantes, ſic ab illa menſa diſcedamus terribiles effecti Dia bolo. S. Thom. 3. p. q. 79. art. 6. Depellit enim Chriſtus, & ſua pręſentia fugat tenta-tiones Demonum, qui fugiunt Chriſtum pręſentem, & Angelorum ſocieratem, qui Chri-ſtum hic cõmittãtur; & arcet Demones, ne tẽtatione incitent ad peccati mortem. Et ex-perimẽto patet, eos quì frequenter, ac deuotè communicãt, facilè pro Dei benignitate per ſeuerare in vita, & ſanitate animæ. Ob id enim Euchariſtię Sacramentum dicitur. Pa nis vitę quia de ſe conſeruat vitam, & perſe-uerantem ſanitatem animæ, & reparat vires quas calor noxij fomitis debilitat. Vt Helias 3. Reg. 19. virtute typici panis perſeuerauit in longa via, vſq; ad montem Dei, & lignum vitę pręſeruabat à corruptione. Hoc idem cõ firmabit Parochus duabus potiſsimum figu-

ris

ris, quæ in veteri testamento præcesserunt. Nam sicut esus Agni Paschalis Dei populum illęssum, & incollumen ab Angelo exterminatore seruauit: & Manna ab infirmitate, qa vt dicit. Psal. 104. Non erat in tribubus eorũ infirmus. Sic istud Sacramentũ liberat à morte culpę mortalis, & ab infirmitate venialis.

¶ Quarto doceat Parochus, ꝙ ex primario effectu huius Sacramenti [hoc est gratiam conferre] sequitur tertius effectus, scilicet, ꝙ remittit peccata; venialia quidem duplici via. Prima, quia sicut per nutrimentum corporale acquirit homo calorem deperditum: sic per huiusmodi Sacramẽtum quod est Spirituale nutrimentum resumit homo quicquid feruoris, Charitatis, per peccata venialia est imminutum, & sic ipsa venialia remittuntur. Secunda via est, quia Sacramentum istud dignê sumptum excitat feruorem Charitatis, qui delet peccata venialia; quando nõ est eorum complacentia. Vnde si quis suscipiens hoc Sacramentum habet septem peccata venialia, & in vno tantum cõplaceat omnia alia remittuntur per Eucharistiam, & vnum solum manet: non enim sunt simul in remissione hæc peccata sicut mortalia, quia

non

non opponuntur gratiæ. Mortalia quidem peccata delet, sed non omnia, sed illa tantum quorum qui ad hoc Sacramentum accedit, conscientiam, & affectum non habet. Nam qui fortê antea non fuit sufficienter contritus, deuotê, & reuerenter accedens, cõseque tur per hoc Sacramentum gratiam, quæ contritionem perficiet, & remissionem peccati vt docet Sanct Thomas. 3. p. q. 79. art. 3. Et Scotus vbi supra. Et Diuus Ambrosius in lib. de Sacramen. dicit, ꝙ hoc Sacramen mortuos viuificat, & sic secundum eum potest conferre primam gratiam, per quam pec cata mortalia delentur.

¶ Doceat Quarto Parochus plebem sibi cõ missam alium effectum huius diuini Sacramenti, quod est remissio pœnarum debitarum peccatis. Verum hunc effectum directê non habet quatenus est Sacramẽtum, sed qua tenus est Sacrificium. Pro quo aduertat, quod hoc Sacramẽtũ simul est Sacrificiũ, & Sacra mentum. Si consideretur vt Sacramentum, idest respectu illud sumentis, directè nõ ha bet remittere pœnã, quia non directè est instí tutum ad satis faciendum pro pęna, sed ad spi ritualiter nutriendum per vnionem ad Christum

ſtum, & ad membra eius: quamuis indirectè etiam remittat peccata in quantum Sacramẽtum excitando charitatis feruorem, quo etiã pęnę remittuntur: ſed tunc non fit remiſsio omnis pęnę, ſed gradus remiſsionis coreſpõdet gradui charitatis. Si autem conſideretur vt eſt Sacrificium, ideſt, in quantum offertur ab offerente pro ſe, vel pro quibus illud offert, ſic vim habet ſatisfactiuam ad ſatisfaciẽdum pro pęna. Sed quia in ſatisfactione magis attenditur affectus offerentis, quã quantitas oblationis, vt patet in vidua. Lucæ. 1. quamuis hæc oblatio ex ſui quantitate ſufficiat ad ſatisfaciendum pro omni pęna, tamẽ de facto ſatis facit pro illis, pro quibus offertur, vel etiam pro offerentibus, ſecundum quantitatem ſuæ deuotionis, & non pro tota pœna.

¶ Doceat ſexto Parochus, effectum etiam huius diuini Saramenti eſſe dare ius ad gloriã & beatitudinem ęternam. Et hoc duplici via. Prima eſt, quia per Baptiſmum aperitur ianua Regni cœleſtis, & tamen Baptiſmus includit in ſe votum Euchariſtię. Secundo qa gratiam per Baptiſmum datam, per quam habemus ius ad gloriam, hoc Sacramentum nu

trit

trit, & fouet. Et quia Christus hic contentus realiter per suã passionem hic re presentatam aperuit nobis aditum vitę æternę, iuxta illud ad Hæbr. 9. Vt morte sua intercedẽte, qui vocati sunt, accipiãt repromissionem ęternæ hęreditatis. In cuius gratiam in forma huius Sacramẽti dicitur, Hic est calix sanguinis mei, noui, & ęterni testamenti. Deinde, quia refectio spiritualis, & vnitas, quam signant species Sacramentales, habetur in præsenti imperfectê: perfectê autem in statu gloriæ, iuxta illud Diui Augustini loquentis de cibo isto, super illud Ioannis. 6. vbi ait, quod cibus & potus iste eos, à quibus sũmitur immortales & incorruptibiles facit in societate sanctorum. Ideoquê viaticum dicitur, quia licet non statim nos in gloriam introducat: tamen confert nobis virtutem perueniendi ad gloriam. In cuius figuram. Helias in fortitudine cibi illius à se sumpti dicitur, ambulasse. 40. diebus &. 40. noctibus, vsq; ad montem Dei Oreb. Nequê obstat quod multi accipiunt hoc Sacramentum, qui nunquam perueniẽt ad gloriam. Quia sicut passio Christi non habet suum effectum in his, qui se ad eam non habent, vt debent, ita

per

per hoc Sacramentum non adipiſcuntur glo riam, qui indecenter illud ſuſcipiunt. Præterea nihil inconuenit, quod cauſa inſtrumentalis producat potiorem effectum. Vnde nìhil prohibet, quod Sacramentum hoc, quod inſtrumentaliter operatur, producat potiorē effectum, qualis eſt, videre Chriſtum in gloria in propria ſpecie, quàm videre eum hic in Sacramento ſub aliena ſpecie, vt eſt in hoc Sacramento. Ac deniq; doceat omnes effectus, quoscibus corporalis pręſtat circa corpus, hoc Sacramentum proportionabiliter præſtare in anima, vt expreſſê docet Concilium Florentinum. Vnde ſuſtentat, auget, reparat, & delectat. Primo, quia ſicut cibus corpori communicare ſolet ſuas aut ſibi ſimiles qualitates, & reali tactu, & coniunctione cū guſtu refectionem, & delectationem, vt Manna habebat omnem ſaporis ſuauitatem, vt dicitur Sapientię. 16. & Ioannis. 6. Secundo quod ſapit, nutrit, & cibus nutriēdo ſuſtētat & reparat, quod nociuo calore abſumptū fuerat. Tertio auget vſq; ad debitum ſtatum incrementi. Similes effectus proportione quadam præſtat vitalis cibus Euchariſtiæ. Nam dum traijcitur refficiendo guſtum corporis, præ

prębet animę nō solum habitum auctum, sed effectiuê excitat, & impellit in actum deuotionis delectabilis. Vt enim Spiritus Sāctus qui animam iusti inhabitat spirituali impulsu, & auxilio excitat voluntatem salua hominis vitali, & libera cooperatione, & mouet actiuê ad exercitium actus, & feruentem dilectionem: ita verbum per corpus suum, & per species, sub quibus totus Christus continetur, tanquam per instrumentum coniunctum sacramentaliter, & eleuatum; mouet effectiuê deuotam, & attentam voluntatem in actum suauem. Deuotio enim est promptitudo voluntatis in his, quæ pertinent ad seruitium Dei, & est pręcipuus actus religionis. Quid? ꝙ & Christus Dn̄s dum in vltima Cęna Sacramentum suscepit nō materialiter aut Sacramentaliter tantū: sed habuit ex illo vitali cibo actum spiritualis refectionis, & deuotionis. Et qui dignatus est circūcidi, & ablui Baptismo Ioānis, nullum Sacramentū suum recepit, pręter Eucharistiā. Cum tamē sit absq̄ charactere Baptismi, caput Christianorū homogeneū: sine charactere Ordinis verus Sacerdos: sine Matrimonio, spōsus Eccle. De quo S. Tho. 3. p. q. 81. ar. 1. ad. 3. Simi

liier

liter,& Vinum omnes effectus,& vtilitates quas corpori humano pręstat, eas omnes,& multo maiores,& præstantiores præbet consecratum, & transsubstantiatum in sanguinẽ Domini nostri Iesu Christi. Vinum enim [secundum Philosophos] inter omnes succos arborum,& herbarum obtinet principatũ, virtutem enim corporis roborat,& augmentat: corpus nutrit: puros humores generat, & impuros deputat, mentem valde lætificat, intellectum clarificat, interiora mundificat, hominem facit lætum, liberalem,& audacem,& dolorem,& tristitìam facit obliuisci, calorẽ augmentat, corpus siccum humectat, humidũ quandoq; desiccat: & vt breuius concludatur vinum moderatê sumptum, corporis, & animæ est medicina,& ideo õnibus ętatibus cõuenit, & maxime senibus, quia humorem,& calorem perditum reparat,& restaurat. Talis est per omnia sanguis Christi, qui de racemo i. de corpore quando fuit fractum per mortẽ extitit eliquatus, & iste pro certo inter omnes succos herbarum, idest, inter sanguinem omnium Martyrũ obtinet principatum. Iste enim nutrit,& humectat per gratiam,& deuotionem: roborat, & firmat per constantiam:

fortitudinem & perfectionem: puros humo res generat interius, ideſt patientiam & bonam affectionem; interiora, ideſt, conſcientiam mundificat: & eam à vitiis depurat per Confeſsionem: mentem etiam lętificat per Spem, & conſolatioñe: hominem facit audacem, ſcilicet ad pugnandum contra vitia per bonam operationem: lętum & liberalem per pietatem, eleemoſynam, & compaſsionem: dolorem tribulationum facit nõ ſentiri, per patientiam & lõganimitatẽ, triſtitiam etiam ideſt omnem deſperationem tollit per Spem, & contemplationem: augmentat etiam calorem, & humorem, ideſt gratiam pietatem, & dilectionem, & ideo ſenibus, ideſt inueteratis peccatoribus cõuenit, quia humores deperditos, ſcilicet gratiã, & virtutes quę deperditę fuerant per peccatum, reſtituit, & reſtaurat. Præterea, quemadmodum Iuſtitia Originalis extendebat effectũ ſuum ad vires corporales, habitusq; illarum, vt ad cogitatiuã, & appetitum, & ad ipſum corpus, quod per eſum ligni vitæ præſeruaretur à fatigatione tędio, & corruptione, vt dicit. S. Tho. 1. p. q. 97. ar. 4. cum Auguſtino. 13. de Ciuitate Dei, cap. 23. præter effectum ſpiritualẽ quo

conferebat gratię, & virtutibus cũm quadã extensione vigorem, vt homo vitaret omne peccatum, & facilè perseueraret, si vellet. Ita in Eucharistia verbum, & Anima eius spiritualis adest, & corpus ac sanguis prodest nõ tantum Animę manducantis, sed corpori, & potẽtiis illius; [quales sunt cogitatiua & appetitus sensitiuus virtutis capax] & vtriusq; patris mũditiam requirit, vt fiat totus homo concorporalis, consanguineusquê Christi, & vnum corpus, vnusq; panis, vt dicit. 1. Cor. 10. fiat cum ceteris membris Ecclesię. Vt cõfert animæ ex refluentia gratiæ, in ipsis virtutibus, & donis cum gratia infusis specialem vigorem, ita corpori vigorẽ ad ieiunia, & labores, vt eo nouo titulo vnionis cuiusdam corporis nostri cũ corpore Christi dignius præparentur corpora communicantium ad dotes corporales in resurrectione futuras in communicatione quadam, & quasi in semine. Et tandem Parochus populum sibi cõmissum Animas videlicet pretioso sãguine Christi redemptas instruat, & doceat ꝗ quemadmodum Christus redẽptor noster in vita mortali assumpsit interdum aliquid simile dotibus per modum transeuntis [vt claritatem

Matth.

Matth.17. in transfiguratione, agilitatem, dũ ambulauit super aquas, subtilitatem dum de intacto virginis vtero exiuit] id enim ex cõiunctione verbi corpori debebatur. Ita ob coniunctionem digne communicantis cum corpore Christi, datur iustis agilitas quædã & vigor ad studiosa opera ex assistentia diuini auxilij, & aliud quid simile dotibus, per quod caro, diminuto in dies fomite, promptius obediat spiritui, atque dicatur spiritualis. Vt. 1. Corin. 15. corpus dicitur fore spirituale ab effectu, quia perfecte obediet spiritui. Propter quod Concil. Florent. effectũ Eucharistiæ docet & augere gratiã, & incorporare nos Christo. Quæ similitudo exprimitur Ioan. 6. dicente Christo, Sicut ego viuo propter Patrem qui misit me, accepta ab illo substantia mea, ita qui manducat me, accepta corporis mei substantia, viuet propter me, & de Manna in figura Eucharistię dicitur Sap.16. Substantiam tuam, & dulcedinẽ, quã in filios habes, ostendebas. Quæ omnia satis explicãt de actibus, quos iustus habet per potentias etiã corporales, vt dictũ est. Quare Parochi patres erũt, fideles crebro adhortari, vt quemadmodũ corpori in singulos dies a

mentum subministrare necessarium putant: ita etiam quotidie hoc Sacramento alendę, & nutriendæ Animę curā non abiiciant, neque enim minus spirituali cibo animam, quā naturali corpus, indigere perspicuum est. Hęc omnia diligenter meditetur Parochus, & indefesse opportune & importune plebi sibi subditę proponat, prout spiritus Dei dederit ei, credens non vulgares fructus, & vtilitates Dei populum ex eis sumpturū si in Deo optimo qui omnium bonorum est largitor fiduciam suam, & spem collocarit.

17 ¶ Circa Pœnitentiæ Sacramētum debet scire ea quæ annotaui supra initio primæ veritatis, ibi. Ex his sequitur. &c. vsq; in finem: quæ applicanda sunt in hoc loco vt necessaria. Item ꝙ peccat qui absq; proposito abstinendi à peccatis, aut restituendi debita, confitetur. ¶ Debet etiam scire id ꝙ docet Concilium Triden. Sess. 14. cap. 3. Sacramenti Pęnitentiæ formam, in qua præcipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse. Ego te absoluo. &c. quibus quidem de Ecclesię sanctæ more pręces quędam laudabiliter adiunguntur: ad ipsius tamen formę essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius

ipsius Sacramenti administrationem sunt necessariæ. Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius pęnitentis actus, nempe Cõtritio, Confesśio, & Satisfactio. Qui quatenus in pęnitente ad integritatem Sacramẽti, ad plenamquè, & perfectam peccatorum remisśionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione Pęnitentiæ partes dicuntur. Et ꝙ effectus huius Sacramenti, quantum ad eius vim, & efficatiam pertinet, reconciliatio est cum Deo, quã interdum in viris pijs, & cum deuotione hoc Sacramentum percipientibus, conscientiæ pax, ac serenitas cum vehementi spiritus consolatione consequi solet. Et vltra hæc debet scire curatus conditiones necessarias ad Confesśionem scilicet illas quæ annullant Cõfesśionem sacramentalem. De quibus Caie. verbo Confesśio, & §. Confesśio iteranda. Et Nauarro cap. 9. num. 1. 2. Frater Emanuel. 1. p. Summę. ca. 58. & de conditionibus Confesśionis, cap. 51. & Nauarro cap. 2. ¶ Item, ꝙ debet pęnitens dicere numerum peccatorum mortalium, eo modo quo sciuerit, & quiuerit, & species peccatorum mortalium communes. Pro quo vide Conc. Triden. Sess. 14. cap. 5.

vbi mandatur, ꝙ omnia peccata mortalia & ſingula etiam cogitationis, & ſpecies eorum debet Curatus ſcire, & cõmunes excommunicationes, quæ ſunt notę, vt percuſio clerici, hęreſis, & contra clandeſtine contrahentes, & ſpecies peccatorum mortalium cõmunes, vt adulterium, inceſtus, raptus. &c. Et ſimiliter caſus reſeruatos communes. Et ꝙ debet prius abſoluere ab excommunicatione, quam à peccatis. Hęc & ſimilia tenetur ſcire Curatus ſub pœna peccati mortalis. Probat ex regula ſupraposita ex S. Tho. Quia hæc pertinent ad officium ſuum, quorum ignorãtia non excuſat, quia ſine ſcientia eorum nõ poteſt recte exercere officium ſuum, vt ſupra dictum eſt. Vide Caie. verbo confeſſori neceſſaria. Nauarr. cap. 4. num. 2. Sil. Confeſſor. 3. per totum. ¶ Tandem debet interrogare pœnitentem vbi, & quando viderit probabiliter pœnitentem indigere interrogari. S. Thom. in. 4. diſt. 19. in expoſitione literę. Vide Sil. ſupra. §. 14. Caie. verb. Interrogationes.

18 ¶ Circa Extremęvnctionis Sacramentum debet ſcire Parochus formam materiam, & loca in quibus ſuper infirmum debet vnctio

nes facere. Et q̃ istud Sacramentum sicut & cętera alia est à Christo Domino institutum licet à Diuo Iacobo illis verbis promulgatũ. Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros Ecclesię, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei. Iacobi cap. 5. Quibus verbis Apostolica traditione docet Ecclesia materiam, formam proprium ministrum, & effectum huius salutaris Sacramenti. Materia est oleum infirmorum ab Episcopo benedictum. Forma vero iuxta Conciliũ Florentinum, & Tridentinũ Sess. 14. cap. 1. de institutione huius Sacramenti illa verba sunt. ¶ Quando oculi infirmo vnguntur. Per istam sanctam Vnctio✠nem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum. Quando aures, per auditum, quando nares, per odoratum, quando os, per linguam, vel per oris vitium, quando manus, per tactum, quando pedes, per incessum, quando renes, per ardorem libidinis. ¶ Porro effectus huius Sacramenti illis verbis explicatur. Et oratio fidei salua-

saluabit, &c. Primo conferre salutem corpo
ris quãdo spũali infirmi saluti expedit. Secũ
do gratiam qua delicta si quę sint ad huc ex
pianda, ac peccati reliquias abstergit. Et ter
tio, ęgroti animam alleuiat & confirmat, mag
nam in eo diuinę, misericordię fiduciam ex
citando: qua infirmus subleuatus & morbi
incommoda, ac labores leuius fert & tenta-
tionibus Dęmonis calcaneo insidiantis fa-
cilius resistit. Et quia verba Diui Iacobi nõ
satis exprimunt quæ peccata dimittit hoc Sa
cramentum an venialia tantũ, an etiam mor
talia, debet scire Parochus ea omnia per hoc
Sacramentum condonari si reliqua ad id ne
cessaria concurrant, vt suos possit Parochia
nos admonere ad diligentiorem feruentio-
rem & auidiorem huius Sacramẽti conquisi
tionem & susceptionem. Vnde licet secun-
dum cõmunem principaliter institutum fue-
rit contra venialia, tamen etiam mortalia re
mittit. Quia fieri potest, vt aliquis moriẽs
absque hoc Sacramento damnaretur, & vnc-
tus eo, saluaret, fieri enim potest, vt aliquis
sua peccata confiteri non possit, aut quanuis
posset non censet illud necessarium ei, quia
est iam confessus, sine tamen Cõtritione, vel
Attri

Attritione ad remissionem sufficienti, & postea tãta Attritio ei superueniat, quæ licet de se non sufficiat ad remissionem, Sacramenti tamen calore adiuncto sufficeret, iuxta opinionem S. Tho. 3. par. q. 79. ar. 1. communiter receptam, scilicet per virtutem Sacramenti aliquem ex attrito contritum fieri, iuxta dicta supra. Quare magnę curæ nobis huius Sacramenti susceptio esse debet, vt morientes beati semper viuamus. Sed peculiaris effectus gratię, quę per hoc Sacramentum cõfertur, est auxilium contra tentationes quas homo tempore mortis patitur, quia sic morientis iudicium, & constantia valde turbatur corporis, & sensuum omnium ĩmbecillitate. Quin & Dęmon acrius eum illa hora, quã quauis alia omnium peccatorum repręsentatione, & spectris horrendis affligit. Quod vsu venire ijs non solet, quibus vita violenter eripitur, quia moriuntur integro iudicio & firmo, neque eiusmodi repræsentationibus affliguntur, ideo non ita necessaria est illis, ac huic, ista vnctio. Vnde scire debet esse hanc Vnctionẽ infirmis solum adhibendam, illis vero pręsertim, qui tam periculose decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur

tur

tur, vnde & Sacramentum exeuntium nuncupatur. Nauarro. cap. 22. num. 12. Siluest. verbo, Vnctio, & Episcopus Angles dicit, ad veritatem huius Sacramēti requiritur, vt medici de infirmi salute desperent, non autem vt sit omni spe destitutus, quod docet vsus communis Ecclesiæ & Concilium Florentinum & Triden. ex quibus constat hoc Sacramentum non esse administrandum suspendēdis, aut patibulo tradendis. Tandem sciat Parochus proprium huius Sacramenti ministrū esse presbyterum rite ordinatum, & ad id habentem auctoritatem, nisi in casu necessitatis quia tunc & simplex Sacerdos poterit administrare.

19 ¶ Circa Matrimonij Sacramētum Parochus necessario scire debet decretum Concilij Tridē. Sess. 24. de reformatione cap. 1. vbi pręcipitur ꝙ antequam Matrimonium contrahatur tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter Missarum sollemnia publicê denuntietur inter quos Matrimonium sit cōtrahendum, quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimētum ad celebrationem Matrimonii in faciē Ecclesię procedatur. atq; interrogatis prius viro

& mu

muliere, & eorum mutuo concensu intellectu, dicat. Ego vos in Matrimoniũ coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vel aliis vtatur verbis iuxta receptum vnius cuiusq; Prouinciæ ritum.

¶ Debet etiam scire Parochus ꝙ quãdo Matrimonium malitiosè impediri potest [si tot præcesserint denunciationes] dispensat Cõcilium Trid. vt tunc vel vna tantum denũciatio fiat, vel saltim Parocho, & duobus, l. tribus testibus præsentibus Matrimonium celebret, sed Parochus non potest dispensare nisi ad hoc peculiare habeat priuilegium. l. auctoritatẽ Episcopi, vt tale Matrimonium cõsummatur antequã denunciationes fiãt, vt patet loco allegato, vbi dicit Conc. Deinde ãte illius cõsũmationẽ denunciationes in Ecclesia fiãt, vt, si aliqua subsunt impedimẽta facilius detegant, nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denũciationes remittant, quod illius prudẽtię, & iudicio S. Synodus relinquit. De quo Fr. Emanuel. 1. p. Sũ. c. 212. Cõcl. 4. Pater M. à Veracruce in Appẽdice ad Spec. cõiug. dub. 1. ꝓpositione. 6. docet ac ꝓbat ad arbitriũ Ordinarij posse publicationes inter missarũ solemnia relinqui,

sine

siue sic aliqua suspitio vel non, vt patet in decreto Concilij: nam postquam dixerat huiusmodi denunciationes per Parochum faciendas ante cõsummationem Matrimonij, additur: Nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerìt, vt prædictæ denunciationes remittantur, quod illius prudentìæ & iudicio Sãcta Synodus relinquit: nam exceptio vtrũq; casum comprehendit. Et Doctor Ioannes Gutìerres lib. 1. Canonicarum. qq. ca. 19. nu. 6. dicit. Requiri aliquam causam rationabilem arbitrio Ordinarìj, ad hoc vt ipse has denũtiationes remittere posit, siue ante coniunctionem, siue ante cõsummationem Matrimonij, nec solum illa, quę à Concilio exprimitur, nempê probabilis suspitio, quod si tot denũciationes præcessissent, Matrimonium malitiose impediretur, necessaria est, & requirit ad hoc, vt Ordinarius eas remittere possit, sed sufficere, vt alia quæuis causa probabilis arbitrio Ordinarij intercedat, vt probatur in ipso Concilio in verbis supra relatis: nam & si prius indict. versic. quod si probabilis, eam solum causam expresserit prosufficienti, nempê probabilis suspicionis, quod si tot denunciationes præcederent, Matrimonium

nium malitiose impediretur, posteà tamẽ generalius loquitur, dicens : Nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictę denũtiationes remittantur, quod illius prudentię & iudicio Sancta Synodus relinquit : nam vt supra probauimus, clausula hęc ad vtrunque casum refertur : quia si Ordinarij prudentiæ & iudicio remittitur, quod plus est, nempê remittere in totum prędictas denunciationes siue banna, à fortiori videtur eidẽ concessum quod minus est, nempê differre prædictas monitiones ad tempus celebrati iam Matrimonij, ante ipsius tamen consummationem. Quo loco attestatur prædictam resolutionem approbatam esse hodie per declaratiouem Reuerendissimorum Cardinalium ad interpretationem dubiorum Sacro Sancti Cõcilij Triden. deputatorum, qui proprijs terminis declarauerunt prę fati Concilij decretũm in hunc modum. Episcopus potest, etiam post contractum Matrimonium, ante illius consummationem, si ita expedire iudicauerit, secundum eius prudentiam & iudicium, ex aliqua causa arbitrio suo, remittere denũtiationes, & si nõ sit suspitio quod Matrimonium malitiose impediatur. Ex quo

poterit

poterit Episcopus ex aliqua ratione iusta, sibi tãtum cognita, prædictas denunciationes remittere, & ita fit sępissime. Caueat tamen omnino [dicit Gutierrez] ne sine aliqua iusta causa id faciat, etiam si suo arbitrio id sit commissum, quando quidem de arbitrio boni viri intelligitur, atque ideo iure, ratione, & ęquitate hac in re vti debeat, & hoc significant verba illa. Nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit. Alias enim si ad libitum absolute, & sine causa id facere posset, non esset arbitrium, nec iudicium iuris ratione regulatum, sed potius libera voluntas, & frustra diceret concilium, Nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit. Præterea non esset bona prudentia, nec iudicium ratione regulatum remittere absq; vlla causa prędictas monitiones, cum tamen Concilium prudentiæ, & iudicio Ordinarij hoc relinquat, significãt profecto verba hæc, atque aperte insinuant ratione vti debere in hoc Ordinarium, alias non esset opus eius prudentia, sed tantum liberæ voluntati relinquere sufficeret, causa igitur rationabilis mouere debet Ordinarium, vt hoc faciat, alias peccabit, quamuis Matrimonium teneat. Deinde docet & be-

beñe quid per Ordinarium debeat intelligi his verbis. Ordinarius autem in proposito intelligitur Episcopus, siue eius Officialis, vel Vicarius Generalis, quem Prouisorem a pellamus, quia vnum & idem tribunal & auditorium censetur Episcopi, & Vicarij generalis ipsius, & quod facit Vicarius dicitur Episcopus facere, ex textu in cap. 2. de consuetudine, lib. 6. capit. Romana. in princip. de appellat. eodem lib. 6. & in terminis ita tenet pater Magister Alphonsus à Veracruce in appendic. ad Specul. coniug. in. 1. dubio. propositio. 6. ad fin. & Doctor Segura. Et licet aliquibus videatur hanc potestatem dispensandi in denunciationibus, non concedi in generali commissione Vicario ab Episcopo concessa, nisi in specie concedatur, nihilominus, verior est sententia Patris Magistri Alphonsi à Veracruce, quem sequitur Doctissimus Doctor Ioannes Gutierrez cap. pręallegato num. 15. nempê quod Prouisor seu Vicarius generalis Episcopi, siue speciale mandatum ad id habeat ab Episcopo, siue tantum generale, possit pro suo arbitrio atque iudicio, & prudētia remittere prędictas denunciationes. Primo, quoniam dictus

quoniam dictus textus Cōcilij in verbis ſę pe relatis, Ordinario nuncupatim concedit hanc facultatem, nec nominatim loquitur tā tum in Epiſcopo, ſed in Ordinario, quod no men generalius eſt, comprehenditque tam ip ſum Epiſcopum, quam Prouiſorem, ſeu Vica rium generalem, quia hic Ordinarius eſt, Or dinariamque habet iuriſdictionem, vt in ti- tul. de offic. ordinar. eſtque de ſe notiſsimū & præterea probatur in quàm pluribus eiuſ- dem Concilij decretis loquentibus de Ordi nariis locorum, & præcipue. Seſſ. 6. in cap. de Refotmat. & alibi ſępiſsime, quibus plu ra facienda committuntur, ac mandantur: & tamen certiſsimum eſt, id non tantum ad E piſcopos, ſed & ad eorū Prouiſores, ſeu Of ficiales generales ſpectare: nam ſi aliud di- ceremus, eſſet ineptiſsimū. Dequa re videat Parochus fratrem Emanuelem. 1. p. Summę cap. 212. per totum. ¶ Aduertat etiam Pa rochus ex Scoto in. 4. diſt. 26. lit. M. ꝙ cō trahentes ſunt ſibi inuicem Miniſtri Sacra- menti Matrimonij, & ita communiter tenēt Doctores. At circa materiam & formam hu ius Sacramenti aduertat id quod docet Doc- tiſsimus Epiſcopus Ioſeph Angles in ſuis flo

ribus

ribus Theolo. qq. lib. 4. q. 1. de Sacramen to Matrimonij art. 4. difficultate. 2. videlicet ꝙ verba quę prius proferuntur, materię rationem habent, quæ autem superueniunt, formæ rationem induunt. Et ratio est, quia verba quę posterius ab altero coniugum proferuntur, verbis pręcedentibus dant esse Sacramentale: proprium namq; formę est dare rei esse. Vel vt dicit Pater Soto in. 4. dist. 26. q. 2. ar. 1. verba vtriusq; coniugis sunt sibi inuicem materia & forma. Quia sibi inuicem pręstant, recipiuntq; Sacramētale esse. Ex hoc infertur quod verba illa, Ego vos in Matrimonium coniungo. &c. non sunt forma huius Sacramenti, licet sint de necessitate pręcepti, ita vt omittens peccet, vt docet doctissimus pater Magister à Veracruce in Appendice ad suum Speculum dubio. 4. quem sequitur Salzedo in Practica criminali Canonica, cap. 73. fo. 235. colu. 1. & addit nō excusari Clericum prędicta verba omittentem à mortali crimine, & à pœna à suo Ordinario imponenda, si dictis verbis in Matrimoniis contrahendis non vtatur. Et concl. 4. eiusdem dubij dicit, ꝙ si Parochus cognito consensu vtriusq; in Matrimonio, nulla

pro ferat verba, dum modo sint testes, & pec-
cet non proferendo verba in Concilio ex-
pressa, vel alia secundum ritum Prouinciæ,
Matrimonium tamẽ est validum. Quia Ma-
trimonium erat validum ante Cõcilium, dũ
modo esset inter personas alias legitimas, &
alia seruarentur, ergo & modo post Conci-
lium Tridentinum. Et quando Concilium
Tridentinum, Sess. 24. cap. 1. de Reforma-
tione dicit. Nullum esse Matrimonium ni-
si pręsente Parocho, vel alio Sacerdote de e-
ius licentia celebretur, intelligitur quantum
ad validitatem cõtractus Matrimonij: nam
ante diffinitionem Concilij, Matrimonium
Clandestinum, nullo Sacerdote pręsente erat
verum Sacramentum: modo autem Conciliũ
illegitimauit contrahentes nisi in pręsentia
Parochi, aut alterius Sacerdotis, de eius li-
centia & coram duobus, aut tribus testibus
contrahant,

21 ¶ Et quia Sancta Synodus ibidem coniu-
ges hortatur, vt ante quã contrahant, vel sal-
tim triduo ante Matrimonij consummatio-
nem sua peccata diligenter confiteantur, &
ad sanctissimum Eucharistiæ, Sacramentum
pie accedant, debet Parochus contrahentes
admo

admonere, vt confiteantur, vel saltim Matrimonium cum contritione vel attritione [ęstimata contritione] contrahant. ¶ Item debet scire impedimenta, quæ impediunt contrahendum, & quæ dirimunt contractum. Quia aliàs non recte exequeretur suum officium, & Sacramẽto Matrimonij injuria irrogaretur, dũ inualide celebratur. Circa hęc omnia videat Curatus Concilium Tridenti, Sess. 24. vbi supra c. 2. 3. 4. vbi restringuntur impedimẽta, &c. Quoniam hæc omnia pertinent ad officium suum. Et sciat ꝙ impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractum, inducitur, ad eos tantum qui primo, & secundo gradu cõiunguntur, se extendit, vt Pius. 5. declarauit.

22 ¶ Debet etiam scire, ꝙ benedictiones nuptiales dari non possunt ab Aduentu Domini nostri Iesu Christi, vsq; in diem Epiphanię, & à feria quarta Cinerum, vsq; in Octauam Paschatis inclusiue, in aliis vero tẽporibus nuptias sollemniter celebrari permittit, Concil. Triden. vbi supra, cap. vltimo. de Reformat, Matrimonij. ¶ Et similiter scire debet ꝙ istę benedictiones nuptiales dari prohibentur quando vterq; illas recepit, cap. Capella

nus, defer. Ex quo ad eundẽ Parochum pertinet in templo benedicere eos qui iam contraxerunt: vnde Concilium Triden. cap. 1. iam citato dicit. Præterea eadem sancta Synodus hortatur vt coniuges ante benedictionem Sacerdotalem intemplo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, statuitq; benedictionem à proprio Parocho fieri, neq; à quoq;, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prędictam benedictionem faciendam alij Sacerdoti concedi posse, quacunq; consuetudine vel priuilegio non obstãte. Quod si quis Parochus. l. alius Sacerdos siue regularis, siue sęcularis sit, alterius Parochię sponsos sine illorũ Parochi licentia Matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso iure tandiu suspensus maneat, quandiu ab Ordinario eius Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluatur. Hæc ibi. Circa quæ docet Nauarro cap. 22. de Benedictione Nuptiarum primo, peccare illũ qui benedicit secundas nuptias sollemni benedictione Sacerdotalì, quæ intra Missam fit, vel qui suscipit illam credens, vel credere debẽs non debere benedici. Secundo, nuptias primas

mas benedicendas ex consilio Synodi Tridẽtinæ, quæ hortatur contrahentes Matrimoniũ ad benedictionem accipiendam, ante cõsummationem eius. Vbi ponderandũ est verbum illud ꝙ hortaẗ [& non præcipit] quod significat id esse de cõsilio, & ita nõ esse peccatum ante illam consumare, etiam prima vice, nec exigendo, nec reddẽdo, nec vbi est. consuetudo benedicendi, nec vbi non est. Quid? quod neque peccatũ veniale esse dicit, dummodo id fiat sine contemptu. Et tertio, per consuetudinem induci posse, vt non solum cum virgo nubit viduo, sed etiam cũ virgo ducit viduam, vel cum vidua nubit viduo benedicatur, vel reiteretur benedictio, licet rationabilior sit consuetudo in primo membro, quã in secundo, & in secundo, quã in tertio: quia hæc prohibitio iuris humani est, & sicut per legem, ita per cõsuetudinem contrariam tolli potest. Quem sequuntur frater Emanuel. 1. p. Sum. cap. 237. Et Hẽriquez To. 2. lib. 11. de Matrim. cap. 2. nu. 3. Et quarto docet Nauarro prædic. cap. 22. num. 71. peccare mortaliter qui temporibus ab Ecclesia prohibitis benedictionem nuptiarum accipit, aut in domum suam sollem-

niter sponsam traducit, vt dicitur in cap. Capellanus, de feriis, & cap. Non oportet, cum tribus sequentibus. 33. q. 4. Sed non peccat si solum sponsalia vel Matrimonium de presenti contrahit. Quia sola benedictio, & traductio sollemnis prohibetur, iuxta mentem S. Thomę & Paludani in.4. dist. 32. de quo Caie. in Sum. ver. Nuptiarum peccata. Et libro quarto consiliorum, tit. de Sponsalibus cōsilio. 1. dicit quod ad hoc vt Matrimoniū valeat, sufficit, quod interueniat Parochus habitationis fœminæ, quando contrahitur in Parochia habitationis eius: & sufficit Parochus viri quando contrahitur in Parochia habitationis viri, vt declarauit Congregatio Illustrissim. Cardinalium ad dubia Concilij Triden. declaranda, deputatorum. Videatur Frater Emanuel. 1. p. Sum. cap. 213.

24 ¶ Sed est dubium quę nuptiæ dicuntur secundę vt non benedicantur, nam certum est quod quando vterq; contrahens est iam benedictus nō debet tunc benedici? Sed dubium est, An quando alter contrahentium est iam benedictus, possit alterius nō benedicti causa, benedici. Manuale impressum Salmanticę, apud Guillelmum Foquel, anno Dñi. 1585.

quo

quo,& vtũtur Parochi Archiepiſcopatus Mexicani de mãdato Dñi Petri de Contreras Archiepiſcopi ſic dicit. Secundę nuptię, non ſunt benedicendæ. Illę vero cenſentur ſecũdæ [vt non benedicantur] quę ſunt ſecundę ex parte fœminæ,quamuis ſint primæ ex parte viri. nec refert, an ipſa vidua ſecundo nubens, ſit virgo, vel non: ſed an ſit ſemel benedicta: vnde,quæ ſemel nupſit, ſed ante benedictiones receptas vidua facta eſt, cũ poſtea iterum nubit, benedicenda eſt, & quę ſemel eſt benedicta,non eſt iterum benedicenda. Ex quo manifeſte apparet ꝙ ſi ſolutus ducat relictam, quæ iam ſemel receperit benedictiones nuptiales, aut virginem quę licet eas ſuſceperit ante Matrimonij cõſũmationé vidua effecta eſt,tales nõ debet benedici nuptiæ: nã ſunt ſecundę, deinde, ſi virgo,aut ſoluta quę nũq̃; fuit nupta nubat viduo, huiuſmodi nuptię ſunt benedicendę quia primę,& non ſecundæ cenſeri debent. Sed his obſtat Manuale Mexicanum iuſſu,& auctoritate Domini Alphonſi de Montuſar Archiepiſcopi quõdam Mexicani excuſſum,vbi præcipitur. Que ſi qualquiera de los nouios marido, o muger no ouiere reſcibido las bendiciones,

que meresca auer las dichas bendiciones el vno por el otro. Por que la decretal Capellanum, de Secundis nuptiis esta derogada por vna extrauagante del Papa Ioan. 22. Y la extrauagante es esta que se sigue.

⁂ ¶ La extrauagante del Papa Ioan. 22. ⁂

¶ Desseando poner fin a vna antigua contienda y question, por el presente decreto y mandamiento declaramos, que aunque el hombre, o la muger que casaren dos vezes, no deuen rescebir las bendiciones. Empero el varon, o la muger que con este, o cõ esta tal casare, deue las rescebir. E si por vẽtura alguno dellos, o ambos que assi casan la segũda vez, en la primera vez no rescibieron estas benditiones, deuenselas dar en la segunda. E queriendo templar el rigor antiguo: otorgamos, que los Sacerdotes que asabiendas dieren bendiciones à los que casarẽ dos vezes, no sean obligados por esto à venir à la Sede Apostolica, mas que puedan ser absueltos por sus Diocesanos de la pena de suspension establecida en este caso. Hæc ibi. Propter quod Dominus Dominus Didacus Romanus Episcopus Tlaxcallẽsis, præcipit hoc obseruari in suo Episcopatu. Et merito

qui

quidem & cõsultissimê nam Manuale illud Salmanticę impressum non habet auctorem nec approbationem, sed neq, licentiam, quorum quodlibet sufficeret, vt euitaretur iuxta sanctorum Patrum & Conciliorum sanctiones interdicentes similium librorum lectionem. Et Doctissimus Magister à Veracruce 1. p. Speculi, art 13. dicit, q̃ quãdo alter cõtrahentium solum est benedictus, siue vir, siue fęmina, vterq; de nouo benedicant, propter pręallegatam Extrauagantem, quæ concedit seu determinat, sic fieri, & reuocat dicti capit. Capellanum citatum in Manuali Salmanticensi. Refert etiam Episcopum Segouiensem asserentem, quod cum ex iure antiquo esset suspensus presbyter qui secundas nuptias scienter benediceret, & ad Papam mittendus: per Extrauagantem Ioannis. 22. ablatum est quod sit ad Papam mittendus, & dicit, suspènsionem non fuisse illatam ĩpso iure, sed inferendam. Cum patre Magistro tenet Doctor Salzedo in sua practica criminali, cap. 74. Et pater Focher lib. cui titulus. Instructio simplicium. 2. p. art. 4. idem omnino tenet, & addit constitutionem prędictã Ioannis. 22. non esse Ecclesię Hispalẽsis priuile

priuilegium ſed ius commune. Quod ſi ita eſt, non video quare benedictiones nuptiales debeant denegari, quando alter eorum qui contraxerunt, nõdum eas recepit. Hinc eſt ꝙ multi Parochi, & Miniſtri mandatum Domini Archiepiſcopi Petri de Cõtreras reſpuerunt, admittentes prædictam Extrauagantem Ioannis. 22. & ea vtentes, ſicut ab initio huius Eccleſiæ Indianæ, vſi ſunt. Obiter aduertat Parochus ea quæ tertio notabili prædicti. art.4. notat idem Pater Frater Focher. Primo, quod quando benedicuntur ſponſus, & ſponſa, iam ſuo contracto Matrimonio, ſponſę caput veletur, & illud velamen quo velatur, extendatur ſuper viri humerum & non ſuper eius caput. Secundo, ꝙ tunc veletur mulieris caput cum in Miſſa dicit̃ Sanctus, & non tollatur ab eius capite, & ab humeris mariti, donec finiatur Miſſa. Tertio, ꝙ ſi fieri poteſt velamen ſit duorum colorum partim album, & partim rubeum; hoc eſt permixtum ſit colore albo, & purpureo, ſeu rubeo: vt ponitur in cap. Feriæ.30.q.5. & hoc ſi fieri poteſt cõmode, quod ſi nõ eſt per mixtum tale velamẽ colore candido, & purpureo parũ refert. Immo ſi alicubi neq; in Eccleſia

eſt velamen, neq; mulier propter paupertatẽ habet velamen, non ob id omittantur benedictiones. Et quarto, ꝙ benedictiones dentur in loco designato à Missali. Quod si Sacerdos in prædicto Missæ loco dare oblitus fuerit, tunc finita Missa, eas det, stans ante altare, indutus Superpelliceo. vel Alba, cum Stola, pro honestate, & satius erit, si alius superest Sacerdos celebraturus, sponsos ei benedicendos committere: nam summo Ecclesiæ cõsilio statutum esse credo, ꝙ benedictiones nuptiales in præsentia Sanctissimi Sacramenti, ante illius fractionem, & sacrifitij consummationem conferantur. Quinto, ꝙ omittere ceremoniam illam arrarum, & anuli, nullum est peccatum, ;vt dicitur. 30. q. 5. cap. Nostrates. vbi Papa Nicolaus enumeratis aliquibus Romanorum consuetudinibus in celebrandis nuptiis, in quibus sponsus sponsam arris desponder, per digitum fidei anulo insignitam, & recensitis quibusdam aliis ritibus concludit sic. Item sunt præter hoc, alia quæ ad memoriam non occurrunt pacta coniungiorum sollemnia, peccatum autem esse, si hæc cuncta in nuptiali fœdere nõ interueniant, non dicimus. Vbi glo. duo

dicit

duo dicit. Primum ꝙ si omittantur leuia & modica, non est peccatum. Secũdum si omittantur sollẽnitates ipsius Matrimonij, est peccatum, si possunt adhiberi. Quapropter in nuptiis Indorum arrarum & anuli sollemnitas omittitur à Religiosis Parochi officium agentibus, & ab aliis etiam Curatis ex caussis rationabilibus, & quidẽ sine peccato, vt patet. Ex pat Focher vbi supra & infi, ar. 4. 2. p. Infra verb. Matrim. inuenies modũ quẽ Parochus debet obseruare, tum in examinandis Matrimoniìs, tum etiam in celebrandis.

25 ¶ Secunda veritas. Curatus quicunq; ille sit debet habere [ad debitè exercendum prędicta] linguæ vel linguarum ouium suarum sufficientem saltim notitiam, peritiam, & vsum in qua videlicet lingua Sacramentorum effectum & virtutem manifestare, & verbũ Deì suis ouibus valeat prędicare, & non sufficit per interpretem hæc pręstare. Probatur ex Concilio Triden. Sess. 7. cap. 3. vbi mandatur ꝙ Ecclesiastica beneficia pręsertim curã animarum habentia personis dignis, & habilibus, & quę in loco resideant debẽt cõmitti & ꝙ perse ipsos curam ipsam exercere valeant, iuxta constitutionem Alexandri. 3. in

Late

Lateranẽsi Concil, alias ꝙ prouifsio vel collatio facta õnino irritã. Vbi notandũ illud verbum per se ipsos, vt non sufficiat Curato suum officium per alium exercere: si autem non habet scientiã aut sufficientem peritiam linguarum, non potest per se officium Parochi exercere: puta prędicare, Sacramenta administrare, & eorum virtutem propalare. Vide cap. Licet. de Electi. in. 6. & ca. Quia nonnulli. de Clericis non resid. Ex quo patet, ꝙ qui nescit Indorum linguam, non potest esse Curatus, quia nõ potest perse ipsum curam istã exercere. Item cap. Quoniam de Officio Ordina, Inno. 3. pręcipit ꝙ quãdo per mixti sunt populi diuersarum linguarũ. Pontifices prouideãt de viris idoneis, qui secundum diuersitatem rituum, & linguarum debite illis diuina officia celebrent, & Ecclesiastica Sacramenta ministrent: instruendo eos verbo pariter & exemplo. Et regula cancellarię Rotę Romanę in regula de idiomate statuit [vt habes apud Ludouicum Gomes, pag. 230] ꝙ is, qui Ecclesię parochiali prouidetur, nisi intelligat, & intelligenter loquatur idioma loci, vbi Ecclesia huiusmodi consistit, prouisio, seu mandatum, & gratia

tia quo ad Parochialem Ecclesiam, nullius sit roboris. Super hanc regulam dicit iste Doctor famosus, quod ista regula habet fundamentum tam in iure humano, quam diuino, & naturali, secundũ quæ Curatus tenet suis prædicare, & Sacramenta administrare. Vide Extrauag. Ioan. 22. de Concessione præben. quæ incipit. Sedes Apostolica. Et addit idem Doctor, dictam regulã habere locum etiam in Ecclesia cõmẽdata, & quod liget etiam extra curiam, quia ratio huius regulæ respicit vtilitatẽ Animarũ, quę vbiq; terrarum militat. Pro quo vide Feli. c. 2. de rescriptis. Hęc Ludouicus. q. 6. Circa quæ dicit Pater M. à Veracruce. Aduertant Prouinciales, vt ignarum linguę non constituant Prȩlatum: alias eligens & electus si non recusat, tutus nõ est. De hac materia vide veritatem sequentem, & Conc. Triden. Sess. 24. cap. 7.

26 ¶ Tertia veritas. Tenetur etiam Curatus ex officio suo, prædicare suis Parochianis, verbumq; salutis proponere. Ita docent Iuristę Clem. Dudum. de Sepul. & glo. Cle. 1. de Regularibus. verbo. Officia. Panor. c. Excomunicamus. §. Quia vero. num. 12. de hęreticis S. Thom. in. 4. dist. 19. Co lib. 12. &

3. P.

3. p. q. 71. ar. fin. ad. 3. vbi dicit, ꝙ instructio, qua eruditur de fidei rudimentis, & qualiter se debet habere populus in sumptione Sacramentorum, pertinet principaliter ad Curatum. Instructio autem de profundis mysteriis fidei, & de perfectione fidei Xpianę pertinet principaliter ad Episcopū. Circa quod dicit Sūma Tabie. ꝙ officium prędicādi principaliter conuenit Papæ, Episcopis, & Pręlatis habētibus auctoritatē Episcopalem. Secundario autem competit omnibus Sacerdotibus habentibus curam Animarum. Modo autē Conc. Trid. Sess. 5. cap. 2. mandat, vt Curati, & quicūq; alij curam Animarum habentes, & qui Ecclesias quomodocūq;, obtinent, per se, vel per alios idoneos, si legitime impediti fuerint, saltim Dominicis diebus, & festis sollemnibus plebes sibi commissas pro sua, earūq; capacitate, pascant salutaribus verbis, docendo ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciandoque eis cum breuitate, & facilitate sermonis, vitia, quę eos declinare, & virtutes quas sectari oportet, vt pœnam æternam euadere, & cœlestem gloriam consequi valeant. Vbi etiam pręcipitur negligentes hac in re, etiam

etiam quauis ratione exemptos monẽdos ab Episcopis, & etiam per censuras Ecclesiasti cas cogendos esse ab illis. Et Sess. 24. de Re for, cap. 4. pręcipit Episcopis, & Parochis, vt in Ecclesiis suis ipsi per se, aut si legitime impediti fuerint, per eos, quos ad prędica- tionis munus assumẽt, in aliis autem Eccle siis per Parochos, siue ijs impeditis, per alios ab Episcopo impensis eorũ, qui eas prę stare vel tenent, vel solent, deputãdos in ciuitate, aut in quacunq̃ parte Diœcesis, censebunt ex pedire, saltẽ omnibus dominicis, & solleni bus diebus festis, Tẽpore autẽ Ieiuniorum, Quadragesimæ, & Aduẽ. Dñi quotidie, l. sal tem tribus in hebdomada diebus, si ita opor tere duxerint, sacras Scripturas, diuinamq; legem annuncient, & alias, quotiescumque id opportune fieri posse iudicauerint. Et ca. 7. Vt fidelis populus ad suscipienda Sacra- menta maiori cum reuerentia atq; animi de uotione accedat: præcipit sancta Synodus E piscopis omnibus, vt non solum, cum hæc per se ipsos erunt populo administranda, pri us illorum vim, & vsum pro suscipientium captu explicent, sed etiam idem à singulis Pa rochis piè, prudenterq; etiam lingua verna cula

cula, si opus sit, & cõmode fieri poterit, ser uari studeant, iuxta formam, à sancta Synodo in Catechesi singulis Sacramentis præscribendam: quam Episcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque à Parochis omnibus populo exponi curabunt, necnon vt inter Missarum sollemnia, aut diuinorum celebrationem sacra eloquia, & salutis monita eadem vernacula lingua singulis diebus festis vel sollemnibus explanent: eademq; in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant. Hæc ibi. Quæ omnia considerari & perpendi debent, & maxime verbum illud eadem vernacula lingua, singulis diebus festis, vt videant Ministri negligentes otio, & somno dediti, qualiter suũ exequũtur officium, strictam reddituri rationem coram æquissimo iudice de ouibus sibi non tantum commissis, sed [quod dolẽdum est] procuratis, & cõquisitis. Soto etiam de iusti, lib. 10. q. 1. art. 3. dicit ꝙ docere Articulos fidei, & Decalogum, & Orationẽ Dominicam debent Parochi, quia hæc debent scire omnes Christiani, & hęc docere est officij Curati, Episcopi autem altiora. Et si isti

Curati sunt scientifici, poterunt quoq; sacrã Scripturam, virtutes moresq; bonos,& alia altiora plebem suam docere. Dato hoc non sit proprie eorum officium, sed [vt dixi] articulos præcepta &c. ¶ Ecce quę tenetur Curatus docere plebem suam. Et Episcopus non potest prohibere dictis Curatis, ne prædicent articulos, & præcepta Dei, & Ecclesię Sacramenta, & quomodo sunt percipienda, quia hęc pertinent ad officium eorum. Et hæc possunt facere auctoritate superioris, scilicet Iuris Canonici, & Concilij Triden. Vide Soto in. 4. dist. 18. q. 2. art. 5. Vbi tractat quæ posint Episcopi prohibere Curatis. Non tamen poterit Curatus dare licentiam Sacerdoti prædicandi,nisi aliàs sit approbatus ab Episcopo loci, vbi prædicaturus est, quia Concilium reseruat hoc solis Episcopis. Seß. 6. cap. 2. §. Regulares vero. Et Magister Gallo. 2. 2. q. 187. dicit esse peccatum mortale contra hoc facere. Poterit tamen Curatus Parocho alterius populi [eiusdem tamen Episcopatus] committere, vt prędicet,quia approbatus ab Episcopo est. Ex his vides, quomodo necessario debet Curatus scire linguam Indorum,quia aliàs non

potest

potest eis dare ea, quæ tenetur, & ad quę est obligatus Iure diuino. Vt dixi supra in fine primæ veritatis

17 ¶ Quarta veritas. Tenetur etiam Curatus Missam celebrare, diebus quibus Parochiani eius tenentur Missam audire. Quia aliàs iniusta esset obligatio ad audiendam Missam, si non esset aliquis obligatus ad illã celebrandã. Sic dicimus, ꝙ tenetur Parochus populo illa Sacramenta administrare, quę populus ipse tenetur recipere. Ex Soto in. 4. dist. 13. q 2. art. 2.

¶ An autem teneatur Parochus illã Missam pro populo offere sic, ꝙ pitantiam, seu mercedem recipere non possit ab alio: bene potest ignorari hoc inculpabiliter à Parocho, quia sunt diuersę opiniones. Soto enim vbi supra dicit, quod pro suis Parochianis debet, & non pro aliis celebrare. Victoria. 3. p. q 83. in principio tenet contrarium, quia nihil in iure de hoc tractatur. Vnde si in Synodalibus nihil statuitur, potest Parochus etiam in die Dominica Missam aliis applicare.

18 ¶ Quinta veritas. In officio Parochi includitur sepelire mortuos Parochianos suos.

De quo vide Clem. Dudum de Sepul. §. Ve rum ne & Panor. cap. 1. de Sepul. & cap. Fraternitatem. Vide in Rub. nu. 1. &. 2. de Parochiis. Atq; ita poterũt fratres qui Parochi officium exercent sepelire Indos & associare eorum corpora cum Cruce alta, etiam transeundo per terminos Parochię Clericorum: quia alij Curati possunt, ergo qui exercẽt officium Parochi. Immo non tenentur quartã soluere funeralem stando in solo iure positiuo, quia Parochi non tenentur soluere, ergo nec Religiosi de illorum oblationibus, & obuẽtionibus circa quos exercẽt dictum officium.

29 ¶ Sexta veritas. Tenetur Parochus scholam puerorum habere, pueros fidei rudimenta & obedientiam erga Deum, & parentes docere. Vide cap. Vt quisquis. de vita & hon. Cler. vbi pręcipitur ꝙ Clericus qui plebem regit, Clericum habeat secum qui cãtet Epistolam, & Lectionem legat, & qui possit tenere scholas, & admonere suos Parochianos, vt filios suos mittant ad fidem discendam quos ipse cum omni castitate erudiat. Et Sess. 24. de Reform. cap. 4. dicitur, & præcipitur Episcopis, & Parochis. Iidem etiam saltem Domi

nicis

nicis & aliis festiuis diebus pueros in singu lis Parochiis fidei rudimenta, & obedientiã erga Deum, & parentes diligenter ab iis, ad quos spectabit, doceri curabunt. Vide Panor. sup. dictum. cap Quisquis. nu. 1. vbi dicit ꝙ etiam, tenet Parochus docere pueros, prima literarum rudimenta. Pro hac re vide ea quę dicuntur in Conc. Triden. Sess 22. cap. 8. & Sess. 24. cap. 11. & Sess. 25 de Reformatione cap 12. & Sess. 24 de Reformatione cap. 2. Vbi mãdatur quod iuret Curatus. Et quod veniat ad Synodum, habetur in Sess. 24 cap. 2. in Sess. 7. cap 4. Pręcipitur ne plura habeat beneficia Curata aut aliàs incõ patibilia. Tandem includitur etiam in hoc officio Parochi, quod continetur in quodam Canone Gregorij. 7. Vbi dicitur, quod, Omnis Christianus procuret ad Missarum sollẽ nia aliquid Deo offerre, & ducere ad memo riam, quod Deus per Moysen dixit Non ap parebis inconspectu meo vacuus. De quo agunt Panormitanus in cap. Suam, de Symonia, & Soto de Iusti. & Iu. q. 3. art. 1.

¶ Ecce quę tenetur Parochus administrare Parochianis suis tam ratione Officij sui, quã iuris Canonici. Et quia ista tenetur exhibere

tenebitur habere illam ſcientiam, quæ ad horum expeditionem eſt neceſſaria, aliàs inſufficiens iudicandus eſt Curatus, qui his caret, cum vnuſquiſq; de iure teneatur illa ſcire, quæ pertinent ad officium ſuum, & ſine quorum ſcientia recte expedire, quæ officij ſunt, non poteſt, vt dictum eſt, & per conſequens abſolui non poterit à Confeſſore, quia eſt in malo ſtatu.

¶ Quæres forſam, Tāgant ne ea quę dicta ſūt Regulares Parochi officiū exercētes in populis Indorū? Adhoc reſp. per ſequētes verit.

30 ¶ Septima veritas. Si Regularis acceptauit Eccleſiam Parochialem populorum Indorum vt Curatus abſq; dubio tenetur in omnibus ac per omnia ad quę Curatus Sacerdos ſęcucularis tenetur, quia idem officium eſt vtriuſq;, & nulla apparet exceptio. Item quia obligatio Curati ad ea, quæ dicta ſunt eſt de lure naturali, quia eſt ratione officij in quo formalis, vel virtualis obligatio, & promiſſio ad ea facienda interuenit, dum dictum officium Parochi acceptat vt Curatus, & ad illa, quæ diximus tenetur ratione Iuris Canonici, hoc præcipientis Curato, & ad iſta Curatus etiam Regularis obligatur, cap. Cog-

Cognoſcentes. De conſti. Pro quo vide cap. 1. de Priuilegijs, & Concil. Triden. Seſſ. 25. cap. 11. de Reformatione, & Sil. Religioſi. 7. §. 34.

31 ¶ Octaua veritas. Si autem Regularis non acceptauit dictam Eccleſiam Parochialẽ vt Curatus, ſicut in effectu prouincia Yucatanenſis ſancti Ioſeph, & aliquæ Fratrum Minorum prouinciæ non acceptarunt animarum curam, tunc tenentur facere, & ſcire facere ea, quæ pertinent ad officium, quod exerçent. Videlicet ſi Baptizent debent ſcire ea, quę pertinent ad hoc Sacramentum. Idem ſi confeſsiones Indorum audiunt. &c. De quibus ſupra in Prima veritate, quia hęc exigit horum Sacramentorum debita ad miniſtratio. Et ideo vel ſupra dicta Regularis nõ exerceat, vel ſeruet in eorum exercitio ſcitu neceſſaria. Quia obedientia non liberat à peccato illum Confeſſarium, qui cognoſens ſe non intelligere quod opus eſt ad audiendum Confeſsiones, eas audit. Solum. n. excuſat illum, qui dubitat, an ipſe ſciat, an nõ, vt docet Nauarr. in Manuali. c. 4. n. 9. Et vnuſquiſq, noſſe debet id, quod illi neceſſariũ eſt ad ſuum munus, & officium recte exercẽdum

etiam lege naturali, ita Diuus Thom. lib. 4. diſt. 17. in expoſitione lit. Mag.

32 ¶ Forte dices. Nunquid ſi Curatus vel Regularis in ſupradictis deficiat, non poterit aliquando excuſari à peccato mortali? Reſpon. Quod quędam ſunt, quę nullo modo abſq; peccato mortali omitti poſſunt, vt ꝙ in peccato mortali Sacramentorum adminiſtratio fiat, vel ꝙ Sacramenta ſcienter indignis cõferat, vel ꝙ neceſſaria ad Sacramentorũ collationem non ſeruet, vt ꝙ formis Sacramentorum Miniſter non vtatur, vel his ſimilia faciat, vel ignoret neceſſaria ad Sacramentorum adminiſtrationem. Tunc nulla poteſt eſſe excuſatio, quia committit ſacrilegium, & notabilis irreuerentia rebus ſacris exhibetur, quod de ſe eſt malum, à quocũque fiat.

¶ Alia autem ſunt, quę poſſunt fieri aliquando, vt ſi non inuenitur Curatus ſciens linguam Indorum, vel aliàs doctus, qualiter petit hoc officium: poteſt quis pręfici populis Indorum, vbi exerceat, quę potuerit, & ſciuerit, licet neſciat Indorum linguam, dummodo ex eius reſidentia proueniat proximo vtilitas, Miſſas celebrando, Baptizando Infantes, pueros docendo prima literarum rudimé

menta, fidei Symbolum, Decalogi pręcepta, & Ecclesię: sepeliendo mortuos, visitando infirmos, Indos protegendo ab innumeris vexationibus, quibus ab alienigenis affligun tur, impediendo plura peccata mortalia, quę in his, & similibus committũtur. Tunc si nul lus alius impediatur ad ingrediendum populos Indorum. absq; dubio nec peccat Epis copus talem prouidendo, nec qui tale offi- cium [vt dictum est] acceptat. At vero iste talis, qui exercet supradicta, non poterit pe tere, nec recipere integrum salarium, vel sti pendium quod solet dari, & exhiberi inte- gro Parocho inscientia, & peritia linguarũ populorum instructo. Hoc non indiget proba tione, quia non tantum valet labor illius si cut istius. Dabitur tamen illi debitum stipẽ dium considerata qualitate personæ, & possi bilitate populi.

33 ¶ Nona veritas. Si Curatus sęcularis, vel Regularis nescit idioma, & linguã populorũ Indorũ, & impedit intrare in dictos populos Curatum sęcularem, vel Regularẽ sciẽtem In dorum linguam peccat mortaliter nec vllo modo est absoluendus. Probatur quia tunc ipse nõ dicetur sufficiens Minister: & vltra hoc

hoc infert damnum Animabus, quibus nec Dei verbum prædicatur, nec Sacramenta cõferunt, vt conuenit. Ex quo infert, q̃ non est absoluendus Prior Dñicanus, l. Augustinia. l. Guardia. Frãciscanus, q in populis Indorũ sibi cõmissis non habet fratres scientiam officij sui, & peritiam linguarum Indorum habentes, & cum hoc impedientes alios fratres vel Clericos scientiam officij, & linguarum Indorum habentes, quia maximum dãnum inferunt Animabus proximorum, dum eos priuant necessariis ad suam salutem. Nec auctoritas Episcopi, nec Papę potest excusare, nec dispensare super hoc, quia pertinet ad ius diuinum, & naturale in dãnum Animarum. Vide Sil. verbo. Dispensatio. §. 3. S. Tho. 2. 2. q. 88. art. fin. ad secundum.

34 ¶ Scito tamen, q̃ si beneficium curatum habet indignus, non tenetur renũtiare, sed procurare, vt bene regatur, nam dato commissum sit peccatum mortale in tali distributione, tamen quia iam nõ periclitatur distributio beneficij curati, sed res distributa, scilicet ipsum beneficium, putà Episcopatus, vel cura Animarum, & potest prouidere de adiutore, ideo dicit Victo. 2. 2. q. 185. quod nõ

tenetur relinquere tale beneficium, sed procurare debitum regimem illi. Quod etiã tenet Caie. verbo. Beneficium in fine vbi est notandũ ꝙ quando dicit non teneri minus dignum ad renunciandum beneficio curato, etiã si sit Episcopatus, sed ad bene regendum: dicìt tamen Victo. vbi supra, ꝙ si esset casus, in quo nec per alios possunt isti regere Episcopatum, ꝙ tenẽtur relinquere, quod tenet Caie. in eo, qui habet plura beneficia curata quibus non posset respondere sine notabili dãno Animarum, esset peccatum mortale, nec absoluẽdus ille talis. Nota hoc pro Parochis populorum Indorum nescientibus Indorum linguam, possunt tamen per alium prouidere scientiam, & peritiam linguarum Indorum habentem. Et tunc nõ tenẽt relinquere Parochiale beneficium. Secus quãdo nec per aliũ supplere possunt. Appone tamen hic Doctrinam supra positã. 7. veri. Forte illo modo poterit retinere. Vide in Cõc. Trid. Seſſ. 7. c. 3. vbi mandatur, ꝙ collatio beneficij curati facta personis nõ habilibus, & quæ in loco nõ resident, nec per se ipsos curam exercere valent, omnino irritetur.

5 ¶ Quarto notãdũ ex Patre Noreña & ex Par.

Magi

Magiſtro, quod Parochus licet poſsit Matri monia inter ſuos celebrare, non poteſt tamẽ cognoſcere de cauſis Matrimonij, puta de celebratione diuortij, quia hoc pertinet ad dignitatem Epiſcopalem, vt habetur in cap. Accedentibus, de Exceſsibus Prꝑlat. & ſic quo ad hoc poteſt Epiſcopus fratribus cauſas Matrimoniales in hibere quia virtute huius Breuis Pij. 5. non poſſunt de hac re cognoſcere. Verum eſt tamen, quod virtute cõceſsionis Adriani. 6. poſſunt de hac re cognoſcere: cum in ea Prouincialibus, & fratribus ab ipſis deputatis concedatur omnimoda poteſtas. Et ſimiliter Parochus non poteſt punire delicta, vel ferre Excommunicationem quia non habet iuriſdictionem cõtentioſam. Et perconſequens huiuſmodi fratres non poterunt id efficere, niſi virtute indulti Adriani. 6. in quo ipſius conceditur, vt dictum eſt, omnimoda facultas cũ certis limitationibus. Sed ſũt alia priuilegĩa etiam ante Adrianum vt dicit Pater à Veracruce in ſuo Compendio Indico, verbo Capitula Prouincialia virtute quorum poſſunt fratres etiã incontentioſis cognoſcere: & patebit verbo Infidelium conuerſio. vbi variæ Pontificum

con

Concessiones referuntur. Et verbo. Prouinciales. &c.

¶ Quinto notandum, ex eisdem, ꝙ loca in quibus potestas huius concessionis datur, exercenda per fratres, sunt monasteria sui ordinis, modo sint sita in oppidis Hispanorum modo in populis Indorum: quia omnia sunt Monasteria ordinis, & similiter extra, putà, in populis de su visita. Habetur enim in litera sicut hactenus consueuerunt, in Monasteriis sui ordinis, in locis ipsarum partium assignatis, & assignandis, officium Parochi exercere possunt, de licentia suorum Prȩlatorum, in capitulis prouincialibus obtenta, sine licentia Episcoporum. Extra tamen hæc loca non possunt fratres offiicium Parochi exercere: quia non conceditur absolute, hȩc potestas, sed limitatiue. At vero in dictis populis possumus audire cõfessiones õnium Indorum, etiam si non sint de nostra iurisdictione, eosque Baptizare, Eucharistiã. & Extremamvnctionem conferre. & factis bãnis, & informatione suorum Matrimoniorũ eos Matrimonio cõiungere, etiam modo post Cõcilium per priuilegia Leonis. 10. & Pauli. 4. & aliorum Pontificum, supra citata, & sic est

vsus

vsus in tota hac Noua Hispania. Sed in hoc Breui Pij.5. cōcedit, vt in dictis populis possint Religiosi offi.ium Parochi exercere Matrimonium celebrando. Sacramenta ministrando: prout hactenus consueuerunt, non obstante Concilio Tridentino, & aliis quibuscunq;, ergo. &c. Et Pater Focher in Expositione huius indulti tria dicit. Primum est ꝙ in Indiis fratres possunt Matrimonia celebrare, & Sacramēta ministrare prout hactenus fecerunt: per hæc nāq; verba ipse Papa confirmat omnia indulta Summorum Pōtificum concessa fratribus Infidelium conuersioni, & eorum profectui intendentibus. Secundum est, ꝙ fratres à suis solis Superioribus licentiam prędictam exercendi habere debent, & non est ad hoc necessaria Episcoporum vel aliorum licentia. Idem Ordinat de prędicatione & de Confessione. Ex quo patet ꝙ fratres qui promouerentur ad prędicandum, vel ad audiendas confessiones in Indiis, nō sunt Episcopis pręsentādi, neq; debent ab eis examinari: Per hoc autem abrogatur Clemen. Dudum de Sepul, & Concil. Trident. Sess. 23. cap. 15. Tertium est, ꝙ talis licentia obtineatur à Superioribus in

capitulis Prouincialibus. Hanc clausulam [vt puto me audisse] procurauit apponi Magister Frater Ildephonsus à Veracruce, bono ductus zelo. Verumtamẽ extra capitula Prouincialia. R. P. Prouinciales possunt talem in prędictis exercendi licentiam concedere, existente ad hoc vrgẽte necessitate & euidẽte vtilitate, cap. Non debet. de Consang & Affinit. de quibus iuxta indultum Adriani. 6. habẽt iudicare. Quia vt dicit in cap. Quod non est licitũ de re. iu. Quod non est licitũ in lege: necessitas facit licitum; dat exẽplũ de Machabęis qui die Sabbati sine culpa pugnauerũt. Clarius exemplum habetur Matth. 12 de discipulis spicas Sabbato vellentibus, & manducantibus propter famẽ: quos Christus defendit à culpa: allegans illud quod fecit Dauid in necessitate constitutus comedens panes propositionis, quos solis licebat edere Sacerdotibus. Videant igitur. R. P. Prouinciales, si quandoq; necessitas, & euidens vtilitas [quę duo ad paria iudicantur] vt patet in dist. cap. Non debet] requirit ꝙ extra capitula hæc suis committant subditis vt putà, quia alicubi is, qui curam gerebat Indorum est mortuus, vel alicubi necessari-

us

alicubi necessarius est minister, vel propter persone promouende eminentiam. Et quoniam hæc concessio Pape est data in fauorem animarum, est largissimê interpretanda. ca. Olim, de verbo, signi. cap. Odia. de reg. iu. In.6. Et in casu posito dispensare possunt R. P. Prouinciales secundũ id, quod ponit Cõcilium Trid. Sess. 25. de Reformatione cap. 18. Et cum dicat B. Pau. 1. Cor. 13. Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ędificationem, & non in destructionem vestram non erubescam. Ex qua quippe auctoritate B. Bernardus Doctor mellifluus in lib. de Pręcepto & dispensatione intulit, Quæ [inquit] introducta sunt pro charitate, non debent militare contra charitatem. Cum enim omnia Summorum Pontificum decreta sint introducta ad ędificandum, & pro charitate Dei, & proximi, non debent charitatem destruere: neq; contra eã militare, quod tamen posset quandoq; contigere, si solum in capitulis Prouincialibus R. P. Prouinciales possent suis subditis concedere licentiam exercendi prefata. Ponatur, ꝙ in aliquo loco extra capitulũ Prouinciale post multos dies

cele

celebrandũ mortuus est ille q curã gerit Indorũ & nullus ex his, qui iam promoti sunt ad prędicta exercenda, ibi potest poni, sine aliorum locorum grandi detrimento, & est aliquis nondũ ad prędata promotus idoneus, vt defuncto sufficiatur, quis dicere auderet illum populum forsam per annũ sine Ministro dimittendum propter ordinationem Papę, quia scilicet nondum venit capitulum Prouinciale? Hãc opinionem accepi ab Angelo, verbo, Inobedientia, & à Sil. in eodem verbo, & à Caie. in verbo Prçceptum, & à Nauarro: & fundatur in S.Tho. 22. q. 120. Vide Sil. in verbo AEquitas, siquidem secundum Sco. in. 4. minus vinculum cedit maiori, idest lex humana cedit legi naturali & diuinę. Panor. in cap. De cętero. de testi.

7 ¶ Deinde postq̃; Papa dixit, ꝙ Fratres Matrimonia celebrent, & Sacramenta ministrent prout hactenus consueuerunt, quę verba sunt valde notanda, ponit vnam limitationem dicens. Dũmodo ipsi in reliquis sollemnitatibus Conc. Triden. Formam obseruent. Rogabit forsam quis: quę sunt illę reliquę sollemnitates Conc, Trident? Quas debent Fratres obseruare? Dico ꝙ sunt illę

quę positę sunt, Sess. 24. puta ꝙ vnus, vel vnus & vna teneant Baptizatum, vt dicitur cap. 2. & ꝙ Matrimonia ter denuntientur. Et omnia alia quę de nouo circa Sacramẽtorum administrationem ordinauit Conc. Triden. quę habentur in ipso Conc. ibi potes videre. Hęc Pater Focher. Circa quę Doctissimus Pater Magister a Veracruce ita scribit. Pręmeditanda hęc, quę in expositione indulti Pij. 5. Doctissimus Pater Frater Ioã. Focher nã nõ est iudicio meo q non extensis manibus amplectatur: iuuant multum ad claram priuilegij intelligentiam & lumen Ministris pręstant. Et addit etiam per cõmissionem factam Prouinciali à Diffinitoribus in capitulo Prouinciali, etiam fieri posse, vt Prouinciales extra capitulum instituant Confessores, & Prędicatores scilicet Indorum. Quę omnia notanda sunt.

38 ¶ Sed est dubium, vtrum Domini Episcopi post intimationem Breuis Pij. 5. Pont. Maximi possint auferre à fratribus populos aliquos Indorum? Pater Ildephonsus de Noreña, & Pater à Veracruce in suis Compendijs, verbo, Capitula Prouincialia. Respondent. Quod si Episcopi modo post ple-

nam

nam intimationem, dicti Breuis, vellent auferre populos aliquos Indorum a Fratribus, qui tempore datę Breuis erant eis asignati, nihilominus Fratres poterunt ibidem officium Parochi exercere, & matrimonia celebrare: quia auctoritate Papę faciunt, q mandat Episcopis in hoc Breui, ne vbi Fratres incumbunt confessioni seu conuersioni Indorum, aliquid innouent, & priuilegium superioris non potest diminui per inferiorẽ, secundum Panormitanum. in c. Nisi specialis, de Offic, deleg. Et sic non possunt Episcopi aliquid innouare in populis asignatis dictis Religiosis tempore datę Breuis, vel qui postea asignabuntur, & si illos eis auferrent, nihil facerent, & Fratres possent ibi officium Parochi exercere, contra Episcoporum voluntatem: quia sic concedit Breue, dum dicit ordinariorũ voluntate, minime requisita. Immo si Episcopus tolleret Religiosis populos Indorum ipsis assingnatos tẽpore datę huius Breuis, nihil faceret, dato ignoraret, vel ei non intimatum fuisset Breue hoc: quia ligat à tempore datę, vt tenet Panormitanus in. cap. Cognoscẽtes, de cõst, in margĩ, litera. C. Et constat in Praxi, nam

cum Episcopus Quauhtemalensis año, Domini. 1567. die 16. Aprilis. Quosdam populos Xilopanco, & Tonacatepec. &c. abstulisset a Fratribus Prędicatoribus quos habebant tempore datę huius Breuis, scilicet die. 24. Martij dicti anni. 1567. Senatus Regius Quauhtemalensis per sententiam diffinitiuã fecit dictos populos reddi prędictis Fratribus, contra voluntatem Episcopi: quia tempore datę huius Breuis, Fratres Prędicatores possidebant eos, & illorũ manutentioni, & profectui in fide per prędicationem, & Sacramentorum administrationẽ intendebant, & illis erant iam assignati. Et Alexander quartus decreuit, irritas omnes sententias, quas Archiepiscopi, & Episcopi, Prelati, & Rectores ferre presumpserint cõtra indulta Apostolica concessa ordini Prędicatorum, vel in posterum concedenda, pro vt habetur in supplemento fol. 115. concess. 509. Et quędam glossa iuncto tex. in capit. Exparte de verb sign, decreuit, quod sententia lata contra priuilegium Papę non valet. Quod ipsum clarius tenet Panormitanus in cap. Auditu, de rest. spoliat. nu. 14. Quibus omnino applaudit noster

ster Emanuel To. 1.qq.q.35.art.6. & Pater à Veracruce prędictis propria manu addit. Ex istis constat quod aliàs diximus, ꝙ ad ministrandum Matrimonium antiquis Christianis Mestizos, Negros, y Mulatos, in populis signatis, Religiosi non indigent licẽtia Diœcesani, quia à Papa habent, & hactenus vsi sunt. Hæc ille. Quæ notanda verba multoties repetit in prędic. Compen.

39 ¶ Sexto notãdũ verbũ illud Pij.5. & verbũ Dei, quatenus ipsi Religiosi Indorũ illarum partiũ idioma intelligãt de suorum Superiorũ licẽtia, in eorũ capitulis Prouincialibus obtẽta prædicare: ac confessiones audire Ordinariorũ locorũ, & aliorũ quorũcunq; licẽtia minime requisita, libere & licite valeãt: licẽtiã & facultatẽ auctoritate Appostolica tenore pręsentiũ cõcedimꝰ. & indulgemus, Quæ verba satis aperte linguæ sufficientiam, & peritiam ad audiẽdas Confessiones, & ad prædicandum in Ministro eligendo designant, & veluti exigunt, iuxta ea quæ supra de Ministrorum idoneitate & scientia diximus. §, 13. 14. & sequentibus. Hoc intellige, quando ministrorum idoneorũ numerus suppetit: nam in Nouis conuersionibus

bus, vbi non est Ministrorum copia, non prohibet Pontifex quin Fratres qui Infidelium vel Neophitorum idioma non intelligunt, eorum curam possint exercere per interpretem, sicut & Episcopus: immo & a fortiori, hoc potius possunt, quam Episcopi: quando ex Charitate sola, & non ex officio proprio sicut Episcopi hoc faciunt, vt dicit Pater Focher.

40 ¶ Tandem aduertendum q̃ loca in quibus potestas huius concessionis datur exercenda per Fratres, sunt Monasteria sui ordinis in quibus habitant, etiam in ciuitatibus, seu oppidis Hispanorum, vt sit Mexici in Sacello Sancti Ioseph, & in hoc Conuẽtu Sancti Iacobi de Tlatilulco, & Sancta Maria la Redonda, in Collegio diui Pauli, & in Conuentu Sancti Sebastiani de los Carmelitas, & in locis, & populis Indorum, & alijs oppidulis quæ habent de Visita [vt vocãt.] Nam indecens esset, quod Sacramentum, quod tantas cæremonias, & sollemnitates publicas petit, administraretur in aliena Parochia, sine licentia proprij Parochi, quia sic confunderetur Ecclesiasticus ordo cõtra sacros Canones, cap. Peruenit. 11. q. 1. Quod

si Papa particulariter non exprimit in concessione, nullo modo debet intelligi, vel deduci ex cōcessione generali, vt est cōcessio Pauli.4. & Pij. 5. nunquam enim Papa in generali concessione visus est alicui præiudicare. Et non est dubium, quod in Ecclesijs Fratrum supra dictis, possit fieri Baptismus, aliàs concessio Pauli. 4. & Pij. 5. suum effectum non consequeretur. Et sic de nouo concessit Pius. 5. vt in omnibus Monasterijs ordinū, vel extra illa in locis ipsarum partium ipsis deputatis, possint Religiosi Baptizare. Quo priuilegio vtuntur omnes Prouinciç Indiarum, vt scilicet in Monasterijs Ordinum, vel extra in locis ipsarū partiūm, ipsis deputatis, possint Baptizare. De Indis aliorum populorū puta, Clericorum, vel alterius Ordinis idem dico, quod scilicet, possunt Baptizari per Fratres in locis supra dictis: quia sic fuit factum à principio in his Prouincijs. Postea anno supra dicto millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Pius. 5. concessit Fratribus Mendicantibus Indiarum, vt in locis vbi supra, possint de licentia suorum Prælatorum in Capitulo Prouinciali obtenta, administrare

Indis omnia Sacramenta provt hactenus consueuerunt. Et quia Pius. 5. dicit in locis signatis, & signādis, videtur securius, quod solum in locis signatis & signādis possit Religiosus Baptizare, seclusa necessitate. Ita docent Doctissimi viri, Pater Alphonsus à Noreña, & Pater Magister à Veracruce verbo. Baptizare concl. 2. Quibus consentit Frater Emanuel Tom. 1. qq. q. 31. ar. 3.

41 ¶ Sed de filijs Indiarum, & Hispanorum qui vocantur Mestizos, est maius dubium. An possint virtute huius Breuis Pauli. 4. & Pij. 5. per nos Baptizari? Ego teneo ꝙ possunt quia in materia larga sub simplici veniunt mixta, vt tenet Panor. cap. Fi. de Simo. Bar. Silues. verbo. Dispensatio § 5. vt si datur alicui potestas ligitimandi filium adulterinum: item incestuosum, poterit legitimare filium adulterinum, & incestuosum simul; item datur alicui potestas dispensandi cum adulterino, & incestuoso separatim, poterit dispensare cum eo qui simul est vtrunq; quia dato ex rigore iuris sub simplicibus mixta non contineantur: secus ex benignitate sic ergo cum hoc priuilegium Pauli. 4. sit beneficium Principum in remunera-

neratìonem laborũ Fratrum,& in fauorem fidei ampliandę, interpretatio latissima est facienda,& confirmatur,quia Paulus.4.concessit nobis de nouo nostra priuilegia concessa,& concedenda iuxta fauorabiliorem illorum interpretationem.Hæc prædicti Patres vbi supra,& Pater Emanuel art.4. His addit Pater Magister propria manu.Et quod illi qui nati sunt ex mixtione Hispanorum & Indorum que son Mestizos, y los Mulatos,y Negros,possint Baptizari a Religiosis in populis signatis,sed etiam filij Hispanorum ibi commorantium,non solum ex priuilegijs adductis,sed ex illis quę per Nicolaum.4.Inno.4.Sixtum.4. Inno.8.Ioan.22 Immo etiam Sacramentum Matrimonij eis ministrare possunt,sine alia licētia Diœcesani vt dictũ est,&inferius erit dicēdũ Hæc ille.

42 ¶ Adhuc dubiũ est de filijs Hispanorum AEthiopum & Mulatos. An possint Baptizari per prædictos Fratres in locis sibi assignatis vel assignandis? Pater Non ñā verbo Baptizare,concl.3. dicit.ꝙ nusquam vidit priuilegium quo possimus Baptizare filios Hispanorum,vel AEthiopum: nihilominus tamen ꝙ per Breue Adriani.6. Pro-

uinacialis vel Frater cui postetatem,& vsum illius Breuis commisisset, bene potest filios Hispanorum,& aliorum Baptizare citra necessitatem: cum limitationibus tamen supra positis, verbo, Absolutio. §. 14. 24. &c. hoc est in populis vbi non est proprius Parochus. Idem tenet Paẽ Emanuel art. 4. iam citato. Paẽ Magister à Veracruce, verbo, Baptizare. conc.3. asserit, apparere priuilegium quo Religiosi possunt Baptizare filios Hispanorum, vel AEthiopum, y Mulatos: illud autem esse iam citatũ Adriani 6. atq; ita id fieri posse, per Prouincialem, vel per Fratrem cui illius Breuis auctoritatem & potestatem commisisset Prouincialis, & propria manu addit. Immo sine Adriani Omnimoda potestate, sunt priuilegia Nicolai. 4. Innocentij. 4. & Sixti. 4. & Ioan. 22. ad terras vbi sunt Fideles & Infideles commixti: & hæc sunt communicata in nouo Orbe per Clemẽtem 7. & Paulum. 3. specialiter. Et idem Paulus. 3. ad omnes mundi partes, Religiosos suos facit Commissarios, & legatos: & obid poterunt circa Hispanos commorantes in populis Indorum Sacramenta ministrare: & nubentes benedicere, & Extremè vngere, sine li-

ne licentia Diœcesani. Item quia tales Hispani ibi habitantes ratione proprij domicilij, habent ius ad recipiendum Sacramenta, quę solent per Parochum ministrari. Et ad hoc facit Eugenii. 4. concessum, ꝙ peregrinantes & hospites tempore Paschatis possunt confiteri, & communicare sicut habentes proprium incolatũ, de quo alibi latius. Hęc ille. Per Synodales autẽ Concilii Prouincialis de Mexico. cap. 62. datur licentia per hæc verba. Concedemos que qualquiera Sacerdote yendo de camino, o pasando por algun lugar, pueda Baptizar los niños y cõfessar teniendo nuestra licencia para oyr Confessiones. Ex qua licentia patet ꝙ si Frater trãsit per aliquem populum Indorum, & non est ibi Parochus, ꝙ poterit Baptizare paruulos, & Indorum filios, & Hispanorum sine licentia alia. Quia hanc licentiam cõcessere Episcopi de Mexico, Huaxyacac. Quauhtemalla, & omnes alii qui in illo Concilio interfuerunt. Dixi ꝙ poterit Baptizare filios Hispanorum: quia licentia nullum excipit: & ratio quare concessa fuit, militat in filijs Hispanorum, scilicet ob periculũ decedendi sine Baptismo, propter eorũ

teneram

teneram ætatem, & a fortiori poterit Baptizare Frater ibi existens, quia licentia non datur, quia Frater transit per illa loca, sed propter paruulos, & ad obuiandum periculis tenellę ętatis.

43 ¶ Paulus 3. Romæ apud Sanctum Petrum Kaleñ. Iunii Pontificatus sui, año. 3. in Bulla quæ incipit. Altitudo diuini consilii. &c. Concessit, quod Sacerdotes Ministri Baptismi, etiam sęculares in Nouo Orbe extra necessitatem extremam Baptizãtes Indos, hæc quatuor seruent. Primum, Aqua sacris actionibus sanctificetur. Secundum. Vt Catechismus, & Exorcismus fiat singulis. Tertium. Quod Sal, Saliua, Candela, & Capellũ detur duobus, vel tribus, pro õnibus tunc Baptizãdis, siue sint vtriusq; vel vnius sexus. Quartũ. Quod tunc Baptizandis õnibus Chrisma ponatur in vertice capitis, & Oleum Cathecumenorum ponatur super cor viri adulti puerorum, ac puellarum, adultis vero mulieribus ponatur in illa parte quam ratio pudicitiæ demonstrabit. De quo verbo Indi. § .9.

44 ¶ Circa hanc concessionem aduerte Primo, ꝙ Olei vnctio in pectore est necessaria necessitate præcepti, quando non vrget necessitas.

cessitas. Vnde prorsus ignoro quæ fuerit caussa obquam noster Emanuel, hęc quatuor referens. [Tom. 1. q. 31. ar. 5] Olei vnctionis in pectore nõ meminerit. ¶ Secũdo est notandum, ꝙ licet aliqui in dubium vocauerint, an Baptizando incolarum Noui Orbis filios Neophitorum, vtendo concessione hac Pauli. 3. sit necessarium apponere Oleum inter scapulas, eo ꝙ Breue solum dicit in pectore, tamen certo est tenendum, apponendum esse Oleum inter scapulas Baptizati, vt docet Pater Magister a Veracruce in Cõpen. verbo Baptizare, sub finem. Quia hęc est Ecclesiæ vniuersalis consuetudo, & vniuersaliter seruata, & dicit Pontifex, omnia seruanda exceptis illis expressis, & cum non excipiat scapulas, oportet quod ibi Oleum Sanctum apponatur. Et non obstat, ꝙ ibi non fuerit facta mentio de scapulis, sed de pectore, quia de pectore fuit spetialis mentio, vt imponeretur super cor viri ob honestatem fæminarum adultarum. Dequo vide ver. Indi. nu. 9. & seq. ¶ Tertio aduertat Parochus, siue Sacerdos Baptizans, quod nõ vngat frontem Baptizati Chrismate, sed tantum summitatem, seu verticem capitis,

frontem

frontem enim solus Episcopus vngit in Confirmatione. De consecra. dis. 5. Can. Nouissimè.

45 ¶ Sed est dubium. An Aqua, qua quis Baptizat, debeat esse sanctificata, nec ne? Ad hoc resp. S. Bonau. in. 4. d. 3. Et Angelus in ver. Baptis. 4. Et Sil. in verbo, Bap. 2. q̄ si occurrit necessitas, non peccat Sacerdos Baptizans aqua non sanctificata, si autem absq; necessitate Sacerdos Baptizet Aqua non sanctificata, peccat mortaliter. Si autem quæratur, quæ sanctisicatio sit ipsa quæ requirit? Sil. vr̃ dicere, q̄ debet sanctificari per orationem Sacerdotis, & Chrisma nouum, hoc est, illius anni, dure loquitur: Angelus tamẽ dicit, q̄ per orationem Sacerdotis sufficit, q̄ sanctificetur aqua, ad hoc, vt non peccet mortaliter sic Baptizans absq; necessitate. Idem dicit. S. Bonau. Securius tamen est nõ occurrente necessitate Baptizare cum aqua sanctificata per Sacerdotis orationem, & Chrisma nouum. Nec pretermittat aliquis infundere Chrisma in vas non adeò conueniens, sicut ipse vellet. Hæc dixerim, eo q̄ audiui ab aliquibus pretermitti Chrismatis infusionẽ, propter huiusmodi irreuerentiã.

Timent

Timent enim vbi nullus est timor. Hæc quæ diximus vera sunt, si Minister sit Sacerdos. ¶ Laico vero vel non Sacerdoti non licet Baptizare cum aqua sanctificata, secundum Ricar. in. 4. d. 5. ar. 6. q. 1. & Angelum in ver. Baptis. 5. Si autem sic Baptizet, peccat mortaliter, nisi in necessitate quando aliam habere non potest, secundum Angelum. Hoc autẽ intelligo si laicus habet ex officio Baptizare, sicuti est obstetrix, quæ tenetur scire ritũ Baptizandi, nõ autẽ verificatur de alijs, quibus ex officio non incumbit Baptizare, quare non tenentur scire huiusmodi ritum. Posset tamen sibi paruulus offeri in necessitate graui constitutus, & ipse credens, ꝙ debeat Baptizare per aquam sanctificatam, credo quod mereretur sic Baptizans præsertim si a nullo pro illo tunc possint informari. Non est autẽ opus quoties Baptismus conferendus est, toties aquam consecrare, licebit enim aquam semel consecratam, aliquandiu conseruare, modo singulis, vt minimum, quindecim diebus, noua consecretur aqua, ne vetus corrumpatur, seruetur que non in alio vase, sed intra ipsum fontem Baptismalem.

46 ¶ Indorum Parochus in populis quos vocant in Visita designet aliquos Indos, & eos instruat, vt possint Baptizare tempore necessitatis, ne forte paruuli abortiui, vel Infirmi sine Sacramento Baptismi discedãt. Et illi sint acriores ingenio, & qui nunquã inebriantur, quos sepe requirat demodo quo Baptizant, & si deffectum nullum inueniunt in Baptismo commisisse, non curent eos denuo Baptizare. Faciant etiam, vt eliciant actum coram ipsis volendi semper facere ꝙ facit Ecclesia quoties eos Baptizare continget, quia hæc intentio sufficit, vt dicunt Doctores. Dato etiam, quod Indus sic instructus non verè Baptizasset, si paruulus ad annos postea deueniret discretionis, optime posset saluari, quia pro Baptizato se haberet, vt patet ca. Apostolicam de Presbytero non Baptiza. Si etiam decederet ante annos discretionis, non damnaretur secundum Alexandrum Halen. & Sanctum Thomam, vt piè creditur. Namq; si sic Baptizati deberent iterum Baptizari sub conditione sequeretur, ꝙ Baptizati, ab obstetricibus, essent sub conditione Baptizandi, cum sint illiteratę & facilius possunt errare in forma, quam

quam isti Indi, quod tamẽ fieri non arbitror. Et tandem consulo omnibus Animarum curam gerentibus, vt si sint impopulo aliqui Indi callentes linguam Latinam, eis credãt tale officium, & faciant eos in scriptis seruare modum, quem debent inter Baptizandum habere. Atq; ita omnia adhabita diligentia exparte vtriusq;, si aliquis deffectus aliquando contingat, Summus Sacer dos Christus Dominus, qui est caput Eccle siæ supplebit. Admoneant etiam ipsos ne Baptizent nisi magna necessitas vrgeat, vt docet Doctissimus Pater Frater Michael de Gornales in Commentarijs Magistri Nico lai de Orbellis, lib. 4. dist. 6. q. 6. Modum autem instruendi huiusmodi Indos inuenies in Confessionario linguæ Mexicanę, & vulgaris, fol. 63. & 64. quære ibi.

DE BAPTISMO ADVLTI.

47 ¶Quãdo Adultus petierit Baptismum, debet prius instituí in fide, quę est in Christo Iesu, competenti dierum spatio, ita vt sufficienter, iudicio prudentium, antequam Baptizetur, sit in fide instructus. Debet enim scire Symbolum fidei, quia sic pręcipit Ec-

clesia in cap. Baptizandos, de Consecra. dis. 4. Et Sanct, Thomas. ita docet. 22. q. 2. ar. 8. &. Thomistæ, ibidē dicunt, ꝙ quilibet Christianus tenetur sub peccato mortali scì re articulos fidei, qui publicè sollemnizātur ab Ecclesia, vt est Incarnatio, Nauitas, Mors. Resurrectio, & Ascencio Domini. Et Caie. verbo Ignorantia. Et hoc idem requiritur ad recipiendum quodcūq; Sacramentum, quia est prę ceptum, ꝙ fidelis sciat ista mysteria fidei. Vnde debet Parochus scire effectū huius Sacramēti Baptismi, vt doceat Baptizādos adultos de hoc, quia ad eius officium pertinet Baptizare, & docere Baptizandos de his, quæ sunt necessaria scitu, ad eius debitam receptionem. Ratio enim naturalis dictat, ꝙ Minister consecratus medicus animarum sciat effectum medicinarū, quas infirmo applicat. Si tamen Adultus esset morti proximus, habita tunc periculi ratione, instruatur, & Baptizetur. Sic factū fuit die tertia Octobris in Vigilia Seraphici Patris nostri Francisci, anni præteriti. 1598. cum quodam Indo del Nueuo Mexico, ex oppido Sanctæ Claræ, qui cum præparandis cibis ligna ex propinquo monte asportaret,

taret, immensę magnitudinis vrsus in eum irruit, & dentibus, ac vnguibus cœpit dilacerare. Sed diuino adiutorio effectum fuit, vt Indus non sine magno vitę discrimine, eum occideret: aquo amputatam manum secum detulit, eamq; ad Christianorum exercitum, non multum distantem transmissit, obnixe petens vt aliquis ad illum properaret Sacerdos, qui eum Sacri Fontis aqua ablueret, in remissionē peccatorum. Neq; vllo modo permissit [interim quòd accedebat Sacerdos] vt aliquod sibi remedium adhiberetur, aut vulnera mortifera [quibus erat dilaceratus] ligarentur. Qui cum Sacerdotem Baptizaturum videret, proprium tangens caput, & oculos in cœlū leuās, nil aliud dicebat quam, agua Dios, agua Dios, agua Dios: petens hoc signo Baptizari, & se in Deū omnipotētē q fęcit Cęlū, & Terrā credere. Hunc Baptizauit charissim9 Discipulus me9 Frat Christophorus de Salazar nō mediocriter & doctus probatę virtutis, & singularis sāctitatis Iuuenis, & cui Deus optim9 nō multo post vz. prę sēti añ o. 1599. die. 3. april. insignē suorū laborū coronā pręstitit, vt piè credim9 Nost igit Frāciscus [sic enī appellatus fuit]

 statim

statim vt Baptizatus fuit, animan exalauit Deo creatori suo, qui eum illuminauit, & a morte violenta eripuit vt caracthere Christiano insignitum, ad celestia regna vocaret: vt constet Deum optimum maximumq; velle omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire, idest ex õni gente & natione quæ sub cœlo est. Hunc casum mihi retulit obseruantissimus mihi condiscipulus meus Pater Frater Ildephonsus Martinez Commissarius Apostolicus del Nueuo Mexico, ac testis ocularis, & fide dignus.

48 ¶ Deinde aduertat Parochus [in Adultorum Baptismo] quę sequuntur. Catechumenus instructus in rebus fidei, Baptizetur in Ecclesia, Patrinus ei assistat, & ipse Catechumenus debet respondere ad interrogata, si quidem ætatem habet. de Cons. d. 4. can. Cum pro paruulis. Admonendus est Catechumenus, vt dolorem habeat veteris vitæ, sed nulla ei iniungatur pęnitentia, in satisfactionem: quamtumuis grauia, & enormia peccata commiserit. de Cons. d. 4. can. Omnis qui iam, & Conc. Trid. Sess. 14. c. 1. Amentes & furiosi, qui cum aliquando compotes metis essent, inciderunt in insaniam,

non

non sunt Baptizandi, nisi vitæ periculum immineat. Cum autem imminet, si ãtequam furere, aut insanire cœperint, suscipiendi Baptismum significationem dederunt, Baptizandi sunt: sin minus, ab administratione Baptismi abstinendum est, Idem sentiendum est de dormientibus, Ex Catechis. & de Baptis. c. Maiores. §. fin. Quod si fuerint perpetuo amentes, & rationis expertes Baptizandi sunt, in fide Ecclesię, non secus ac infantes. Suadeat Parochus, vt nomen alicuius Sancti semper imponatur Baptizato ex Catechismo: vt excellentis virtutis, & Sanctitatis imitatione, ad Christi pietatem animus eius excitet. Speretque sibi eum Patronum fore, ad omnes animę, & corporis molestias superandas.

50 ¶ Sed est dubium. Si in Insulis, & nouis conuersionibus, vbi paucitas est Sacerdotũ, Diaconi possint ex cõmissione Episcopi aut presbyteri sollemniter Baptizare? Iam enim contigit in Insulis Philipinis Clericum Diaconum Fratrem nostrum propter Sacerdotum penuriam prefectum fuisse Insulæ cui nomen Mindoro, & id sæpe contingere posse, non est dubium: qua propter merito pro

ponitur dubium. Si talis possit sollemniter Baptizare. Doctissimus Pater Magister Soto lib.4.sen.dist.4.q.vnica, art.1. ãte solutionẽ primi argumenti, docet ꝙ quamuis in iure non sit expressum illos sollemniter Baptizare posse, ex commissione Episcopi, tamen non tenuem, aut leuem ex eorum ordinatione summi coniecturam, plus quidpiam prę Laicis habere. Forte enim in primitiua Ecclesia vbi raritas erat Sacerdotum, & multitudo Baptizandorum: committebant Episcopi, aut etiam presbyteri Diaconibus, vt sollemniter Baptizent: quod Laici non possunt. Iam vero in tanta Sacerdotum copia, vsus ille aboleuit. Quamuis forsam in Insulis, vbi rarissimi essent Sacerdotes: non esset absurdum id ipsum fieri. Magister Ludouicus Lopez, 2.p. sui Instructorij conscientię cap.62. fol.113. col.1. sine vlla dubitatione id ipsũ asserit, dicens: quamuis in regionibus Indiarum, vbi penuria esset Sacerdotum non esset absurdum id Diaconibus committere. Et Doctissimus Pater Magister à Veracruce in Expositione priuilegij Leonis. 10. q. 1. concl. 5. id ipsum docet, & ex eo confirmat, quod potest dari

Diacono

Diacono in necessitate, vt sollemniter mini stret Sacramentum Eucharistię, cum tamen ex officio conueniat Sacerdoti: poterit ergo, etiā concedi vt sollemniter Baptizet, quādo esset necessitas, licet nō extrema. Hęc ille. Et infert. Ex istis sequit, ꝙ in Nouo Orbe vbi Baptizādorū innumera, erat multitudo, & Sacerdotū erat exiguus numerus. Si affuissent Diaconos, poterat eis cōmitti sollēniter Baptizare, vt docet Soto: etiā si Ledesma in suo. 4.q.8.art.1.id neget fieri posse, sicut & Beatū Laurentium Baptizasse fertur per commissionem à superiore factam, ob vrgentem necessitatem. Episcopus Ioseph Angles in suis floribus. 4. Sē. q.3. de Ministro Baptismi, ait. 1. conc. 2. dicit, ꝙ Diaconibus conuenit sollēniter Baptizare, vel in absentia presbyteri, necessitate imminēte: vel ex eiusdē presbyteri commissione, vt definitur a Gelasio Papa, Canone, Diacones. 93. dist. vbi glosa id expresse docet. Ex qbus patet dubij resolutio.

¶ Et obiter aduertatur ex prędicto Magistro vbi supra, ꝙ sicut ex officio nō incūbit Diacono Baptizare, ita neq; incūbit prędicare seu Euangelizare, idest, exponere aut interpretari Euangelium: illud autem quod in

consecratione eius dicitur, ꝙ possit prędicare, seu Euangelizare, intelligitur, idest, publice & sollemniter Euangelium pronunciare: vel sic potest Euangelizare, idest, Catechumenos docere fidei articulos, & alia quę necessaria sunt ad Christianismum. Veruntamen [auctore Caietano] si Diaconus sit egregia præditus doctrina & auctoritate, poterit ex commissione, non solum ista communia docere, sed etiam sollemniter Euangelizare exponendo, & interpretando in prędicatione Euangelium, vt Episcopus, & alij faciunt, sicut legitur Vincentio Illustrissimo Martyri a Sancto Valerio Episcopo, hoc munus fuisse commissum. Videatur Sanctus Thomas. 3. p. q. 67. art. 1. ad. pri.

50 ¶ Adhuc dubium est, Vtrum liceat per aspersionem plures simul Baptizare? Hoc dubium alijs verbis proponitur à Doctoribus. Si Sacerdos possit simul plures Baptizare dicendo: Ego Baptizo vos. Scotus in. 4. dist. 6. q. 2. art. 3. lit. F. dicit, ꝙ ille qui plures simul aspergens vel fundens, & simul proferens formam in plurali, dicendo: Ego Baptizo vos in nomine Patris &c. Baptizat simul omnes, tamen peccat mortaliter quia

non

non seruat formam impositam sibi ab Ecclesia, nisi forte tanta esset necessitas ꝙ immineret mors omnium. Vt si quando singulos sigillatim Baptizaret, aliquis eorum foret mortuus, ãtequàm alios Baptizasset. Qui casus necessitatis excusaret Ministrũ vtẽtẽ illa forma, Baptizo vos &c, à peccato mortali, quia non videtur, ꝙ Ecclesia voluerit Ministrum arctare ita præcisse ad illam formam, Ego te Baptizo, &c. vt per hoc alicui præcluderetur via salutis. Nunc autem in casu prędicto alicui illorum præcluditur salus, si non posset aliquis sine peccato mortali vti ista forma, Baptizo vos, nam si in quocunq; casu esset peccatum mortale, nullus deberet eos sic Baptizare, nullus enim debet salutem alterius procurare, peccando ipse mortaliter. Exquo patet nullo modo Baptizari debere per aspersionem, vltra prędictam aut consimilem vrgentissimam necessitatem.

51 ¶ Hic obiter aduertendum est ꝙ falso ab aliquibus fuit impositum primis illis Catholicę fidei prędicatoribus, & Apostolis huius Noui Orbis cum Hisopo Baptizasse, vt testatur vnus ex illis duodecim sanctitate in-

te insignis Frater Thoribius Motolinia, lib. 2. de Ritibus, & conuersione Indorum cap. 12. ubi refert quendam Ministrum doctum & varia [vt sibi videbat] scientiarum supellectile ornatum, tantum id fecisse, & alium nullum. Modus autem quem Fratres Minores primi portitores Euangelij in administrando Baptismi Sacramento obseruarunt, is fuit. Primo enim docebant adultos, & in fide Catholica instruebãt, iuxta Dominicum preceptum: Euntes docete omnes gentes Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, docentes eos seruare omnia quęcunq; mandaui vobis. Deinde constitutis per ordinem Baptizandis, in primo ordine erant pueri exquibus super duos, vel tres consuetę Ecclesiasticę Cęremonię conficiebantur: nam Crucis salutiferę signo tam infronte q̃; incorde muniebantur & in suflabantur: mox, sal, saliua, capillum, & candela duobus vel tribus pro omnibus vtriusq; sexus Baptizandis apponebatur, quibus suo ordine, & loco peractis omnes sigillatim Baptizabant, non tamen simul neq; Hisopo, super eos aquam aspergendo, Oleo vero sancto pectus, & scapu

las &

las & Chrismate verticem omnium Baptizandorum tandiu inunxerunt quādiu eis fuit per Breue Leonis.10. permissum & concessum, quem Baptizandi modum postea Dominus Paulus Papa. 3. approbauit, & Apostolica auctoritate confirmauit, vt patebit infra verbo Indi.num. 9. Quomodo enim fieri poterat in tanta Baptizandorum multitudine vt vnus Sacerdos saliuam innumeris Baptizandis apponere posset. In ameno enim, & florido Quauhquechulę populi contigit, vt intra quinque tantum dierum spacium Frater Thoribius & eius socius Baptizarent quatuordecim millia hominum, & eo amplius, elonginquis locis, aduenientium ad petendum Baptismum, vt ipse refert capit.16. Vbi etiam Baptizata fuerunt vltra centum millia Indorum. Et capit. 11. eiusdem libri, asserit ab anno. 1523. vsq; ad annum. 1540. fuisse a Fratribus Minoribus Baptizata sex decies centum millia Indorum, in Dei laudem & gloriam. Et longum esset ea omnia recensere quę, vt vberes in vinea Domini fructus producerent sunt perpessi, vsq; ad sanguinis effussionem.

¶ Vltimo

¶ Vltimo aduerte, q̄ Pius. 5. die. 4. Ianuarij, anni Domini. 1569. concessit Fratribus de Societate impartibus Indiarum, q̄ possint Baptizare extra Ecclesias, & sine consuetis Ceremonijs, cum Ministri iudicauerint id oportere ad maius Dei obsequium, propter paucitatem Ministrorum, & incommoditates, quæ se offerunt. Quod Gregorius. 13. postea extendit ad aliud decennium, vt patet ex Viuæ vocis oraculis Societati factis. Quam facultatē possunt Superiores communicare, ijs quibus expedire iudicabunt. Ex Compendio Indico Societatis, verbo, Baptismus, & partim refert Pater Emanuel Tom. 1. qq. q. 31. ar. 6. Pater Magister à Veracruce in Compen, verbo, Baptizare, in fine dicit hoc priuilegio etiam vti posse Ordines Mendicantes ob communicationem, quando eadem occurrat necessitas.

BENEDICERE.

1 ¶ Leo decimus concessit Generalibus Prouincialibus, & Custodibus, nec non & Guardianis Fratrum Minorum de obseruātia pro tempore existentibus, vt omnia & singula eiusdem Ordinis de obseruantia

Eccle-

Ecclesias,& cęmeteria, capitula & oratoria vbicunque existentia,tam recepta quam recipienda,ac paramenta & ornamenta,& alia quęcunque ad diuinum cultum,& vsum Fratrum necessaria, in quibus Chrisma non interuenit, pro eorundem Fratrum vsu tãtum solemni benedictione valeant benedicere. Et voluit, quod hoc idem possint alij Fratres eiusdem ordinis,qui ad hoc in Capitulis Generalibus deputati fuerint. Ex Com. priuileg. nu.14.Hoc idem de nouo concessit & confirmauit Fratribus Prędicatoribus & Minoribus vt referunt Pater Noreña, & Pater Magister à Veracruce ver.Benedicere.

¶ Circa hanc concessionem aduerte ex ea manifeste probari Guardianos, & Priores Conuentuales posse benedicere corporalia, quia conceduntur specialia,scilicet Ecclesias & oratoria benedicere, & postea addit. Ac omnia alia quęcunq; ad diuinũ cultum necessaria cum exceptione eorum inquibus interuenit Chrisma. Et certum est in benedictione Corporalium minime Chrisma interuenire. Ita tenent prædicti Patres, & Pater Emanuel. Tom.1. qq. Regularium. q.19. art.2.

¶ Frater

a ¶ Frater Alphonſus de Caſſarrubius Capucinus,& Collector priuilegiorum Ordinis Ciſtercij referunt Innocentium. 8. conceſiſſe Prioribus Ordinis Sancti Hieronymi & Vicarijs in abſentia Prioris, & cuilibet habenti principale regimen cuiuſcunq; Monaſterij, poſſe benedicere corporalia,veſtimenta, cęteraq; ornamenta Eccleſiaſtica ad cultum diuinum pertinentia, tam ſui Monaſterij, quam etiã vndecunq; ſint. Ex hoc magno,& amplo priuilegio tria colligit Pater Emanuel vbi ſupra. Primo Guardianos, & Priores Conuentuales poſſe benedicere corporalia licet aliquando capitulum Generale Meclinenſe determinauerit & præceperit, ꝙ ſolum Prouinciales habeant benedicere corporalia: nam poſt dictum capitulum habemus ſupra dictas conceſſiones, quæ nobis per communicationem conceduntur. Et in lib. Cęremonialium noſtræ religionis recepto & approbato in congregatione Generali Toletana fol. 313. aduertitur, ꝙ Guardiani habent iſtam facultatem, & ea vti poſſunt. Secundo colligitur, ꝙ Vicarij in abſentia Guardianorum & Priorum poſſunt etiam Benedicere

corpo-

corporalia. Sed aduertendum, quod non quicunque Vicarij hanc habent potestatem in Ordine Prædicatorum, sed solum illi qui propter absentiam, & carentiam Prioris eliguntur seu instituuntur ad presidẽdum, velut Priores, vt Vicarij de Azcaputzalco, Atlacuihuayan, & Tepetlaoztoc &c. Similiter intelligendum est quo adnos Fratres Minores de illis Vicarijs dumtaxat, qui apud nos vocantur Præsidentes, quia abest, vel deest Guardianus, vt sunt Præsidentes Conuentus Sancti Andreę de Chiauhtla, Sancti Andreę de Chollullan, & Sancti Ioannis de Tlaxcallan &. Et hoc voluit dicere Innocentius 8. concedens præfatam auctoritatem Vicarijs. Ait enim eam concedere Vicariis in absentia Prioris, & cuilibet habenti principale regimen cuiuscunq; Monasterii. Nam non est credendum Summum Pontificem dictam auctoritatem concedere cuicunq; Pręsidenti in absentia Guardiani, cum sępesępius contingat Hebdomadarium, & Chori Vicarium in absentia Guardianorum, & Vicariorum Conuentuum ręsidere, secundum consuetudinem nostrę

Reli-

Religionis quibus non videtur esse conces
sam eiusmodi benedicendi corporalia facul
tatem, sed illi solum qui propter absentiã,
vel carentiam Prioris, vel Guardiani eli-
guntur, seu instituuntur, ad prę sidendum,&
ad habendum principale regimen, provt in
simili casu tenet Collector in Comp. verbo
Vicarij. Tertio, quod colligitur est, quod
non solum possunt benedicere supradicta,
& corporalia pro suis Monasterijs, sed etiam
pro omnibus vndecunq; sint. Et sic per par-
ticipationem possunt, & alij participantes
provt aduertit per Gracia Collector priui-
legiorum ordinis Diui Hieronymi, & dic-
tus Alphonsus de Cassarrubius. Hoc autem
magnum priuilegium est. In nostro enim
ordine in cap. Meclinensi declaratur, quod
Prouinciales, Custodes, & Guardiani, pos-
sint benedicere Ecclesiastica solum pro
Fratribus, Monialib9, & Tertiarijs, & nullo
modo pro alijs extra Ordinem, ait enim; sic
enim fuit concessum per Summum Pontifi-
cem prout habetur in lib. Monumenta Ordi
num in. 1. impressione fol. 227. & in. 2. fol.
246. tractatu. 2. & per predictam concessio
nem, & alias subsequentens poterunt Guar-
diani

diani,& Presidentes predicti tam pro vsu proprio,quam alieno,Corporalia benedicere: Ex Fratre Emanuele vbi supra.

1 ¶ Ex priuilegio Adriani Sexti,possunt Prouinciales Indiarum ordinum Mendicātium,& Fratres eorum habentes auctoritatem Omnimodam dicti priuilegij, benedicere omnia predicta: etiam pro vsu alieno, si distent ab Episcopis, vel eorum Officialibus per duas dietas [causa iusta interueniente]probono Indorum, putà,quia deferenda sunt ornamenta apud Episcopum distantem viginti leucis.

2 ¶ Et vltra hæc possunt Prouinciales extra duas dietas dictas,& intra,super dicta ō nia facere, & benedicere pro vsu proprio, vel alieno,in casu necessitatis,Episcopis in Prouincia non existentibus. Immo benedicere Calices, & Sacramentum Confirmationis fidelibus ministrare.Hoc enim concessit Leo.10.Fratribus Ioanni Glapioni,Franciscoq; de los Angeles,Ordinis minorum. anno.1521.venientibus ad has Indias Occidentales,& ad alias sub ditione Regis Hispaniarum existentes, & ad alias eis propinquas. Et postea Adrianus.6. anno.1522. concessit

de nouo hoc priuilegium Prouincialibus. Et ꝙ possint communicare suis Fratribus auctoritatem suam &c. Et aduerte, ꝙ potestas quæ datur per hoc priuilegium Leonis 10. non habet tantas limitationes sicut priuilegium Adriani. 6. Priuilegium enim Leonis. 10. solum petit, ꝙ Episcopi non sint in Prouincia, ad hoc vt supra dicta possint benedicere. Et sic Sedevacante dicitur, q̄n Episcopi non sunt in Prouincia. ¶ Et nota ꝙ hæc supra dicta omnia possunt facere Fratres, & benedicere, si eis Prouinciales communicent, scilicet dicendo. Auctoritate Apostolica committo tibi Fratri. N. auctoritatē Breuis Adriani. 6. scilicet Omnimodam super has, & has personas, sicut mihi conceditur: nec non communico tibi Breue Leonis 10. & alia priuilegia Fratribus Indiarum concessa, & concedenda. Ex Patre Ildephonso à Noreña, in suo Compendio verb. Benedicere: & etiam ex Patre Magistro à Veracruce, quem refert Frater Emanuel. art. 3. citatę. q. Vbi etiam adducit pro partibus Vltramontanis, & Cismontanis aliud priuilegium Innocentij. 8. expeditum anno Incarnationis Dominicæ. 1489. ad petitionem Io annis

annis Abbatis Cistertij, quo concessit ipsi Abbati,& quatuor primis Coabbatibus eius,tunc,& pro tempore existentibus,vt de cętero perpetuis futuris temporibus prædicta,& quęcunq; alia vestimenta,ac Ornamenta Ecclesiastica, Corporalibus,Vasculis quę ad reponendam sacram Eucharistiam, ac imaginibus quibuslibet comprehensis inlocis,& Domibus dictiordinis, benedicere,& Calices consecrare : tam de dicto Ordine, quam si ad eos aliunde nonunquam deferantur.Hæc Innocentius.

5 ¶ Summa Rosela refert Sixtum.4. concesisse simplicibus Sacerdotibus Ordinis Minorum,vt benedicere possint omnia Ecclesię,vel Altaris ornamēta,vel vestes Sacerdotales, vt potè Amictum,Cingulum,Manipulũ,Stolã,Albã,& Casulã,exceptis Corporalijs:& hoc pro vsu proprio. Et cõsequēter ait Siluester ver.Benedictio.nu.4.ꝙ idē possunt per cõmunicationē Sacerdotes Ordinis Prędicatorum. Et Collector Cõpendij eandem refert concessionē per Sixtũ. 4.Fratribus Minoribus Sacerdotibus factã. Et Gregori.9.concessit,ꝙ Fratres Minores presbyteri interris Infidelium existentes possint

vestes Sacerdotales, Altaris Palla, & Corporalia cum necesse eis fuerit, benedicere: vbi Catholicorum Episcoporum copia non habetur. ¶ Circa hanc concessionem quam etiam adducit Pater Emanuel, art. 1. q. citatę, aduertunt [& bene] Doctissimi Patres Ildephonsus de Noreña, & Magister à Veracruce in suis Compēdijs, ꝙ licet Capitulum Generale Meclinense restrinxerit hanc facultatem ad solos Guardianos, & ad alios Ordinis Superiores: ita ꝙ, qui non sunt Prȩlati non possint talia benedicere: nihilominus Fratres Prædicatores Sacerdotes non propterea prohibentur hæc benedicere: & consequenter Augustinienses, & Patres Societatis, quia dictum Capitulum Generale Fratrum Minorum non potest aliorum priuilegia restringere: quoniam illa quę nobis conceduntur, statim sua fiunt, ac si illis specialiter concederentur, vt Patet verb. Communicatio priuilegiorum, in principio huius tractatus, & infra eo titulo. Ad eundem modum facultas Pauli. 3. concessa presbyteris Societatis Iesu absoluendi à reseruatis, etiam sedi Apostolicæ, exceptis casibus Bullæ Cęnę Domini: de quo supra verb. Absoluere

soluere fo. restringitur à Collectore Compendij Societatis, respectu excommunicato rum generaliter ab homine, à quibus Superiores tantum, & hi, qui ab eis specialem licentiam obtinuerint, poterunt absoluere. Quę Collectoris declaratio, est iuxta consti tutiones Societatis Iesu, secundum quas, auctoritate Apostolica Præpositus Generalis potest restringere vsum priuilegiorum ipsi Societati concessorum: minime vero nocet alijs Regularibus, quominus vti possint tali priuilegio, pro vt in eo continetur, ob ratio nem proximè adductam. Atq; ita Confesso res Ordinum Mendicantium poterunt absoluere ex communicatos generaliter ab ho mine, cum verba Pauli. 3. sint generalia, & generaliter concedant absolutionem quarumcunq; censurarum resultantium excrimi nibus, etiam Sedi Apostolicę reseruatis, prę terquam in Bulla Cęnę Domini, vt docet Pater Emanuel. 1. Tom. qq. Regul. q. 61. art. 5.

6 ¶ Ex Compendio Indico Societatis. Possunt ij, qui mittuntur a Præposito Generali in partes, ac loca remotissima, Pallas, Corporalia, Calices, Altaria, Cæmeteria, [si Episcopus Catholicus, qui id faciat, ibi non

ad sit]in eis partibus benedicere. Concessit hoc in perpetuum, Paulus.3. anno Domini 1540.vt patet in literis Apostolicis pag.43 Quod per Gregorium.13. extensum est ad omnes ibi existentes: vt patet ex verbo. Gratiarum communicatio, & extensio. §.2.

¶ Aduerte quod hæc Concessio est perpetua, & ea gaudent etiam Fratres Mendicantes, vt dicit Pater Magister à Veracruce. Et Collector Compendij Societatis dicit, Prouinciales hac facultate vti poterunt, quo ad Altaria, & Calices Societatis: quo ad Pallas vero Corporalia, & Cæmeteria eiusdem Societatis vti poterunt reliqui Superiores de Prouincialium licentia. Hęc tamen omnia, si sint externorum, non benedicantur, nisi instante aliqua graui necessitate, aut alia causa magni momenti. Sed tu aduerte quid quid limitet Collector. ꝙ etiam pro externis & alienis vsibus, possunt Mendicantes prædicta benedicere.

7 ¶ Pius. 5. Romæ die. 22. Augusti, anni Domini. 1571. Pontificatus sui anno 6. ad instantiam Patris Ferdinandi de Paz Ordinis Prędicatorum Procuratoris Prouincię Sancti Iacobi in hac Noua Hispania

pania misericorditer perpetuo concessit, & indulsit, vt in his remotissimis partibus deuotio ad Beatam Virginem Mariam, & ad pręfatum Ordinem haberetur, ꝙ Priores & Vicarij ordinis Prædicatorum possint benedicere Candelas, & qui eas accensas, seu earum aliquam in mortis articulo tenuerint, & corde [si voce non potuerint] se eidem gloriosę Matri deuotè & piè commendauerint, si eos mori contigerit pariter plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem consequantur: prout & quemadmodum aliàs per fælicis recordationis Adrianũ 6. Conuentui Sancti Dominici de Victoria in Hispaniarũ partibus concessum fuit. Habetur originale in Conuentu Sancti Dominici de Mexico. ¶ Circa hãc concessionem aduertit Pater Magister à Veracruce, quod ratione communicationis priuilegiorum eo modo quo in Nouo Orbe, tam Priores, quàm Vicarij Ordinis Prędicatorum possunt benedicere huiusmodi Candelas ad consequẽdam hanc Indulgentiam, possunt etiam & similiter Guardiani apud Minores, & Priores apud Agustinienses.

8 ¶ Idem Magister propria manu in fine

ver. Benidicere scripsit. Possunt & nuptias benedicere, & Sacramentum Matrimonij ministrare Religiosi in Nouo Orbe in populis signatis, vbi exercent officium Parochi, non solum Neophitis, sed antiquis Christianis ibidem habitantibus, y à Mestizos, Negros, y Mulatos, sine alia licentia Diœsani: & hoc per multa priuilegia [vt dictum est] antiqua quidem Nicolai, Innocentij, Sixti, Leonis, Adriani, Pauli.3.& Pij.5. Quia dicit vt hactenus consueuerunt &c. Et Gregorij. 13. qui omnia suorum confirmat, & omnem tollit restrictionem etiam per eum positam. Et hoc non est contra Concilium Tridentinũ, vt infra in propria quæstione probatum est. Hæc ille.

8 ¶ Leo. 10. concessit Fratribus Minoribus, vt quilibet Catholicus Episcopus possit consecrare Ecclesias eorum, & Altaria, Calices, & Ornamenta, & omnes alios actus Episcopales exercere, in locis & personis Fratrum prędictorum obseruantiæ, Diœcesani loci, vel cuiusuis alterius licentia minime requisita. Ex Compendio, ver. Benedicere. nu. 15. Hoc priuilegium est reuocatum per Concilium Trid. Sess. 6. de Refor. cap. 5. vbi dicitur,

dicitur, ꝙ nulli Episcopo liceat cuiusuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia. Verum est tamen quod vbi Ordinarius requisitus ter, à dictis Fratribus cum debita reuerentia & instantia, recusarit supradicta benedicere, & consecrare, sine legitima causa, possunt Fratres dicto priuilegio vti, prout in dicto Concilio Lateranensi fuit ipsis ab eodem Leone. 10. concessum, & habetur in eodem Supplemento. fol. 26. Conces. 69. Quod quidem non intelligo esse reuocatum per Concilium Triden. Licet enim in ipso Concilio Trid. dicatur, nullum Episcopum posse exercere Pontificalia in aliena Diœcesi, prętextu cuiuscunq; priuilegii, non tamen negat Concilium Episcopos ea effiicere posse, prętextu iuris communis. Ex iure autem. c. i. de Suplen. negligen. Prælat, constat Alexandrum tertium statuisse, vt si Episcopus tertio cum humilitate, & deuotione. [sicut conuenit] requisitus substitutos Abbates benedicere, renuerit, eisdem Abbatibus liceat proprios monachos benedicere, & alia quæ ad officium huiusmodi pertinent, exercere, donec

ipsi Episcopi suam duritiem recogitent, & Abbates benedicere non recusent. Si autem Episcopi Diœcesani ter requisiti à Fratribus Mendicantibus, iuxta formam capituli. 1. de Supplenda negligen. Prælato noluerint gratis consecrare eorum Ecclesias, & Altaria, & alia Pontificalia exercere: tunc possunt ab alio Episcopo hęc fieri, etiam ipsis inuitis Diœcesanis.

10 ¶ Idem Leo. 10. concessit Generalibus Prouincialibus, & Custodibus, nec non, & Guardianis Fratrum Minorum obseruantię, pro tẽpore existentibus, ꝙ possint reconciliare Ecclesias, &c. quę quomodolibet sanguinis, vel seminis effusione pollutæ fuerint: sed hoc faciant cum aqua per prædictos Prælatos benedicta, pręsertim in locis remotis, vbi Episcopum aquam benedicẽtem per duas dietas adire non potuerint. Ex Compẽ. vbi supra nu. 14. ¶ Circa hanc concessionem aduerte primo, ꝙ Ecclesiam pollui nil aliud est, quam interdici, & prohiberi in ea celebrari Missas, & alia Officia diuina. Secundo aduerte, ꝙ qui scienter in Ecclesia polluta celebrat, peccat mortaliter, non tamen fit irregularis. cap. Is qui de sententia Excõmun.

lib.

lib.6. Tertio aduerte, ꝙ Ecclesia consecrata polluta, difficiliori modo reconciliabitur, videlicet per solum Episcopum loci proprium, vel per alium, de eius licentia, vt docet Nauarr. cap. 27. nu. 251. Silu. & Armila. Deinde reconciliari debet, & aspergi Aqua benedicta ab aliquo Episcopo, que habeat cõmixtionem, & vim cinerum. cap. Preposuisti de Consecra. Eccl. & cum verbis quę exprimantur in Pontificali, vel Manuali Romano. At Papa Ecclesię consecratæ reconciliationem simplici Sacerdoti committere potest. Sed cum Aqua per Episcopum benedicta, prout concessit Leo Fratribus Minoribus. Hoc idem concessit Iulius. 2. Minimis, prout habetur in Supplemento fol. 8. concessione. 30. vide ibi. Hoc intellige, dũ modo Episcopus intra duas dietas inueniatur, ꝙ si distauerit vltra duas dietas, potest Superior Monasterij sollemniter benedicere Ecclesiam propriam, Cęmeterium, & Oratoria, & reconciliare si polluta fuerint Aqua benedicta ab alio, quàm ab Episcopo. Quarto aduerte, ꝙ dieta continet vingìntì milliaria, seu septem Leucas. Capitul. Nonnulli de Rescriptis,

& nos

& nos etiam supra diximus. Vide Fratrem Emanuelem.q.citata, art. 4. 5. & 6. Et in p. Sum. cap. 28.

BVLLA COENAE.

¶ Bulla quę hac nostra ætate appellatur Cœnę Domini, est Bulla continens processum Papę, quo die Iouis sancta excommunicat varium genus peccantium, dicta sic, eo ꝙ, illa dies appellatur Cęnę Domini propter Cœnam illam ter maximam Domini nostri quam vltimã fecit Hierosolimis cum Discipulis suis. Doctor Nauarrus in Manuali cap. 27. nu. 52. in quo capite exponit Bullam Cœnæ Domini. De qua & Diuus Antoninus 3. p. tit. 2. cap. 72. Et Doctor Martinus de Viualdo in suo Candelabro aureo. p. 2. fol. 55. refert & exponit Bullam Cęnę Domini promulgatam à Sixto 5. anno Domini. 1586. & etiam. 87.

¶ Pius. 5. concessit presbyteris Societatis, ꝙ non tenerentur habere, singulatim apud se transumptum Bullæ Cœnæ Domini, sed satis esse, si habetur vnum publicè in singulis Collegiis, vel Domibus, vt ab omnibus

bus

bus legi possit. In Viuæ vocis Oraculis Societatis. ¶ Circa hanc Concessionem aduerte, quod Pius. 5. anno Domini. 1568. quarto idus Aprilis, Pontificatus sui anno. 3. in processu Cœnæ Domini pręcepit in virtute Sanctæ Obedientię ac sub pœna indignationis omnipotentis Dei, ac Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, vniuersis, & singulis Archiepiscopis, & Episcopis, cæterisq; locorum Ordinariis, nec non quibusuis aliis curam Animarum exercentibus, & aliis presbyteris sæcularibus, seu quorumuis Ordinum Regularibus, ad audiendam confessionem [quauis auctoritate] expositis, siue deputatis, ne de huiusmodi reseruatione prętendere valerent ignorantiam, vt transumptum harum literarum Apostolicarum penes se habere, easq; legere diligenter, & attente studerent. Ea propter concessit prædictis Iesuitis [& per consequens omnibus aliis Mendicantibus] vt vnum sufficeret transumptum pro singulis Domibus, Collegis. &c. Frater Emanuel in Additionibus ad Explicationem Cruciatæ. §. 5. nu. 61. dicit, videndum esse Processum Bullæ Cœnæ Domini, nam ex eo facile patebit vtrum Confessarii teneantur

penes

penes se habere dictam Bullā: nam Gregorius. 13. hortatur, vt confessores prædictam Bullam habeant: Sixtus vero. 5. simpliciter dicit q̄ habeant: atq; ita non erit peccatum illam non habere, si in ea non est præceptum.

3 ¶ Est dubium, vtrum per clausulam Bullę Sanctissimę Trinitatis, quam ponit Nauarro capit. 27. nu. 263. vel per Bullam Societatis corrigię Sancti Augustini, confirmatam per Gregorium. 13. vel per Bullam confraternitatis Sanctissimi Sacramenti, vel quamlibet aliam, quibus habetur quod Confessor possit absoluere semel in vita, ab omnibus casibus etiam contentis in Bulla Cęnæ Domini, possit talis Confessor absoluere ab Hęresi, quę est primus casus Bullæ Cœnæ Domini.

4 ¶ Aduerte Hęresim esse triplicem. Prima dicitur pure mentalis. Secunda Mixta, scilicet quando aliquod signum ostenditur exterius. Tertia dicitur Hęresis completa, quę est assensus pertinax cum signo exterius expressiuo. Modo dico primò, q̄ ab Hęresi completa, quę est assensus pertinax cum signo exterius expressiuo, poterat Olim absoluere

nere Episcopus de iure communi, vt docet Simancas, de Catholicis institutionibus ca. 3. Caietanus in Summa verbo, Excōmunicatio cap. 1. Maximè quia Episcopus ex officio est Inquisitor Ordinarius contra Hęreticos, vt probat Didacus Perez lege. 3. tit. 4. lib. 8. Ordinamē, pag. 85. in fine, & 86. y 99. & Doctor Viualdus in suo Candelabro aureo, pag. 1. tit. de Absolutione Sacramentali. nu. 12. Cæterum iam nunc id non potest Episcopus, nisi dū casus Hæresis esset ocultus, per Concilium, Triden. Sess. 24. cap. 6. in fine.

5 ¶ Secundo dico, ꝙ per Bullam vllam [etiam Cruciatam,] vel priuilegium aliud nunquam Papa concedit, nec censetur concedere casum Hæresis completę & exterioris: nisi clare id exprimat. Ita Couarr. in c. Alma, supra. nu. 15. Simancas. in Inchirid. c. 51. nu. 4. & in addit. de Catholic. Institution. c. 3. in principio. Felinus in. cap. Postulasti. de Rescrip. D. Ioann. Rojas de Hęretic. 2. p. assert. 39. vbi dicit ita declaratum fuisse per motum proprium Pij. 5. anno 1572. die 30. Iunij. idem repetit in tractatu de Priuilegijs Inquisitorum. §. 416. Significant. Mandosius in praxi. tittulo Absolu-

Absolutio ab Hęresi. fol. 58.& Didacus Perez.l.3. tit.4. lib.8. Ordin.pagina.85. innuit Caiet. Excommunicatio. c. primo,& tradit strictius illud ponderando.Nauar. c.27.nu. 260.& ita respõsum fuit año.1576.à Greg. 13. styllum esse, & praxim Curiæ Romanę, & suam intentionem, quod per Bullæ, vel Iubilęi clausulam generalem,nunquàm censetur concessa Absolutio ab Hęresi. Et confirmatur primo, ex Concilio Trid. Sess. & cap.citatis, vbi postquam Episcopo concesserat omnes casus Papæ,expressè postea concedit casum Hęresis Episcopo,& non Vicario, his verbis. Liceat Episcopis &c. & in. quibuscunq; casibus ocultis [etiam sedi Apostolicę reseruatis] delinquentes quoscunq; sibi subditos, in Diœcesi sua perse ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandũ, in foro conscientię gratis absoluere impo- sita pęnitentia salutari. Idem, & in Hęresis crimine,in eodem foro conscientiæ,eis tantum non eorũ Vicariis sit permissum. Ecce qualiter sub generali concessione absolutionis à casibus Sedi Apostolicę reseruatis,nõ intelligitur,neq; cadit absolutio ab Hęresis crimine,propter peculiarem attrocitatem,&

imma

immanitatem delicti: nam si sub tali generalitate comprehenderetur, non erat cur Concilium Trid. illa adderet verba, [Idem & in Heresis crimine] Dequo Frater Emanuel in Explicatione Crucitatæ. §. 9. nu. 70. ante primam dubitationem, &. 1. To. qq. Regul. q. 20. art. 9. & 1. p. Sum. cap. 128. ¶ Secundo confirmatur per Gregorium. 13. qui anno 1576. per suas patentes literas Motu proprio, & ex certa sciētia declarauit non fuisse suæ intentionis, neq; sui prędecessoris Pij. 5. per Bullam Cruciatę dedisse facultatem Confessoribus per eam electis, absoluendi à crimine Hęresis, etiam si sit occultum: quia speciale crimen speciali indiget mandato: & iniungit Commissarijs Cruciatæ, vt lingua vulgari id declarent. Vide doctissimi Magistri à Veracruce Compēdium Indicum, quod asseruatur in Archiuo Sancti Augustini de Mexico, propria manu illustratum, verbo. Bulla Cœnæ.

6 ¶ Tertio dico, q̄ licet Simancas in Inchiridione violatę Religionis, c. 51. dicat Inquisitorem vnum absq; sociorum suorum consensu, & licentia, non posse absoluere ab Hæresi completa: nihilominus praxis est

In contrarium, vt tenet Simancas de Catholicis institutionibus, Cap. 3. Couar. in regula Peccatum. 1. p. nu. 7. in fine. Et in cap. Alma 1. p. §. 11. nu. 13. VillaDiego de Heresi. q. 29. & Doctor Viualdus vbi supra. num. 16. Hic etiam nota ex Magistro Ludouico Lopez. p. 2. sui Instructorij conscientiæ. cap. 8. de Bulla. fo. 525. Col. 2. q̄ Inquisitores etiam tam in foro interiori, quam exteriori possunt absoluere à crimine Heresis ex priuilegio. Tamen nolunt huiusmodi crimen audire, nisi cum testimonio tabellionis. Veruntamen postquam pronunciarunt sententiam reconciliandi aliquem Hæreticum, absoluunt illum ab excommunicatione, vel Cōcedant facultatem absoluendi, cuilibet confessario. Neque hoc priuilegium est reuocatum per Bullam Cene, que solum reuocat priuilegia concessa Hæreticis pœnitentibus. At istud priuilegiū concessum Inquisitoribus, non est priuilegium concessum ipsis Hæreticis in fauorem suum: sed indultum est Ministris Sancti Officij in fauorem fidei. Quo circa sine dubio non est illis reuocata hæc facultas. Igitur licet omnis Hæreticus si sit pertinax, & exteriori signo se pro-

se prodens, si sit occultus pro absolutione opus habeat recurrere saltem ad Episcopũ: si tamen sit iam publicus per infamiam, ad Papam, vel Inquisitores pro ea absolutione recurrere necesse habet. Cęterum in casu quo Hęreticus consulens Doctorem aliquem ad sequendum veritatem ei explicaret verbis suam in fide dubitationem paratus corrigi, & veritati assentire non incurreret excommunicationem, vt cõmuniter docent Doctores, tam Theologi, quam Iurisperiti.

7 ¶ Quarto dico q̄ si Hęresis sit pure mentalis, scilicet non expressa signo, verbo, scriptura, vel opere, quod de se illam significet: nemini reseruatur eius absolutio, quoniam hęc mentalis Hęresis non est punibilis ab Ecclesia, ac proinde non habet excommunicationem annexam, & ideo poterit ab ea absoluere quilibet Confessarius expositus, & approbatus. Dñs. Caietanus. 2. 2. q. 11. art. 3. noster Castro. libr. 2. de Iuxta Hęre. punitione, capit. 13. & libr. 1. de Potest. legis pęn. cap. final. Driedon. lib. 3. de Liber. Xp̄iana. Simancas. cap. 24. de Catholicis institutionibus

Doctor Nauarro cap.27.nu.56. Couar.in regul.Peccatum.2.p. nu.7. Sãctus Antoninus, Ioannes Maior, Almain, Paludanus in 4.dist 17. q. 2. & Pater Emanuel in Expositione Bullæ. §.9. nu.70.dubitatione.1. &.1. p.Sũ. cap.128.nu.1. in lib.1. qq. etiam vbi supra, Ioannes Gutierrez.qq.Canonic. cap. 13. nu. 28.& Viualdus 1.p. tit. de Absolutione Sacramentali,nu.10. & nu. 11. dicit, ꝙ quando Hæresis est mere exterior, sed absq; consensu interno, & pertinatia: non incurritur excommunicatio, vt docet Silue. ver. Hæresis. q. 9. Tabiena. Directorium Inquisitorum, & Nauarro vbi supra, ac deniquè Magistri Salmanticenses contra Caietanum. 2. 2. q. 94. art. 1.

8 ¶ Qinto dico, ꝙ Episcopi inforo conscientiæ, possunt absoluere à crimine Hæresis propter quam incurritur sententia excõmunicationis : hoc est quando Heresis exterius prodit signo aliquo exteriori talis Hæresis expressiuo & manifestatiuo, dummodo tale opus sit occultum, ita vt non possit in iudicium deferri. Patet ex præallegato Concilij Trid. loco, vbi id manifeste dicitur. Ita tenet Episcopus Angles in suis floribus.

ribus. q. de Confessione. art. 5. diffcul. 6. quem sequitur Doctissimus Gutierrez in. qq. Canonic.cap.13.nu.26. & 27. Et Pater Emanuel in Explicatione Bullæ. §.9. nu. 70. & refert Quirogam Archiepiscopum Toletanum generalemq; Inquisitorem facta consultatione cum Episcopis in Concilio Tolet. anni 1583. ita dixisse. Pro huius rei intelligentia aduertendum est excommuni Doctorum sententia, q̄ crimen tripliciter dicitur occultum. Vno modo omnino occultum, scilicet quod non est probabile suapte natura, qualia sunt sola mentalia. Secundo dicitur occultum per accidens, quod est probabile suapte natura, quia exterius perpetratum, sed probari non potest nisi per solam confessionẽ delinquentis, quia nemine presente tale delictum vel facinus fuit commissum, pronunciatum vè exterius. Tertio dicitur occultum quod probari quidẽ potest, sed adeò paucis, quod nulla inde fama orta est, nec est in iudicium deductum, quod Doctores pene occultum, vel fere occultum appellant: dequo Nauar. in Manu. Lat. cap. 27 nu. 255. & Ioannes Gutierrez. qq. Canonicis lib. 1. cap. 13. num. 27. & 28. Dicunt secundo

cundo excommunicationem occultam per accidens[quę quamuis exterius pronunciata fuerit probari non poteſt, niſi per ſolam delinquentis confeſſionem] habere excõmunicationem reſeruatam, ab eaq; Epiſcopum abſoluere poſſe, in foro conſcientię tantum, hoc eſt ꝙ ea abſolutio non prodeſt pro foro exteriori, vt dicit Couarr. cap. Alma. § 11. nu. 16. Henricus Tom. 1. lib. 6. de Pęnitent Sacra. lib. 3. cap. 14. num. 7. & noſter Emanuel in Sum. 1. p. cap. 128. nu. 4. atq; ita quandocunq; fuerit deducta in iudicium eiuſmodi Hęreſis nihil proderit abſolutum fuiſſe ab ea, quo minus puniatur, & iterum ab Inquiſitoribus publice abſoluatur. Sed dubium eſt an ab alio crimine Hęreſis fere occulto quod vni vel paucis teſtibus notum eſt, poſſit Epiſcopus vigore dicti decreti abſoluere. Doctor Viualdus in ſuo Candelabro aureo, Tit. de Abſolutione nu. 14. Conc. 2. dicit, ꝙ ſi Hęreſis eſſet aliquibus notoria, & tamen Epiſcopo non dicitur, niſi in foro pęnitentię, ꝙ poſſet abſoluere eos qui impediti ſunt, vt non recurrant ad Papam ratione morbi, ſenij, pueritię &c. Et refert Nauarro cap. 27. nu. 89. & Couarr.

uarr. id innuentem in cap. Alma mater. 1.p. §. 11. nu. 15. prope finem. Quia licet caput. Eos qui de Sent. excommuni. in 6. tantum exprimat concedi Episcopo casum etiam publicum percucientis Clericum, quando est impedimentum, ita quod talis non possit iudicio probi viri recurrere ad Papam: ratio tamen illius textus militat in omni casu Summo Pontifici reseruato. Nihilominus concludi rem esse dubiam, atque ita Cordubam in Sũm.q. 18. negare sic impeditum posse absolui ab Episcopo, nisi in periculo mortis. Idem tenet Innocentius, Ancarr. Cardinal. Abbas, & alij quos citat Magister Canonistarum Nauarro vbi supra, Siluest. Absolutio. 4. q. 4. & Absolutio. 1. nu. 8. Et eruditissimus Doctor Ioannes Gutierrez, loco citato. num. 27. cum Concilium loquatur in occultis, & in foro conscientiæ dumtaxat. Qui cap. 1. num. 58. &. 59. docet excommunicatum absoluendum esse in mortis articulo à quolibet Sacerdote, iuxta id quod diffinitur in Concilio Tridentino Sessi. 14 cap. 7. in hæc verba. Veruntamẽ pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia

Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes, quoslibet penitentes à quibusuis peccatis & censuris absoluere possint, Quod adeo verum esse dicit, vt etiam Hæreticus moriens, si Episcopus, & Inquisitores desint, absolui possint à quolibet Sacerdote, vt in Concilio Arausicano cap. 2. probatur, & in cap. His qui tempore cum se quen. 26. quæst. 6 & præterea in dict. decreto Concilij Trident. vt interminis, ex his aduertit D. Siman. de institu. Catholic. tit. 3. num. 3.

9 ¶ Dico sexto, q sicut Bulla Cœnę Domini non derogat facultati quam habent Inqusitores iure communi quo minus possint in foro interiori & exteriori absoluere à crimine Heresis, cap. Vt officium de Hereticis lib. 6. ita nec facultati quam Episcopus habet iure communi absoluendi à crimine Heresis modo supra dicto: ita tenet Nauarrus lib. 5. Consil. tit. de Sent. excommuni Con. 5. Et in æditioni Manualis anni. 1584. cap. 27. nu. 260. & 265. Hoc idem tenent Ioannes Gutierres lib. 1. Canonicarum. qq. cap. 13. nu. 29. & Doctor Henricus Tom. 1. lib. 3. de Pæ-

de Pęnitentia,cap. 14. nu.7. lit.M.pag.439. & cap. 16.nu.1.pag.444. & Frater Emanuel in Explicatione Cruciatę.§.9.nu. 70.& 1.p. Sum.cap. 128.nu.3. & nouissimè,Tom.1.qq. regul. q. 20,art.10. Qui omnes Doctores affirmãt, ꝙ Episcopi modo inforo conscientię possunt absoluere ab Hęresi occulta, & Candelabrum aur. 1. p. tit. de Absolutione nu.13. & Enriquez vbi supra dicunt multos Iuris peritos Salmanticenses consultos, videlicet Doctorem Moyam, & Doctorem Solis,alterum Iuris Pontificij,alterum Iuris Ciuilis moderatores primarios, ita respondisse, & Theologos videlicet Peñam, Medinam,& Gallum de familia Predicatorum hanc tenuisse,& docuisse sententiam,& Doctissimum etiam Sanctium Episcopum Segorbiensem,&Dominum Guerrerum Archiepiscopum Granatensem, & Dominum Blãcum Archiepiscopum Compostellanum, huius etiam fuisse opinionis affirmãt. Qui Reuerẽdissimi Pręsules magnam habent in hoc auctoritatem,tum propter eorum singularem doctrinam,& Sanctitatem, tum quia vt Patres Ecclesię interfuerunt Concilio Trident. Refert etiam Henricus,ꝙ illustrissimus

ſimus Cardinalis Garrafa nomine congregationis Cardinalium, ita reſcripſit ad Dominum Chriſtophorum Vela Archiepiſcopum Burgenſem. Quia lex generalis etiam poſterior non tollit ius ſpeciale, vt dictum eſt: & quia Bulla Cœnæ ſolum aufert priuilegia, ſed Epiſcopus non ex priuilegio ſed ex poteſtate iuris communis etiam antiqui, id habet ſublata reſeruatione: ſed ea abſolutio non prodeſt pro foro exteriori, vt dictum eſt. Et vltimo confirmatur ex Bulla Cœnę quam promulgauit Sixtus. 5. vbì dicit. Niſi ij caſus in illis litteris expreſsè comprehendantur. &c. Concilium enim Trident. reſtituit Epiſcopis ſublatam Olim iuriſdictionem, quam habebant iure communi aut diuino, ſed ſub ordinatam, & reſtringibilem à Papa, quare hæc poteſtas & iuriſdictio non abrogatur per proceſſum Cœnæ Domini. Vnde ſi reus in caſum Cœnę occultum incidiſſet, & cum longe diſtet ęgrotus, aut Monialis incluſa non poſſit Epiſcopum adire: poſſet Epiſcopus cauſa & qualitate perſonæ cognita abſentem ſoluere ab excommunicatione, ſeu reſeruatione: aut pleniorem cauſæ cognitionem

com-

committere prudenti Vicario specialiter delegato: quia in his Episcopus habet ordinariam jurisdictionem speciali Iure, post indultum Concilij Tridentini, sicut & habebat Olim ante quam Papa sibi reseruaret. Neque obstat Concilium Tridentinũ, Sessione 24. capit. 6. de Reformatione, vbi dicitur inforo conscientię tantum licere Episcopis delinquentes quoscunq; sibi subditos insuaDiœcesi absoluere ab Hęresis crimine, hoc autem eorum Vicarijs non esse permissum dicitur enim. Non eorum Vicarijs sit permissum. Nam respondeo cum Doctissimo Corduba in Summa de Casibus cõscientię. q. 8. ꝙ in Cõcil. Trid. non diffinitur, quod Episcopi non possunt committere alicui specialiter talem facultatem, sed quod eorum Vicarijs non licet absoluere à prædicta cẽsura & culpa. Quod docet esse intelligẽdũ virtute generalis cõmissionis, quæ dari solet Vicarijs Episcoporum ad absoluendũ à quibuscunq; casibus sibi reseruatis. Et sic tenet quod Episcopi possunt committere suam auctoritatem alicui Commissario particulari ad effectum prędictæ absolutionis.

Et

Et ratio huius est, quia Commissarius ex priuilegio perpetuo, potest alteri suas vices cõmittere, prout cum communi tenet Sil. ver Absolutio. 4. q. 6. dub. 2. & ver. Cõmissar. Cũ ergo Episcopi sint ad hunc effectũ ex priuilegio iuris in Concilio concesso, Commissarij, & non prohibeantur in eodem Concilio suam committere auctoritatem in prædicto casu, sequitur, quod id possunt. Et hanc opinionem tenet Angles, Olim Episcopus Bosẽsis in. 4. q. de Conf. ar. 5. difficul. 6. Et Pater Emanuel hoc idẽ tenet in Explicatione Cruciatæ. §. 9. nu. 79. 1. p. Sum. cap. 128. nu. 5. id ipsum affirmat contra Ioannem Gutierrez contrarium opinantem, & Tom. 1. qq. regu. q. 20, art. 11, vbi dicit, ꝙ licet nõ possit creari aliquis Vicarius de nouo cum speciali auctoritate ad absoluendum omnes generaliter ab Hęresi occulta, at non negare Concilium, Episcopũ posse creare Commissarium ad aliquẽ casum particularẽ concurrentibus causis ad id vrgentibus, verbi gratia, ad absoluendum Monialem, quę propter votum, aut præceptum clausuræ, ad præsentiam Episcopi minimè ire potest, neque Episcopus ad eam recurrere commode potest, vt

test,vt eam absoluat,quo casu, si ipsa neces-
sario per Episcopũ esset absoluenda in maxi
mis angustijs constitueretur, & eius anima
inprobabili periculo collocaretur. Quam
sententiam aliquibus rationibus Theolo-
gicis, & Iuridicis sufficienter probat & con
firmat.Et idem tenet Doctor Enriquez vbi
supra. Videatur omnino Frater Emanuel in
Summa,loco allegato,per totum caput.

¶ Et idem in Explicatione Cruciatæ. §. 9.
nu. 69.docet per processum Bullæ Cęnę Do
mini,non reuocari facultatẽ Confessoribus
concessam absoluendi pœnitentes habentes
Bullam Cruciatæ,ab omnibus casibus & cẽ
suris reseruatis Summo Pontifici, excepta
Hæresi. Vide ibi. Et in additionibus ad
Explicationem Cruciatæ. §. 9. nu. 65.
sub finem.

10 ¶ Idem nobilis auctor prędicto. §. 9.
nu.68. Docet Prælatos Ordinum Mendicã-
tium non posse absoluere suos subditos à
casibus Cęnę Domini.Sed Tom.1.qq.regul.
q. 20. art. 9. contrarium docet ex sententia
prestantissimi Doctoris Morgoviejo,Cathe
thedratici primarij Sacrorum Canonum in
Vniuersitate Conimbricensi, & Canonici
Docto-

Doctoralis Cathedralis Salmanticensis in inclita Salmanticæ Academia publice Sacros Canones interpretantis: & hoc idem refert in additionibus ad Cruciatam. §. 9. nu. 62. videatur ibi.

11 ¶ Concessit Pius. 5. quarta die Ianuarij anni Domini. 1569. ad decennium, ne Christiani in India incurrerent in excommunicationem Bullæ Cęnæ Domini, propter commercium cum Infidelibus tam de alijs mercibus, quam de armis: quando non esset in præiudicium Christianitatis, vt si hostem non notabiliter armarent. Quam concessionem extendit Gregorius. 13. ad aliud decennium hac declaratione, vt ij, qui, mercatorum more, exposita habent huiusmodi prohibita, vt illa Infidelibus vendant, pręfatam excommunicationem incurrant, etiam si eos, quibus illa vendunt, non arment notabiliter: non tamen illam incurrant, qui priuatim, & sine probabili periculo aliquid parui momenti venderent, vt pugionem, aut gladiū. Sunt hęc in viuę vocis oraculis. pag. 59. & 86.

12 ¶ Possunt nostri interris Infidelium, Hære-

Hæreticorum, & Schismaticorum, vel vbi magnus est talium numerus, quando necessitas vrgeret, & periculum esset maioris scandali, conuersari cum huiusmodi hominibus, & Missas celebrare, etiam si illi presentes adsint in Ecclesia, dummodo prohiberi nequeant sine maiori scandalo. Pius. 5. in Viuæ vocis oraculis. pag. 32. Hac facultate vti possunt omnes nostri, vnusquisq; in suo gradu, & officio. Hæc duo vltima sunt extracta ex Compendio Indico Societatis.

BVLLA CRVCIATAE.

1 ¶ Dubium est, si Religiosi possunt absolui à casibus reseruatis virtute Bullę Cruciatæ? Pater Emanuel Rodericus in Explicatione Cruciatę §.9.numer 23. & sequentibus, docet Fratres Medicantes posse virtute Cruciatę absolui à casibus suis Superioribus reseruatis, atq; ita illos [qui sic absoluuntur non debere inquietari aut perturbari] sed relinquendos in sua opinione, qua putarunt potuisse absolui. Idem docet Tom. 1. qq. regul. q. 21. art. 10.

¶ Doc-

¶ Doctor Enriquez Tom.1.lib.3. de Pænitentia.cap. 16.nu. 7.dicit in glosa, ꝙ praxis ostendit videntibus & tacentibus Prælatis omnes fere ex Ordinibus Mendicantibus renunciasse strictis priuilegijs, quæ prohibebant Fratres virtute Cruciatę absolui à casibus reseruatis: modo autem gaudere virtute Cruciatę, atq; ita posse absolui: Fratres vero Societatis ex peculiari Bulla Gregorij.13. Societati concessa non posse virtute Cruciatę gaudere, quo ad absolutionem à casibus reseruatis, quia paucos habet alumnos & feruet zelo perfectionis. ¶ Magister Ludouicus Lopez.p. 2.sui Instructorij conscientię.cap.8. de Bulla.fol.822.& 823.docet in Prętorio Cruciatę ita practicari, scilicet, quod virtute Cruciatæ Religiosi etiam Mendicantes possint sibi confessorem eligere, & per sic electum à reseruatis casibus, & censuris absolui. Secundo dicit, ꝙ interim dum per suos Prælatos Religiosis etiam Mēdicantibus non intimatur aliqua reuocatio, aut declaratio Papalis, aut auctoritate Papali expedita in contra, non debent inquietari prędicti Religiosi sumentes Bullam, neque impediri à facultatę sibi concessa in Bulla

eligendi

eligendi Confessorem, &c. Probat autem suam sententiã, primo auctoritate Magistri Soto in 4. dist. 18. q. 4. art. 3. in solutione ad prim. argum. vbi sic ait, ꝙ licet frequentia horum priuilegiorum aliquid detrimenti Religioni [vt Prelati aiunt] solita sit afferre [nam videtur, ꝙ libera facultas inscio Prelato, confitendi alteri, nonnihil incommodi regimini soleat inferre] nihilominus postquàm Papæ placet, parendum est: vel aliter si hoc iactura Religionis est, per eius auctoritatem huic iacturę prouidendum est. Secundo probat, quoniam postquàm multi viri docti huic parti affirmatiuę suffragantur, non est sic condemnanda & improbanda. Tertio probatur, quoniam satis aperte Bulla Cruciatæ exprimit se concedere omnibus Religiosis, etiam ordinum Mendicantium eos hoc nomine nominando, quod si illam sumpserint contribuẽtes pro ea prædictam infrascriptam in Bulla eleemosynam possint sibi eligere Confessorem, qui etiam à casibus & censuris reseruatis possit eos absoluere, prout ibi disponitur. Nam postquàm ipsa met Bulla expresserat sic in forma, scilicet, quod Capitula Ecclesiarum, & Monas-

teriorum Religiosorũ, & Religiosarũ, etiam si sint ex Mendicantibus, si iuxta ordinẽ ibi prędictum miserint militem contra infideles, consequantur Indulgentiam &. Ecce quomodo nominatim hic exprimit Religiosos suo nomine, etiam Mendicantium. Et subdit infra, quòd concedit sua Sanctitas omnibus supra dictis, etiam si non ipsi per rexerint ad bellum, vt si contribuerint infra scriptam eleemosynã, vt purius possint fundere prçces & orationes ad Deum pro victoria supra dicta, & vnione Principũ Christianorum, quod possint eligere Confessorẽ. &. Si ergo, ait tenor Bullę, se hoc concedere omnibus supra dictis, inter quos etiam nominatim expresserat Religiosos, quomodo consequens fit, vt Religiosis per hanc Bullam licentia eligendi Confessorem, non concedatur?

¶ Doctissimus Pater Frater Ildephonsus de Noreña Ordinis Prædicatorũ in suo Compendio, verbo, Cruciata, dicit: q̃ Fratres Mendicantes non possunt accipere Bullam Cruciatæ, nec illa vti [postquam acceperint] sine licentia suorum Prçlatorum, vt dicitur in Compen. Absolutio ordinaria quo ad Fratres

tres. nu. 12. & sequentibus, & verbo Crucia-ta. Si vero de licentia legitimi Prelati Fratres Bullam acceperint, secus dicendum est. Quibus verbis addit Pater à Veracruce, si datur licentia quo ad reseruata. Et addit. Modo per Gregorium. 13. Datum est Fratribus Societatis vt nullus à cassibus reseruatis per Bullam possit absolui sine licentia sui Prelati, & deseruit Mendicantibus per communicationem, & hoc non intelligas odiosum sed fauorabile, quia ad bonum Religionis in communi est, & hanc questionē proponit auctor Compendij in verbo Cruciata, & concludit non esse securum in conscientia Religioso, vti Bulla pro reseruatis, & adducit Pontificum declarationes. Quae notent Fratres, pro securitate, & serenitatē consicenciarum suarum.

CANONICA PORTIO.

1 ¶ Bonifacius. 8. in Extrauagante Super cathedram, de Sepulturis. §. Verum ne Parochiales Ecclesię, & Clemens. 5. in Concilio Vienensi, Clementina. Dudum de Sepulturis, eodem. §. Verum ne, statuerunt

vt Fratres Ordinum Prædicatorum, & Minorum, de obuentionibus omnibus tam funeralibus, quàm quibuscunque, & quomodocunque relictis, ad quoscunque de terminatos vsus, necnon de datis, vel qualitercunq; donatis, in morte seu mortis articulo, in infirmitate donantis, vel dantis, dequa decesserint quomodocunq; directè vel indirectè Fratribus ipsis vel alijs pro eisdem: quartã partam Parochialibus Sacerdotibus, & Ecclesiarum Rectoribus, seu Curatis largiri integre teneantur. Posteà vero Fratres Prædicatores & Minores, & omnes alij Mendicãtes, & ex non Mendicantibus etiam habuere quàm plurima priuilegia Apostolica ad illam non soluendam, vt patet in Compendio verb. Canonica portio. Et Frater Emanuel Tom. 1. qq. regul. q. 39. art. 2. egregiam refert Nicolai. 5. concessionem Fratribus Carmelitis factam, ꝙ non solum non teneantur Fratres soluere quartam, vel Canonicam portionem, de omnibus in alijs concessionibus contentis, sed neq; etiam de funeralibus, oblationibus, neq; dehis, quę eis absolute quomodocunq; legantur, vel largiuntur, non obstante Clementina Dudum de Sepultu-

pulturis, & alijs quibuscunq; in contrarium facientibus, & cum decreto irritante, quod ponitur in fine Bullæ. Quod Priuilegium Alexander. 6. confirmauit, & alij Pontifices de nouo aliquibus Ordinibus concessere. Deinde in Conc. Trid. Sess. 25. c. 13. alterata fuerunt hæc priuilegia, vt ibi videbis. Et Pius. 5. anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, prout refert Gutierrez, de Iuramento, confirma. 2. p. c. 4. nu. 3. motu proprio declarauit Concilium loqui tantum de Monasterijs ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam quartam soluere consueuerunt. Et sic licet fundata fuissent Monasteria ab annis quadraginta, si non soluebant quartam, modo non tenētur soluere. Et etiam concedit, ꝙ Monasteria, quæ fuerunt à quadraginta annis citra fundata, non soluant dictam quartam: cuiusmodi fere sunt omnia Monasteria huius Noui Orbis, vt dicunt Pater Noreña, & Pater Magister à Veracruce, quos sequitur Pater Emanuel vbi supra. Et tandem ad omnem tollendam ambiguitatem refert Pater Emanuel declarationē Illustrissimorum Cardinalium affirmantem Concilium Trid. non reuocare de-

clarationem in fauorem Regularium à Pio.5 factam, quę est huiusmodi. Congregatio Concilij censuit non comprehendi Monasteria ędificata à quadraginta annis citra, aut quę indies ędificantur, vel in futurum ędificabuntur: præsupposito quod huiusmodi Monasteria sint eius Religionis, cui à Sede Apostolica indultum sit, vt quartā funeralē non debeant soluere Episcopo. Garrafa. Et refert Pr̃. Noreña in suo Cōpendio ꝙ cum controuersia fuisset inter Fratres Prędicatores & Episcopum de Quatimala, data fuit sententia executorialis per Reuerendissimum Archiepiscopum Mexicanum in fauorem Fratrum, vt non soluerent dictam quartam. Et ratio, quę mouere potuit Pium.5. & hos Illustrissimos Patres ad declarandum. quod Monasteria, quæ fuerunt à quadraginta annis citra, idest [de quarenta años aca] fundata, non soluerent dictam quartam, siue soluerint illā, siue non, fuit, quia non præscribitur consuetudine cōtra Ecclesiam, nisi per annos quadraginta, etiam contra Ecclesiam Parochialem, vt tenet Panormitanus in cap. fi. de Consuetud. num. 11. communiter receptus. Et Monasteria

steria fundata ante quadraginta annos, quæ soluebant quartam, tenentur modo soluere, quia non eximuntur à Concilio, nisi non haberent consuetudinem soluendi: tunc enim iam est prę scriptum. Nec volunt tollere Pius. 5. & Illustrissimi Cardinales ius præscriptum, sicut etiam facit Concilium Tridentinum. Dicit etiam Pius. 5. ꝙ non teneantur soluere tunc de omnibus relictis, Fratribus: sed tantum de his quæ cum corpore defuncti contigerit deferri: non autem de Missis vel aliàs quomodo libet fuerint donata. Dequo maxima solet esse inter Clericos & Fratres concertatio, vt dicitur in dicta Clementi. Dudum. de. Sepulturis.

2 ¶ Est etiam notandum esse corruptelam & tyrannidem deferre iura duplicia à Curatis quando deferunt corpus defuncti, in Monasteria Religiosorũ: quia est contra iura concedentia liberam sepulturam apud Fratres. Puniunt enim Curati sepelire se mandantus apud Religiosos, vt dicit Pater Noreña.

3 ¶ Sed queres, in quam pęnam incurrant prælati, vel Curati cogentes Fratres, vel

 Testa-

testamentarios, vel hæredes defuncti ad sol uendam quartam. Respondeo dicendo, quòd in lib. Monum. ord. 1. impres. fol. 61. & in. 2 fol. 145. conces. 356 Hr̃ q̃ Sixtus. 4. anno Dñi millesimo quadringentesimo, septuagesimo, quarto, tulit pœnam interdicti ingressus Ecclesiæ in locorum Ordinarios, & in alios sententiam excommunicationis ipso facto si directe, aut indirecte ad solutionem quartę alicuius Parochialis, vel Canonicæ, vel alterius portionis, seu oneris, dum apud Fratres fideles tumulantur: cogunt quoquomodo Fratres, vel testamentarios, vel defuncti hæredes. Vide in Marimagno Prędicatorũ fol. 242. Concess. 587. Et per hoc respondetur ad Glosam. Clement. Dudum de Sepult. & ad S. Antoninum. 3. p. Tit. 10. cap. 5. nu. 15. dicentes, posse Curatos compellere supradictos ad soluendam quartam funeralem, nam loquuntur secundum ius commune. Ex quibus patet quòd sunt omnes prędicti Fratres exẽpti à prædictorum solutione. Ex Patre Noreña, & ex Pater à Veracruce, vbi supra, quibus & applaudit Frater Emanuel. q. citat. art. 9. Vbi dicit in Concilio Trid. nil aliud inueniri quàm q̃ quarta sol-

uatur

uatur vbi est consuetudo, sed non dici vt Religiosi ad id ab Ordinarijs compellantur. Et sic contra eos per excommunicationem & alias censuras Ecclesiasticas minime procedere posse, cum excummunicare sit iurisdictionis actus.

CAPITVLA PROVINCIALIA.

1 ¶ Ioannes Cardinalis Legatus à latere in Regnis Hispaniarum auctoritate Apostolica concessit, & indulsit Capitulis, & congregationibus Fratrum Minorum, Sancti Dominici, ac Sancti Augustini Prouinciæ, Noue Hispanię in Indijs Maris Occeani, vt quoscunque dictos Ordines intrantes, & profitentes àquibusuis excommunicationis, & alijs Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pęnis: quas eo ꝙ bellis in ipsis Indijs, vel alibi gestis interfuerint, incurrerint, absoluere, & pro commissis pęnitentiam salutarem iniungere. & cum eis, qui in capitulis idonei ad id iudicabuntur super irregularitate per eos occasione pręmissorum, vel alias etiam ratione homicidij voluntarij quomodolibet contracta, quodq; ea, & alijs pręmissis

missis; non obstantibus ad omnes etiam Sacros, & presbyteratus Ordines promoueri, & in illis postmodum etiam in Altaris ministerio ministrare, ac adquæcunq; dictorum Ordinum officia, & in dignitates eligi, & assumi libere, & licite valeant dispensare: Hoc breue Originale habetur, & asseruatur in Conuentu Sancti Francisci de Mexico.

¶ Circa hoc indultum dicit Pater Magister à Veracruce. Hęc est notanda concessio, etiam si Pręlati aliàs per illam Omnimodam potestatem datam ab Adriano. 6. possint cum sibi subditis, & cum alijs, si expediat, dispensare.

2 ¶ Idem in eadem Bulla concessit Capitulis & Cõgregationibus prædictorũ trium Ordinum Nouæ Hispanię, vt in quolibet Capitulo ex dictis Ordinibus possint eligere, & nominare ex dictis Ordinibus tres, vel quatuor dictorum Ordinum professores idoneos in Confessores pęnitentiarios, qui omnes & singulos vtriusq; sexus ad eos accedentes ab omnibus peccatis, a quibus locorum Ordinarij absoluere possunt & super casibus eisden Ordinarijs reseruatis dispensare: ac vota quę ipsi Ordinarij possunt commuta-

mutare, possint ipsi commutare libere & licite: hoc perpetuo atque autoritate Apostolica ad perpetuam rei memoriam concessit & indulsit: & multa alia dequibus suis locis: modo vide ea quę dicta sunt supra verbo. Absoluere, nu. 32, Duabus his concessionibus gaudent cęteri Mēdicātes, & alij qbus eorum priuilegijs gaudere concessū fuerit.

¶ Pius. 5. año. Dñi. 1567. die. 23. Martij ad instātiā Philippi secūdi, Regis Hispaniarū, concessit Capitulis Prouincialibus Indiarū quorūcūq; Ordinū, etiā non Mēdicantium, vt possint dare licētiā suis Fratribus, vt in Monasterijs sui Ordinis, vel extra cōmorātibus in locis assignatis, & assignādis officiū Parochi exerceant, Sacramēta ministrādo, prout hactenꝰ cōsueuere, Ordinariorū licētia minime requisita, & ꝙ ibi, vbi dicti Religiosi curā animarū exercēt, nihil innouēt Episcopi auctoritate Apostolica statuit. Ex authencis quę habent in archiuis, Sancti Dominici Sanct. Augustini, & S. Frācisci de Mexico.

4 ¶ Pater Ildephonsus de Noreña, & Pater Magister à Veracruce multa aduertunt circa hoc Breue Pij. 5 dequibus supra verb. Baptizare, in explicatione huius indulti. §.

& sequentibus, quæ omnia refert noster Emanuel Tom. 1. qq. regul. q. 35. art. 1. Modo autem animaduertendum est primo, q Capitula Prouincialia sine alia licentia non possunt signare populos, quos voluerint suis Fratribus ad prædictam potestatem exercẽdam, puta, assignamus Fratrem. N. pro populo. N. in differenter. Absurdum est enim hoc: neq; concessum in Breui, confusioq; iurisdictionis, & hierarchiæ Ecclesiasticæ: & esset commune iurgium inter pastores ouium Christi, & sic non possumus illud inferre ex commissione generali, cum non clare concedatur. Quare verba huius Breuis, ibi, in locis sibi assignatis, vel assignandis intelligũtur, quod Episcopi, vel Prorex, vel Gubernator, q vices gerũt Regis cõcedũt Fratribus tales populos, & tunc Prouincialis siue Prior aut Guardianꝰ cõmẽdat Fratri curam illarũ. Quod sic dicit Breue. Ait enim, quod in huiusmodi populis, qui tempore datæ Breuis sic erant Fratribus assignati, vel post assignabuntur, quod possint dicti Fratres officium Parochi exercere, habita licentia suorum Superiorum in Capitulis Prouincialibus: quia cum non possint Capitula Prouincialia assignare

nare Fratribus ad Prædictum officium exercendum populos clericorum, nisi de licentia Ordinarii, sequitur quod cum in hoc Breui Pii. 5. concedatur Capitulis Prouincialibus, vt possint licẽtiam dare suis Fratribus, officium Parochi exercendi in populis assignatis, & assignandis, necessario debet intelligi de assignatione facta per Episcopum, vel Proregem de tali & tali populo conuentui talis Monasterii, vt dixi, vel facta per Regẽ Philippum, vel eius Gubernatorem, quia est Patronus Indiarum, vt declarabitur verbo Reges Catholici.

5 ¶ Aduertunt secundo, q̃ Prędicta licentia ad exercendum officium Parochi, quę mandatur à Fratribus obtineri in Breui Pii. 5. in Capitulis Prouincialibus, debet necessario Fratribus ibi committi. Sic enim dicitur in Breui: non tamen necessarium erit, quod Fratres ibi se personaliter pręsentent: quia Breue solum dicit, quod in Capitulis Prouincialibus obtineatur illa licentia, & posset tunc definitorium dicere, quod omnes Fratres, quos nominauerit Prouincialis, vel Priores, vel Vicarii, aut Guardiani domorum in Sacramẽtorũ administratione circa Indos, habet

habet ipsũ Diffinitoriũ pro nominatis, & ꝙ ex tunc & pro tunc ipsum Diffinitorium eos nominat, conceditq; licentiam officium Parochi exercendi inpopulis Indorum nunc assignatis, & protempore assignandis, quia hoc tantum est, ac si in ipso Capitulo Prouinciali daretur licentia: quoniam ibi cõfertur. Et hoc probatur argumẽto eorũ, quæ quotidie versãt in praxi. s. quãdo delegato cõcedit, vt quos ipse in Prælatos, vel in procuratores nominauerit, delegãs ipse, scilicet, Episcopus, vel Ordinarius ex nunc, pro tunc habet pro nominatis, & ipse eos nominat. Tunc enim non delegatus, sed delegans nominat, prout tenet Glosa cõmuniter recepta, in cap. Iscui. de Offic. deleg. lib. 6. & cap. 1. de Procurat. quam sequitur Siluester. 2. delegat. §. 8. pag. 6. Et sic dato, quòd non sit ordinaria, nec delegabilis hęc potestas huius Breuis, potest tamen hoc modo committi. Et quia Breue non mandat, ꝙ Fratres, qui obtinere debent hanc licentiam sint personaliter pręsentes in Capitulis Prouincialibus, neq; quod ibi examinentur, sed solum quod ibi obtineatur, si quomodocunq; verificetur, quod in Capitulis Prouincia-

libus

libus, licentia obtinetur, sufficit: quia tunc verum est, ꝙ in Capitulis Prouincialibus obtineatur. Et dato eligeretur industria personę in hoc Breui, sufficeret taliter committendo; quia ipsa persona quę eligitur committit, & facit: quoniam non requiritur cognitio causę nec examen personę cui comittenda est dicta licentia, sed solum ꝙ ibi committatur.

6 ¶ Aduertunt tertio ꝙ Fratribus alterius prouinciæ licet eiusdem Ordinis sint, non potest capitulum Prouinciale committere hanc potestatem, quia Breue concedit Fratribus subditis, & habentibus ibi suos Prælatos, isti vero non sunt subditi, nec Capitulum Prouinciale similiter est superior. Non enim isti Fratres vocant Prouincialem, huius nostrę Prouinciæ Prouincialem, sed Prouincialem suæ Prouinciæ, nec Prouincialis huius Prouincię poterit irritare vota facta horum Fratrum. Et sic non posset Capitulum Prouinciale committere istis Fratribus hanc potestatem, & quia non seruatur forma rescripti, nihil fieret iuxta Sacros Canones. capitu. Cum dilecta de rescript. & ibi Panormitanus, num. 4.

vbi

communi. Sic in præsentiarum Fratres incé perunt ex Charitate hęc facere, sed accepta hac prouincia, tenentur de justitia omnia sua prædicta executioni mandare. Vnde infertur, ꝙ Episcopus manet verus Pastor populorum ipsis Religiosis assignatorum, & assignandorum, & potest Confessiones illorum àudire, Sacramenta administrare diuortia celebrare, & punire delicta. Tum quia per hęc nom impeditur, quin Fratres ibidem Parochi officium exerceant, tum etiam, quia per Breue Pij. 5 non tollitur Episcopis jurisdictio, quam super illos populos habent jure ordinario. Nihilominus sic debent hæc ab Episcopis fieri, vt non perturbentur Fratres in conuersione, & manutenentia Indorum: quia priuilegium Papę nec etiam indirecte frangi debet, nec contra ipsum aliquid intentari, iuxta quandam Decretalem Capit. Quanto, de Priuil. Quod mente tenendum est. Prædictis Doctissimis Patribus subscribit noster Emanuel, art. 5. q. citat.

8 ¶ Verum iam Prouinciales trium Ordinum videlicet, Sãcti Dominici, Sancti Francisci, & Sancti Augustini, Prouincię de Mexico, earum Ecclesiarum, quibus pręsidebãt, curam

Item, quia Papa per prędicta verba non creat Fratres Curatos, sed dat licentiam eis, officium Parochi exercendi, sicut ante faciebāt voluntate Ordinariorum non requisita. At vero tenētur Religiosi de justitia facere in dictis populis Indorum nō totū quòd Curatus tenetur de officio facere: quia non sunt Curati, sed totū, quod alias fecissent ibi Clerici, vel Religiosi, inde amoti, vel impediti, ne ibi intrent & Sacramenta administrent: quia ratio naturalis dictat, vt vnusquisq; soluat damnum quod sua causa fuit illatum: sed causa aliquorum Religiosorum, & pręcibus coram Rege factum est, quod in populis illis assignatis non resideant Clerici Curati, vel alij Religiosi, qui Indis Sacramenta administrent, mortuos sepeliant, Missas diebus festiuis agant. Ergo tenentur de justitia hæc omnia resarcire sua causa populis Indorum sublata, licet ex Charitate administrent eis Sacramenta. Hoc exemplo declaratur. Qui enim incipit audire Confessionem alicuius; cœpit ex Charitate: at vero postquam cœpit tenetur de justitia perficere propter iniuriam, quę pęnitenti faceret, si non perficeret, prout tenet Soto in 4. dist. 18. q. 4 cum

communi. Sic in præsentiarum Fratres incę perunt ex Charitate hęc facere, sed accepta hac prouincia, tenentur de iustitia omnia su pradicta executioni mandare. Vnde infertur, ꝙ Episcopus manet verus Pastor populorum ipsis Religiosis assignatorum, & assignandorum, & potest Confessiones illorum àudire, Sacramenta administrare diuortia celebrare, & punire delicta. Tum quia per hęc nom impeditur, quin Fratres ibidem Parochi officium exerceant, tum etiam, quia per Breue Pij. 5 non tollitur Episcopis iurisdictio, quam super illos populos habent iure ordinario. Nihilominus sic debent hæc ab Episcopis fieri, vt non perturbentur Fratres in conuersione, & manutenentia Indorum: quia priuilegium Papę nec etiam indirecte frangi debet, nec contra ipsum aliquid intentari, iuxta quandam Decretalem Capit. Quanto, de Priuil. Quod mente tenendum est. Prædictis Doctissimis Patribus subscribit noster Emanuel, art. 5. q. citat.

8 ¶ Verum iam Prouinciales trium Ordinum videlicet, Sācti Dominici, Sancti Francisci, & Sancti Augustini, Prouincię de Mexico, earum Ecclesiarum, quibus pręsidebāt,

curam

curam acceptarunt. Vt patet ex rescripto ad Catholicum Regẽ Philippum secundum, ab eis transmisso, die 28. Nouembris. añi. Dñi. 1585. quod rescriptum sic habet.

La necessidad destos naturales, y el Christianissimo deseo de su remedio q̃ en V.M. conoscemos, nos daua ciertas esperãças del q̃ V.M. les prouee por su Real Cedula de Barcelona, en 25. de Mayo, deste presente año. de 85. en lo tocante a las Doctrinas de Indios, sobre q̃ se ha litigado por los Prelados desta Prouincia, contra las Ordenes Mendicantes, en cuya administraciõ estã. Reconoscemos la merced q̃ V.M. nos haze fiando de nosotros Ministerio tan importãte, y amparãdo à estos naturales en la Xp̃iandad, y Doctrina q̃ de las Ordenes tienẽ, y a las Ordenes en tã buẽ acomodamiẽto y asiẽto, por q̃ besãdo a V.M. sus Reales manos, rendimos las gracias que deuemos, como vasallos muy fauorescidos.

¶ En cumplimiento de lo que V.M. nos manda, encomẽdãdo siempre este negocio à Dios que lo guie al fin Sancto que. V. M. pretende, y nosotros deseamos: Nos juntamos las Prouinciales de las tres Ordenes Sãcto Domingo, Sanct Francisco, y Sanct Augustin,

tin, con nuestros Diffinidores, de cuyo zelo letras, y experiencia, tenemos cumplida satisfacion, y auiendo conferido sobre ello, por ser tan vniforme la administracion destos Indios, y la disposicion destas tres Prouincias eneste Reyno, lo fue tambien nuestro parescer comun, enesta Relacion, remitiendo ala de cada Orden lo que fuere singular suyo.

¶ En todas estas Doctrinas deseando el bien destas Almas conuertidas y conseruadas en sana Doctrina por la gracia de Dios, que las redimio, y por el ministerio de nuestros antecessores y nuestro. Temiendo su muy cierto daño si alçasemos mano dellos, seruiremos a V. M. acudiendo a todo lo que se nos ha encomendado, y mandado, non ex voto Charitatis, sino cõ obligaciõ de justicia, como ya todos entendemos, y antes muchos entendiamos. Mandando V. M. se dispense por nuestros Prelados Generales en la prohibicion que por nuestras constituciones tenemos. Hæc tres prędicti Prouinciales. At vero Minister Prouincialis & Diffinitorium huius Prouinciæ Sancti Euangelij in hunc modum rescripsit ad Regem Catholicum,

licum, die. 25. Maij. añi Dom. 1587.

¶ Cerca de la singular merced, y confiança que V.M. nueuamente nos ha hecho en el Ministerio de Doctrina Euangelica y Sanctos Sacramentos, que esta Orden de S. Francisco, por mandado del Emperador nuestro señor de gloriosa memoria, y de V.M. tenemos a cargo, scriuimos las tres Ordenes Medicantes de comun acuerdo y conformidad enel Nauio primero de auiso, que salio destos Reynos por Deziembre del año passado de 85. besando las manos de V. M. y acceptãdo esta Administracion de jure, & Iusticia, para mayor descargo de V. real consciencia: aquien con grande y entrañable amor deseamos ayudar y ayudamos, assi en esto, como en nuestros continuos Sacrificios y Oraciones. Pero porque en negocio tan arduo, es muy justo se guarde el orden contenido en V. real Cedula, fecha en Barcelona, en 25. de Mayo, del año passado, encomendandolo muy de veras a Dios, para que con su Diuino fauor se determine lo q̃ mas conuenga, juntando para ello los Religiosos mas aprouados en vida, Doctrina, edad y experiencia. Auiẽdo hecho esto, esta Prouincia del

del Sancto Euangelio de Mexico, y conferidos los medios que para ello son necessarios, assi para el descargo de V. Real consciencia, como para perpetuo asiento y bien espiritual destos naturales, y puridad y obseruancia de lo que a Dios prometimos, nos paresce.

¶ Que los Indios que estan derramados en diuersas caserias, montes, y collados, viuiendo fuera de pueblos formados, que estos tales sean constreñidos a viuir y hazer sus casillas en las cabeceras, o subjectos que tienen orden y pulicià; para que puedan ser administrados, y conocidos de los que les tuuieren a cargo. Mandando que para el edificar destas nueuas moradas, se les de ayuda à costa de las Republicas, y reseruãdolos, para a quel tiempo de los seruicios personales, y para que se haga con mas amor señalandoles tierras para sus sementeras, y exidos para sus ganados, sin que sean molestados de los Españoles. Y faltando esto, ningun temeroso de Dios se atreuera a tomar el cargo de sus Almas en rigor de justicia, ni se le deue dar, aunque lo pretẽda. Y desta manera dispuestos, y preuenidos seruĩremos a

V. Mag.

V Mag siẽdo le grato nuestro seruicio, como se nos mãda, sin tener respecto a los estipẽdios, salarios, intereses tẽporales, y otras cosas anejas, à Curatos, y Curas: porque desto total mẽte somos y nos hazemos incapaçes, pues solo buscamos el bien de esta Yglesia, cõtentos con pobre pasadia, en vestuario, y comida, a exemplo de los sagrados Apostoles.

¶ Y por q̃ V. Mag. desea que juntamẽte cõ acudir a esto, no salgamos de la obediẽcia de nr̃os Superiores: Suplicamos humilmẽte a V. Mag. mande se de noticia dello enel Ca. General q̃ nuestra Ordẽ celebra el añ o q̃ viene de 87. para que de alli emane la resolucion de lo que auemos de tener, y guardar.

¶ Quanto a la visita de los Ordinarios que en la dicha Real Cedula se contiene de nuestras Yglesias y personas [considerado con madura consideracion] hallamos siempre el inconueniente de nuestra inquietud y relaxacion, que a la Silla Apostolica mouio a hazer nos exemptos de su visita: y muchos mas y mayores serian los inconuenientes en esta tierra, si para ello se les diesse abierta la puerta. No rehusamos la reuerencia, respecto, y subiection que à los

 Señores

Señores Obispos como à Prelados y Pastores de la Yglesia de Dios se deue, [y a nos otros obliga mas que a nadie]y assi los respectaremos,y recebiremos en nuestros Conuentos,con la reuerencia deuida,[como siẽpre lo auemos hecho] y por obedescer a lo que V.M.nos manda,holgaremos q̃ en nuestras Yglesias visiten el Sanctissimo Sacramento, y la Pila de Baptismo,y lo à ello concerniente. Y en lo de mas fuera desto,suplicamos, V.M. no permita se les de mano ni entrada: que seria para perpetua inquietud, y ruyna de nuestra Religion.Y teniendo este officio de obligacion nosotros pondremos en cada Conuento los Ministros de Fiscal y Alguaziles necessarios, por que si hasta a qui hauemos acudido a ello con fidelidad, y con cuydado:muy mayor sera,el que de aqui a delante tendremos,&c.

¶ Ex quibus verbis manifestè constat Fratres prædictos esse iam Curatos,neq; vlla ratione excusari posse ab obligationibus, quæ Parochi Officium consequuntur: de quibus supra,verb.Baptizare,num.12. & sequentibus,vbi latè de hoc egimus.Et Capitulum Generale Romę celebratum die 17. Maij, anni

anni Domini. 1587. Circa hanc materiam statuit,

CLAVSVLA CAPITVLI GEneralis Romani circa Doctrinas seu Ministeria Indorum.

Quia vero de Doctrinis à Fratribus retinendis siue reijciendis sæpe cõtrouersum fuit, nec id Regia Magestate, eiusq; Conclio inconsultis, cõmode diffiniri potest: Quia etiam Indi de nouo ad fidem conuersi Ministris qui sibi in spiritualibus opportunè adsint, summopere egent, statuitur & decernitur, vt nostri Fratres huiusmodi Doctrinas retineant, illisq; inuigilent; idq; iuxta decretum à Catholica Maiestate circa hoc vltimó datum, q̃ si secus à prefata Regia Maiestate determinatum fuerit, vt videlicet præfatæ Doctrinæ Episcopis & secularibus Sacerdotibus committendæ, reliquantur, presenti statuto [idq; in sanctæ obedientiæ virtute, ac sub excommunicationis Latę sententiæ pœna] omnibus Religiosis apud Indos à gentibus præcipitur, vt viso Regio huiusmodi decreto, prefatis Doctrinis vlla absq; contradictione, ex tempore cedant. Hæc ibi. Ex quo apparet capitulum Generale

tale Fratribus dedisse licentiam ad exercendum, & obtinendum Parochi officium, interim ꝙ Regię & Catholicę Magestati aliud vissum non fuerit. Aliquę vero Prouinciæ Fratrum Minorum, hanc curam penitus renuerunt, qui videant, & notent ea quę supra diximus, verbo, Baptizare. §.30.31.

9 ¶ Docet quinto Pater Magister à Veracruce dignum esse consideratione, ꝙ cum in Capitulo Prouinciali Diffinitorium eligere debeat Guardianos, & Priores: semper oportet eligere digniorē, [sub mortali peccato:] sicut docet sanctus Thomas. 2. 2. q. 63. art. 1. & q. 185. & Quod libeto. 6. q. 9. Et licet non dicat expresse, mortaliter: sic intelligit Soto lib. 3 de Iustitia & Iure. q. 6. art. 2. & Caietanus in Summa, verb. Beneficium. De quo egregiè Nauarro in suo de Oratione Latino Miscellaneo. 43. & putat verum non solum vbi Cura animarum est, sed etiam in simplici Beneficio, cōtra Soto & Caietanum, qui solum id volūt vbi cura Animarum est. Ob id aduertant Diffinitores & Prouinciales, vt in Ordine omnia fiant ordinatè seclusa humana affectione, & passione.

¶ Sexto

10 ¶ Sexto docet esse considerandum, ꝙ cum in Diffinitorio fit electio Priorum, & Prouincialis est, qui proponit eligendum, oportere duos aut tres nominare, & non vnum solum, vt videatur electio, vt satis prudenter consideratum est ab illo qui glosam ędidit Constitutionum Prędicatorum, dist. 2. cap. 1. fo. 78.

11 ¶ Predicatorum & Confessorum Secularium institutio ad Ministrum Generalem pertinet & ad Ministros Prouinciales & Diffinitores in Capitulo Prouinciali: patet ex nostris constitutionibus Toleti reformatis cap. 5. Tit. de Prędicatoribus & de Confessoribus Secularium. Extrauagan. Exiit de verborum significatione in, 6.

12 ¶ Tandem aduerte esse concessionem datam à Bonifacio. 8. ꝙ omnes Religiosi qui interfuerint Capitulo Prouinciali per octo dies sequentes consequantur Indulgentiam Plenariam concessam, Sanctę Mariæ de Angelis, quę dicitur Porciunculæ: Et eandem consequuntur, omnes visitantes Ecclesias vbi Capitulum Prouinciale celebratur & manus adiutrices porrigunt, modo sint contriti & confessi à primis Vesperis, vsq; ad octo dies sequentes.

Siue

Siue Eleemosyna sit pro sustentatione, siue conseruatione loci. Hoc concessit Fratribus Prędicatoribus: sed per communicationem omnibus Mendicantibus est etiam concessum.

CASVS RESERVATI.

¶ Alexander 6. declarauit & decreuit ꝙ Generales & Prouinciales possunt casus reseruare, hoc extendens ad Guardianos dicens. Et ꝙ Guardiani possunt reseruare casus de occultis inter Religiosos, & quod absoluentes à talibus post huiusmodi reseruationem, nullam faciunt absolutionem, & incidunt in pęnam absoluentium à casibus nõ concessis: Ex lib. Monumenta Ordinum. 2. impr. fol. 56. conces. 66. & in Suppl. fol. 3. Verum in Capitulo Generali Assissij celebrato, año Domini. 1526. Statutum est, ꝙ Guardiani nullo modo casum aliquem sibi reseruent, his verbis. Ordinatur, & mandatur auctoritate Apostolica, & totius Capituli Generalis, ꝙ nullus Guardianus possit sibi reseruare casum aliquem, sed solus Minister Prouincialis id poterit. Et merito quidem

hoc est ordinatum. Reseruatio enim ad habentes iurisdictionem Episcopalem pertinet, secundum ius, & non ad Guardianos, q Curatis comparatur, quibus Ius Canonicum reseruationem minime commisit.

¶ Clemens.8. año Domini. 1593. mense Maij, cunctis Regularibus per publicum Breue infra scriptos casus reseruatos fore præscripsit.

¶ Primum est, veneficia, incantationes, sortilegia.

¶ Secundum est, Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eo peruenerit, vt extra septa Monasterij seu Conuentus sit transgressio.

¶ Tertium est, nocturna ac furtiua à Monasterio, seu Conuentu egressio, etiam non animo apostatandi, facta.

¶ Quartum est, proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.

¶ Quintus est, lapsus carnis voluntarius opere consummatus.

¶ Sextus est, occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio alicuius personæ.

¶ Septimus est, malitiosum impedimētum, aut retardatio, aut apertio literarum à Superiori-

rioribus ad inferiores, & è contra.

¶ Octauus est, iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

¶ Nonus est, auxilium seu consilium, seu procuratio ad abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non subsecuto.

¶ Decimus est, falsificatio manus, aut sigilli officialis Monasterii, aut Conuentus.

¶ Vndecimus est, furtum de rebus Monasterii, seu Conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale. Hoc fuit à Pontifice declaratum debere intelligi etiam de rebus particularibus ad alicuius Fratris particularis vsum concessis.

¶ Addit autem Summus Pontifex, quod si aliud peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro conscientię puritate reseruandum videbitur, id non aliter fiat quàm Generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia, matura discussione & Consilio. Ex qua dispositione videtur remanere dispositionem supra dictam Alexandri Sexti restrictam, & moderatam: vt, scilicet, Prouinciales & Generales per se solos iam non possint reseruare casus, nisi in Capitulis Generalibus, & Prouincialibus,

cum

tum consensu patrum vocalium ibi pro electione facienda conuenientium. Indictis enim Capitulis poterunt reseruari alii casus à supra dictis[etiam eiusdem materię supra dictorum casuum,]vt puta in materia Lapsus carnis: possunt reseruari etiam tactus impudici: Supra dictis tamen casibus semper firmiter manentibus, & in nullo mutatis. Hęc refert Frater Emanuel. Tom.1. Quęstionum regulariũ quęstio.21. art.2. vbi etiam dicit prędictam Clementis constitutionem non esse receptam in nostra Religione, cum sępe contingat casus euenire particulares,qui propter bonum regimen statim ante Capitulum, aut Generale, aut Prouinciale necessario sunt reseruandi, nam si non statim reseruarentur, in magnum vergeret Religionis incommodum. Et cum multi sint Prælati Conuentuales quin etiam & Prouinciales, qui propter deffectum ętatis,& experientiæ in Religionibus non habent eam maturam prudentiam, & Consilium, scientiam , & zelum, quę ad huiusmodi reseruationem requiruntur , vt cedat in ædificationem & augmentum Religionis : ideo Sanctissimus Do-

Dominus noster Clemens. 8. hanc auctoritatem ipsis restrinxit, vt ita ligati minime alijs essent in scandalũ & ruinam. Hęc ille. Quę verba notentur.

¶ Fratrum Minorum statuta Generalia Barchinonensia, Toleti reformata año Dñi. 1585. Cap. 6. de Correct. delinquen. §. de Casibus reseruatis, & casus reseruatos, & pęnas quas incurrunt ab illis absoluentes, his verbis referunt. Cum casuum reseruatio pæna sit delinquentium, ordinamus, quod nullus Frater Prouinciali Ministro inferior nisi ex speciali Generalis vel Prouincialis Ministri licentia, possit aliquem Fratrem absoluere. ¶ A peccato Inobedientiæ contumacis. ¶ Proprietarię rerum detentionis. ¶ Lapsus carnis. ¶ Furti notabilis, seu frequentur iterati. ¶ Iniectionis manus violentę. ¶ Falsi testimonij in iudicio facti. ¶ Compositionis vel projectionis, aut publicationis libelli famosi. ¶ Falsificationis sigilli cuiuscunq; personę notabilis. ¶ Et falsi criminis in infamiam cuiuscunque. ¶ Dicimus autem Inobedientiam contumacem, quando quis trina monitione premissa, factis congruis interuallis, per diem naturalem inobediens

obediens perseuerat. ¶ Quare pręsenti ordinatione statuimus, quod si qui fratrum diuina permittente justitia, & antiqui Hostis fallacia procurante [quod ab sit] pręmemoratis criminibus, aut aliquo ipsorum fuerint irretiti, pro absolutionis beneficio ad præfatos Ministros, vel eorum Commissarios recurrere debant sine mora. ¶ Nullus Confessor possit absoluere de tactibus impudicis & enormibus, nisi qui de Lapsu carnis habet licentiam absoluendi. ¶ Et de solicitantibus ex certa scientia ad peccatum carnis, idem iudicium habeatur. ¶ Item, Custodes non possint absoluere à pręd ictis, & in priuato commissis, nisi per Ministrum specialiter committatur eisdem. ¶ Item, si aliquis Pręlatus, committat alicui subditorum suorum auctoritatem suam super illis casibus, qui Superioribus Prælatis reseruantur: si contingat Prędictos Prælatos mori, vel ab officijs suis amoueri, talis commissio penes illum cui facta fuerit, remaneat, donec alius similis Prælatus habeatur. ¶ Et quicunq; Confessor, ex certa scientia, præsumpserit absoluere à prędictis, suspensus sit ipso facto à Confessionibus audiendis: nec restitui possit nisi per

Prouincialẽ Ministrũ. ¶ Et quicunq; in hoc vitiosus legitime fuerit deprehẽsus, pęna carceris puniatur. ¶ Si quis autem ausus fuerit affirmare, quod quilibet Sacerdos pos sit absoluere à peccato, super quo non habet commissam auctoritatem & maxime ex prædictis, & correctus palinodiam recantare noluerit, tanquam errans & subuersor carce ri mancipetur. Et eodem capitu. Tit. de Absolutione dicit. Clemens Papa. 4. Generalis & singuli Prouinciales Ministri, & eorum Vicarij, ac etiam Custodes in Prouincijs & Custodijs sibi commissis Fratribus constitutis ibidem, nec non & Fratribus alijs eiusdem Ordinis interdum ad eos declinantibus vndecunq;, absolutione & dispensatione indigentibus, siue priusquam intrauerint Ordinem, siue post, in casibus excesserint, pro quibus excommunicationis, interdicti, vel suspensionis incurrerint sententias, à jure, vel a judice generaliter promulgatas: & huiusmodi sententijs innodati, aut in locis interdicto Ecclesiastico suppositis diuina officia celebrantes, vel suscipientes Ordines sic ligati, notam irregularitatis incurrerint, absolutionis & dispensationis beneficium valeant

leant impartiri, nisi adeò graues & enormes excessus fuerint q͞p sint ad eandem Sedẽ merito destinandi. ¶ Fratres etiam, quos pro tempore vos Generalis & Prouincialis Ministri, nec non & vices vestras gerentes, ac etiam vos Custodes in proprios Confessores habueritis, absolutionis, & dispensationis beneficium vobis [cum expedierit] valeant impartiri, iuxta forman concessionis super absolutione, & dispensatione Fratrũ eiusdem Ordinis vestri superius factę. ¶ Et infra. In super inhibem9 vniuersis Fratrib9 vestri Ordinis, ne aliquis eorũ, nisi in necessitatis articulo alijs, quàm Prelatis suis peccata sua cõfiteri pręsumãt: vel alijs Sacerdotibus eiusdẽ Ordinis, secundũ regulã, & eiusdẽ instituta.

¶ Capitulum Generale. Ab excommunicatione pro iniectione manuum violẽta possit Custos absoluere, vel Guardianus, si Prouincialis pręsentia infra diem naturalem non possit haberi: aut Vicarius Guardiani, si Prouincialis vel Guardiani pręsentia infra triduum minime possit haberi. ¶ Hoc autẽ tam priuilegium, quam statutum, non intelligitur de iniectione attroci: vel subditi in Pręlatum.

¶ Circa hęc statuta aliqua sunt aduertenda. Primo, quód Prælati Generales habent auctoritatem ad absoluēdum Fratres totius Ordinis à peccatis reseruatis: Prouinciales autem possunt absoluere omnes Fratres totius Prouinciæ, & hospites ad suam prouinciam declinantes. Vnde siquis habet auctoritatem absoluendi à peccatis reseruatis actiue, si hanc habet à Generali, potest ea vti cum omnibus Fratribus totius ordinis: cum omnes sint sui subditi, & si à Prouinciali, cū Fratribus tantum illius Prouincię, & etiam cum hospitibus ad eam venientibus. Et si Frater habeat auctoritatem passiuā, vt possit ipse absolui à dictis casibus, poterit confiteri cum quouis Ordinis Confessore, siue sit ei auctoritas ista concessa à Generali, siue à Prouinciali, cum multi Summi Pontifices nostræ Religioni cōcesserint, vt Fratres possint de materia peccati mortalis confiteri cū quouis ordinis Sacerdote Confessore: etiam si a suis Prælatis licentiā non petant. Proinde habens auctoritatem hanc passiuam poterit sine dubio à quouis Ordinis Sacerdote absolui, cum omnes Sacerdotes Ordinis approbati a suis Superioribus ad audiendas

Con-

Confeſſiones Fratrum ſint idonei: pro omnibus Fratribus Ordinis: prout conceſſerunt Summi Pontifices,& in Comitijs noſtrę Sacrę Religionis generalibus eſt ordinatū. De quo vide Fratrem Emanuelem in Explicatione Cruciatę. §.9.nu.22. & 1. Tom. qq. regul.q.21. art.3. Vide etiam Patrem Antonium Corduuenſem in Expoſitione regulę Fratrum Minorum cap. 7. per omnes quęſtiones.

5 ¶ Secundo notandum eſt ex Doctiſſimo Patre Antonio Corduuenſi.q.2. ſuper caput ſeptimum Regulę Fratrum Minorū, ꝙ nunc iam eſt in Ordine conſuetum ꝙ Miniſtri Prouinciales ſuam cōmittant auctoritatem abſoluendi a caſibus reſeruatis, Cuſtodibus, & Guardianis: iuxta diffinitionem Capituli Generalis Albienſis vbi habetur. Inſtituitur, quod vniuerſi Confeſſores monialium familię noſtrę, habeant pręſenti decreto ſemper actiue auctoritatem Prælatorum ſuper moniales in foro cōſcientiæ, quoad caſus & ſententias. Habeant ſimiliter Guardiani,& eorum Vicarij in abſentia ipſorum Guardianorum. Hæc ibi. Et hoc eſt amplius declaratum in ſubſequenti tabula Capituli Generalis La

uali, año Domini.1505.celebrati,vbi sic habetur. Declaratur, q̄ illa clausula in tabula Capituli Generalis Albiensis pręcedentis inserta, scilicet, q̄ Guardiani & eorum Vicarij habeant auctoritatem Prælatorum inforo conscientię. &c. sic debet intelligi quod,scilicet,auctoritas per Patrem Prouincialem concessa guardianis remaneat semper penes eorum Vicarios,seu Vicariorũ Vicarios,ipsis guardianis extra suum Conuentũ pro suis negotijs exeuntibus.Hęc ibi. Circa quas constitutiones notat primo,q̄ iam cõmuniter in literis guardianatus ponitur pręd icta Cõmissio,seu auctoritas concessa guardianis per Prouinciales. Ideo ibi videatur quid eis committitur ex vi sui officij guardianatus,& quomodo? quia nihil aliud neq; aliomodo possunt ex vi sui officii,nisi quod & quomodo eis sic in literis guardianatus committitur super casibus reseruatis,& alijs pertinentibus ad officium Ministri Prouincialis.Dico ex vi sui officii guardianatus nihil aliud possunt.&c. quia tanquàm personæ particulari potest eis aliud,seu aliter committi particulariter à Pręd ictis Ministris,tamen ex vi guardianatus nihil aliud habent

com-

communiter guardiani quàm in eorum literis habetur, vt dictum est. Et hoc scire est necessarium, vt sciant Vicarii eorum quid ipsi possunt in absentia suorum Guardianorum: quia nihil aliud nec aliter nisi quod, & quomodo suis guardianis ex vi officij guardianatus per Ministrum Prouincialem Commissum est, vt in literis guardianatus communiter solet haberi.

6 ¶ Secundo notat, quod vt patet ex dictis in tabula. 20. committitur guardianis ex vi sui officij potestas Prouincialium super reseruatis, & alijs. &. hoc solum actiue. i. ꝙ ipsi absoluãt alios subditos suos, seu vt dispensent, vel vt dent licentiam illis ad aliqua ibi contenta in literis guardianatus. Non autem passiue. i. non vt ipsi guardiani absolui possint, aut dispensari. &c. Ideo si volunt habere auctoritatem passiue prose, vt ipsi etiam possint absolui. &c. oportet quod particulariter ipsis, vt personis particularibus concedatur. Et quàmuis ipsi guardiani habeant hanc auctoritatem passiue sibi concessam, eorum tamen Vicarij non habent, nisi solum actiue in absentia guardianorum: quia ex vi officij

Guardianatus solum conceditur eis actiue, vt dictum est,& eorum Vicarij solum habēt ꝙ eorum Guardianis ex officij Guardianatus concessum est, & quomodo concessum est. s. actiue tantum: Prouinciæ autem possunt in suis Capitulis statuere ꝙ etiam passiue committatur prædicta auctoritas Guardianis tantum, non autem eorum Vicarijs vt videtur consuetum in Prouinciæ Castellæ.

4 ¶ Tertio notat, ꝙ Guardiani & multo minus eorum Vicarij prædictam auctoritatem ipsis ex vi sui officij commissam per Ministros Prouinciales nō possunt committere alijs Fratribus, vt absoluāt, vel dispensent &c. nisi eis specialiter concedatur. Ratio, quia Commissarius particularis non potest aliis committere secundum ius: vt potest videri apud Summistas, tit. Confessio. tit. Vicarius. tit. Commissarius. tit. Delegatus: ꝙ si eis conceditur quod possint committere: possunt & similiter eorum Vicarii committere aliis, sicut & sui guardiani, & hoc si ipsi à guardianis prædicta auctoritas committendi aliis erat concessa, etiam ex vi sui officii guardianatus. Nam si solum particulariter, vt personę particulari est eis concessum

sum ꝙ possint aliis committere, tunc licet ipsi Guardiani possint committere: non tamẽ eorum Vicarii, quia solum possunt Vicarii in absentia Guardianorum quid, & quomodo suis Guardianis ex vi Guardianatus concessum est, vt patet ex dictis. Nunc autem communiter conceditur guardianis ex vi sui Officii auctoritas Ministri Prouincialis actiuè, & aliquando passiue, cum facultate etiam cõmittendi aliis actiue, vt patet in literis guardianatus, & ideo eodem modo possunt eorum Vicarii committere aliis,

8 ¶ Sed Pater Emanuel art. 8. q. citat. dicit, ꝙ si guardiani habent potestatem ad absoluendum suos subditos à casibus reseruatis potest Cofessor per ipsos electus, eos ab eisdem absoluere, secundum regulam, quam tradit Doctissimus Caietanus. 2. 2. q. 96. art. 5. scilicet, quod ille, qui habet potestatem ad dispensandum cum suis subditis, habet eandem potestatem ad dispensandum secum. Et art. 9. docet, ipsos guardianos posse committere suam auctoritatem in casibus particularibus, quando ab ipsis particulariter fuerit petita. Non tamen eam generaliter alicui cõmittere possunt, vt quotiescunq; occasio se

obtulerit, illa vtatur. Probat autem suam sententiam ex Doctissimo Nauarro in Manuali. Cap. 27. num. 45. vbi dicit, ꝙ simplex ministerium absoluendi potest delegari etiam à delegato Ordinarii, & a subdelegato delegati Papę: quamuis non possint delegare suas iurisdictiones, ratione quarum id eis competit, neque etiam aliquem articulum iurisdictionalẽ. Et ad hoc allegat, aliqua iura, & Felinum. Secundo probatur hoc idem ex Corduua vbi supra, qui dicit se credere ꝙ virtute pręfatę Cõmissionis non potest guardianus, & multominus eius Vicarius, committere generaliter alicui subdito, vel subditus suis pręd ictam auctoritatem, vt possit absoluere, seu etiam absolui quotienscunq;, & quomodocunq;, seu à quocunque etiã subdito suo, sed solum in particularibus occurrentibus possunt id committere alicui, vel aliquibus, seu etiam omnibus suis subditis, vt pro hacvice seu pro tali vice absoluant & absoluantur a reseruatis sibi concessis. Et ratio est, quia Commissarius particularis habens, facultatem committendi solum potest in casu particulari, & non vniuersaliter quotienscunque & adquemcunque committere,

quia

qũia talis eſt intentio Miniſtrorum Prouinciáliũ concedentiũ, ſeu committentium vltra quam ſe non poteſt extendere guardinus, ſeu eius Commiſſarius quicunq; ab eo habens facultatem committendi.

¶ Tertio notandum eſt, ꝙ Cuſtodes qui prohibentur abſoluere a caſibus Miniſtro Prouinciali reſeruatis ſunt illi, qui immediate ſubſunt Miniſtro Prouinciali: non autem illi qui immediate Generali Miniſtro ſubiiciuntur. Nam ij omnimodam habent auctoritatem a Miniſtro generali in vtroq; foro, vt patet ex eorum patentibus literis: de quo verbo Cuſtos. §.

¶ Quarto aduertendum, ꝙ licet prædictum Capitulum Generale dicat, quod ſi contingat Miniſtrum Prouincialem, vel generalem mori, vel ab officio amoueri commiſſio, aut auctoritas ab illis tradita penes illum cui facta fuerat, remaneat donec alius ſimilis Prelatus habeatur: non intelligitur ita reſtricte, quod ſtatim quod ceſſet, eo ipſo ꝙ ſit alius Superior. Nam vt ſupra dixi auctoritas a Miniſtro Prouinciali conceſſa non expirat interim quod ab alio ſpecialiter reuocatur. Et Capitulum Gene-

generale non tam intendit limitare aut co arctare concessam à Prouincialibus auctoritatē, quàm prouidere de idoneis Ministris habentibus auctoritatem propter superuenientes Fratrum scrupulos, & hoc credo ita esse, si aliud non est in contrarium.

11 ¶ Quinto notandum est, ex Corduua vbi supra. q. 3. ꝙ literis Apostolicis cautum est in ordine Minorum ne absolutio reseruatorum Confessariis extra Ordinē committatur, Et ita ordinauit Bonifacius 8. prout continetur in capite sexto Ordinationum generalium Barchinoneñ Fratrum Minorum. Et idem prohibuit Clemens quartus, prout refertur in prædictis statutis generalibus Toleti reformatis, & habetur in Monumentis Ordinum, pręcipue quo ad Carmelitas, & quo ad Fratres Predicatores. De quo Frater Emanuel, 1. Tom. qq. regul. q. 62. art. 5. vbi dicit, ꝙ credit ꝙ nullus est Prælatus, qui cōcedat auctoritatem ad reseruata, præsertim Clericis secularibus. Et consuetudo bona & recepta ab omnibus, vim habet legis, cum ìpsam approbat Prælatus tacite, aut expresse, prout tradunt Sotus, lib. 1. de Iusti. q. 7. ar. 2. Et Medina. 1. 2. q. 97. art. 7. Et hæc cōsuetudo

optima

optima est, & necessaria, si quidem est de re bus honestis, & necessariis decori Religio nis, non enim peccata grauia conuenit aliis extra Ordinem propalare. Neq; prædictis ob stat, q̄ dicti Fratres itinerantes sint Sacerdo tes, & necessario debeant celebrare, & per consequens ante celebrationem debeāt præ- mittere Confessiones suorum peccatorum iuxta diffinita in Concilio Tridentino Sess. 13. cap. 7. Et sic præsumere debemus in dicta generali licentia fuisse concessam facultatē pro casibus in Religione reseruatis, ne con tra diffinitionem Concilii talis Religiosus ad celebrandum, aut communicandum acce deret. Nam huic obiectioni respondetur, quod quando Religiosus se inuenerit extra Monasterium sine licentia sui Prælati, vt ab soluatur à quocunq; à reseruatis, & sine scan dalo non potest non celebrare, aut commu nicare, benè potest accedere ad celebrationē, aut communionem sine Confessione, cum so la Cōtritione, prout tenet Angles in Floribꝰ. 4. in. q. de Confessione, art. 8. difficult. 2. dub. 4. pag. 9. Concilium enim Tridentinum li- cet diffiniat ante dictum accessum, Confes sionem Sacramentalem esse præmittendam,

addit

addit tamen, modo non desit illi copia Confessoris, dicens, quod sine necessitate vrgente Sacerdos absq; præuia Confessione celebrauerit: post celebrationem tamen, quàm primum confiteatur necesse est. Et in hoc casu deest copia Confessoris iuste a Superioribus negata, ne peccata grauia extra Religionem reuelentur. ¶ Neque his obstat indultum Innocentii septimi Prædicatoribus concessum relatum a Collectore Compendii Cistertii, vbi dicitur. Monachos extra Monasterium Ordinis existentes de licentia Superiorum cuicunq; Regulari, seu sęculari Sacerdoti confiteri posse, cum eo casu a quocunque crimine quomodocunque reseruato, sicut Confessores Ordinis eos absoluere, & cum eisdem dispensare possunt. Nam respondetur, ꝙ hęc obiectio facit pro nostra sententia. Quia enim in licentia generali concessa a Prælatis Fratribus itinerantibus, aut extra Monasteria existentibus non cēsetur cōcessa eisdē facultas, vt possint absolui extra Ordinē, præsertim presbytero sęculari a casibus reseruatis. Ideo Innocentius. cōcessit, vt tales Confessores a quocūque casu reseruato possint ipsos Reli-

giosos

giosos absoluere, & q Prælati possent dare licẽtiã nõ obstãtibus quibuscũq; literis Apostolicis, vt extra Ordinẽ possint ab eisdẽ absolui.

12 ¶ Sexto notandum est, q Minister Prouincialis huius Prouinciæ Sancti Euangelii concedit omnimodam suam auctoritatẽ tam actiue quam passiue omnibus Fratrum Confessoribus huius Prouinciæ In festo Natiuitatis Domini, Resurrectionis, Corporis Christi, Assumptionis Beatę Mariæ, & in festo Seraphici Patris nostri Francisci, & ho semel pro quolibet dictorum festorum, tamcad absoluendum quam ad dispensandum.

13 ¶ Pius Quintus die 21. Iulij, año Dñi. 1571 Põtificatus sui año. 6. in quodã Breui, quod incipit Romani Pontificis circunspecta benignitas, prohibẽs, ne Fratres Ordinis Prędicatorum possint eligere Cõfessorem, & absolui a reseruatis virtute Bullę Cruciatę sine licentia suorum Prælatorum: & addit. Eisdem tamen Prælatis in vsu huiusmodi potestatis se cum subditis benignos & faciles exhibeant pręcipiẽtes mandãtes, & insuper, quia Sacrum œcumenicum Concilium generale Tridẽtinũ cõcessit Episcopis, vt absoluere possint in foro animę seu cõscientie ab om-

omnibus peccatis, & dispensare in irregula ritatibus prout Sess. 24. c. 6. habetur, ne Prior Conuentualis & Superiores Prelati dicti Ordinis, tam in dicta Prouintia, quàm extra eam, vbi libet in hac parte deterioris conditionis, quam Clerici, aut Seculares, existant eisdem Priori Conuentuali, & Superioribus Prelatis, vt ipsi per se ipsos idẽ omnino possint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis, sibi subditos tam quoad absoluẽdi & dispẽsandi huiusmodi, quam alias quascunq; facultates, eisdem auctoritatẽ & tenore etiam perpetuo concedimus, & indulgemus, atq; etiam declaramus: decernentes præsentes literas perpetuo durare & valere. &c. Hoc Breue refertur à Fratre Emanuele in Explicatione Cruciatę, fol. 192. & 1. Tom. qq. regul. q. 21. art. 4.

13 ¶ Circa quam concessionem aliqua aduertenda sunt. Primo aduertendũm est, ꝙ Prelati regulares tenentur concedere facultatem suis subditis petentibus illam vt possint absolui a casibus reseruatis. Quod patet ex verbis illis, precipimus, &c. quę preceptum important, & obligationem inducunt, vt docet noster Emanuel. 1. Tom. q. 6. art. 13.

art.13. Et cum res sit grauis, videntur peccare mortaliter Prelati, dictam auctoritatem sine causa negantes, intelligentes, quod ex huiusmodi negatione animę suorum subditorum dispendium patientur. Vnde Religiosus pęnitens cui oportet non reuelare in Cōfessione Sacramentali sua peccata reseruata Superiori pręsenti, propter maximum periculum, quod ex tali reuelatione resultat, nolente ipso concedere licentiam, vt cum alio confiteatur, potest cum contritione licitè celebrare ad euitandum scandalum, prout tenet Victoria in Sum. fol. 146. cum in hoc casu careat copia Confessoris. Quod est intelligendum nullo alio Confessore præsente. Nam si est pręsens Confessor, tenetur confiteri de alijs peccatis mortalibus antequam ad celebrationem accedat, iuxta decretum Concilij Tridentini Sess. 14. cap. 7. qui Confessor directe absoluat eum à peccatis mortalibus, & indirecte à reseruatis, ratione quorum solū non habet copiā Confessoris, & iudicatur ac si esset absēs à Superiore. Quod intelligitur, quando peccata reseruata non habent annexam excommunicationem. Si enim habēt annexam excommunicationem,

minime potest absolui etiam à non reseruatis. Nullus enim potest absolui à quocunq; peccato, nisi prius ab excommunicatione absoluatur, à qua inferior, si est reseruata, minime potest absoluere. Verum tamen est, quod instante maxima necessitate communicandi, aut celebrandi ad euitandum magnum scandalum, potest iste talis cum contritione accedere ad hoc altissimum Sacramentum, prout tenet Sotus. in 4. distinctione. 18. quæstione. 2. art. 5. §. Hoc autem dubium. Couaru. in capit. Alma mat. 1. p. §. 2. numer. 11. Medin. in Sum. 1. lib. capi. 11. §. 5. Ledesm. 2. 4. quæstion. 25. art. 1. prope. finem. Castro lib. 2. de Lege pęnali. cap. vlt. Iuxta quam doctrinam est glossandus, idem Soto in 4. distin. 12. quæstion. 5. art. 4. §. Quartus casus, dicens, quòd in nullo casu neq; ad euitandum scandalum licitum est excommunicato celebrare. Hoc enim intelligi debet, quando scandalum est paruum, non vero quando scandalum est magnum: pręceptum enim de non scandalizando fratrem, est Diuinum, & naturale: pręceptum autem non communicandi cum excõmunicatione, pręsupposita debita contritione

tione, est humanum. Et etiam erit licitum dicto Religioso pęnitenti excommunicato ad Eucharistiam accedere cum debita contritione, quando Pręlatus non vult ipsi concedere auctoritatem ad casus reseruatos, & timet maximam infamiam, aut maximum periculum, si non accedat, prout tenent Ledesma vbi supra. Syluest. ver. Eucharist. 2. q. 7. §. quantũ vero. Quod probatur: nam etiã pręsente Cõfessore, qui eum absoluere possit, potest sine Cõfessione celebrare, aut cõmunicare, quando ex cõfessione timet periculum simile imminere sibi. Et confirmatur. Nam etiam concedit Doctissimus Nauarrus cap. 27. num. 279. quod irregularis ad euitandum simile scandalum, & periculum potest celebrare. Et quantum ad inhabilitatem celebrandi pari passu ambulant respectu peccati mortalis excõmunicatus, & irregularis. Ex his infertur, quod Religiosus accedẽs ad celebrãdũ cum excõmunicatione reseruata, ad cuius absolutionẽ sibi auctoritas a Superiore est negata, si hoc facit necessitate cõpulsus non potẽs aliter scandalũ euitare, aut pericula allegata fugere, minime incurrit irregularitatẽ, quã incurrũt excõmunicati cũ

excommunicatione celebrantes: cum minime peccent ministrando. Aduertendum est tamen, quod nulli occulto excommunicato licitum erit celebrare ad implendum pręceptum Ecclesię, aut præceptum & obligationem suo officio annexam, quando ex omissione horum pręceptorum nullum graue scandalum sequitur, aut infamia. In his enim casibus, nec lex diuina, nec humana permittit aliquem excommunicatum celebrare, vnde pęnam irregularitatis incurrit celebrando. Aduertendum insuper, quod semper dixi, quod propter vitandum magnum scandalum, & periculum licet dicto Religioso excommunicato celebrare, negata sibi auctoritate à suo Superiore. Adde notandum, quod neq; ratione verecundię, aut malæ famæ, quam ex reuelatione sui peccati reseruati apud suum Prelatum habere debet, erunt causę sufficientes, vt dictus Religiosus sine Confessione possit cum sola contritione ad celebrationem accedere. In hoc enim casu tenetur suo Superiori prius confiteri: nisi culpa reseruata apud Pręlatos Ordinis sit iam in iudicio exteriori castigata, aut timet quod directe, aut indirecte ab ipso Pręlato, reuelabitur.

bitur. Ex quo infertur, quod si subditus timet: ꝗ petendo per interpositam personam licentiam Superioris ad casum reseruatum, ipse Prælatus veniet in cognitionem ipsius, potest ad celebrandum accedere, etiam si sit excommunicatus, cum debita tamen contritione, necessitate maxima vrgente, & scanda lo magno id flagitante: prout tenet Victoria de Confess. num. 146. Soto in 4. dist. 12. q. 1. art. 4. prope finem. Ledes. 24. q. art. 7. dub. 5. vers. sed videatur. Qui omnes affirmãt etiã causam esse sufficientem ad accedendum ad celebrandum, aut communicandum cum casibus reseruatis, & excommunicatione, quã do Prælatus non vult concedere suam aucto ritatem, & scit pęnitens probabiliter, quod si ipsi confiteatur impediet ipse Pręlatus maxima bona spiritualia, & etiam magna bo na tẽporalia negãdo illi suffragium ad ipso rum consecutionem. Et sic non omnino pro bo sententiam Nauarri in cap. Sacerdos de Pęnitent. d. 6. dicentis, posse Prælatum nega re suffragium alicui in electione ratione cri minis, quod solum scit in Confessione: cum timor talis negationis sit sufficens causa vt ipse Religiosus possit accedere ad communi-

nicationem cum casu reseruato, ad cuius absolutionē nullo modo a suo Prelato potest facultatem per interpositā personā petitā adipisci. Ex his etiam infertur, quod timor reuelandi complicem, aut ipsum infamandi, aut impediendi ipsi aliqua grauia bona spiritualia, aut temporalia, erit causa sufficens, vt supradictus Religiosus excōmunicatus cū contritione possit accedere ad celebrandum, pręcisa necessitate, & vrgēte id postulante, vt affirmant supra dicti Patres.

84 ¶ Sed est dubium, Si contingat Pręlatum iniuste denegare suam auctoritatem Religioso petenti, vtrum talis Religiosus sit obligatus confiteri alteri Confessario peccata reseruata simul cum alijs: an potius illi sufficiat peccata non reseruata confiteri & reticere reseruata, vsq; dum vel habeat auctoritatem à Superiore, vel adsit Confessarius habens auctoritatē absoluendi à reseruatis? Suppositis & ad memoriā redactisque modo diximus ex prędictis grauissimis auctoribus, respondeo, ꝙ in omnibus casibus inquibus Religiosus habet casus reseruatos potest cōfiteri inferiori non habenti potestatem ad eorum absolutionem, obligatur ad confitendum

dum peccata, etiam reseruata. Ita docent Caietanus in Summa ver. Confessio, conditione.10.& Magister Soto in.4.dist. 18.q. 2.art. 5.& Ledesma 2.p.4.q.8.art.2.ex sancto Thoma, & alij communiter, vt dicit noster Emanuel.1.Tom.qq.Regu.q.21. art.5.Nam pęnitens de iure Diuino tenetur, quando fieri potest, Confessionē integram facere. Nec obstat, quod postea tenetur iterum confiteri reseruata habenti auctoritatem ad eorum remissionem. Hoc enim per accidens est. Per se autem est, quod tenetur confiteri peccata Confessario habenti auctoritatem ad eorum remissionem, & vt supponitur, dicta reseruata Confessario non habenti talē facultatem sunt propalata. Vnde quando pęnitens Religiosus solum reseruata Confessario inferiori reuelauerit, absolutio nulla erit ex defectu jurisdictionis, prout tenent Ledesma vbi supra, dub.3.prop.3.& Nauarrus.cap.16. nu.14. Aduentendum tamen, quod pęnitens absolutus à Confessario inferiori directe à mortalibus, & indirecte à reseruatis, recipit vnum verū Sacramentū. Et quando postea Superior aut alius eius habens potestatē, absoluit directe à reseruatis, est aliud distinctum Sacra-

mentum à primo recipit, vt dicunt communiter Doctores. Aduertendũ insuper, quod Sacerdos simplex in absentia Confessoris inferioris non potest absoluere dictum Religiosum pœnitentem indirecte à reseruatis, directe autem à venialibus. Licet enim habeat iurisdictionem ad absoluendum à venialibus, hoc tamen intelligitur quando solum illi venialia confitentur, non autem quando illi venialia simul cum mortalibus Sacramentaliter reuelantur: cuiusmodi sunt reseruata, quæ vt supponitur dicto Sacerdoti simplici confitentur. Denique solum habet Sacerdos simplex potestatem ad absoluẽdum à venialibus, aut à mortalibus semel iam confessis legitime, vt communis consuetudo Ecclesiæ probat.

15 ¶ Iterum dubitař, vtrum Superior teneatur audire peccata reseruata simul cum non reseruatis, vt subditum à reseruatis absoluere possit? Caietanus ver. Confessio conditione. 1. Nauarro in cap. Sacerdos. § Quantus, de Pœnit. dist. 5. nu. 12. tenent, ꝙ Superior potest audire peccata tantum reseruata & ab eis pęnitentem absoluere, & remittere ipsum ad Confessorem inferiorem, vt ipse

auditis eius peccatis non reseruatis, ab eis eum Sacramentaliter absoluat. Et consequenter dicunt, quod dictus pęnitens duo recipit Sacramenta, vnum a Superiore alterum ab inferiori, & quod dictus Superior potest iure optimo hanc facere diuisionem, sicut faciunt Papę Pęnitentiarij. At Doctissimus Pater Emanuel art. 6. q. citatæ, contrariam opinioné secundum Diuinam Theologiam veriorem existimat. Scilicet, dictum Superiorem eam diuisionem facere minime posse, & sic necessario debere audire peccata reseruata & non reseruata, prout tenent Ledesma. 2. 4. q. art. 8. dub. 3. Conc. 5. Durand. in 4. dist. 17. q. 15. Siluest. ver. Confessio. 1. q. 19. Adria. q. 4. de Confessione §. 7. sed dubium. Vict. de Confes. nu. 162. Et fundamentum huius opinionis est: quia integritas Confessionis est de iure diuino, in quo dictus Superior minime potest dispensare, nulla pręsertim existente necessitate, cum ipse Superior possit remittere suum subditum ad Confessorem inferiorem cum auctoritate, vt ipsum ab omnibus absoluere possit. Et dato quod Pręlatus velit extra Confessionem scire peccata reseruata ipsius pęnitentis, remittendo ab-

solutionem ad inferiorem Confessarium sigillum Confessionis seruare tenetur, cum reuelatio ipsi facta ad Confessionem ordinetur: prout ait Ledesma. Qui cum Adriano & Durando affirmat, quod Pęnitentarij Papæ non diuidunt Confessionem: sed tantum absoluunt à censuris Papæ reseruatis, non potentes maximis negotijs implicati integras Confessiones pęnitẽtium audire. Et sublatis cẽsuris iam peccata non remanẽt reseruata, Papa enim solum censuras reseruat.

16 ¶ Dubitatur tandem, vtrum Confessio reseruatorum Superiori, aut habenti potestatem facta sine debita contritione, aut attritione valeat, vt pœnitens possit ea peccata confiteri cuicunq; alij Cõfessori inferiori approbato? Pater Emanu. art. 6. quæstionis, citatæ, respondet dicendo, ꝙ quando pœnitens Religiosus fuit absolutus Sacramentaliter à casibus reseruatis per Superiorem, aut per habentem eius ad id potestatem, existente nulla absolutione propter defectum contritionis, aut attritionis, non tenetur dictus pęnitens amplius dicta peccata reseruata confiteri Prælato, aut habenti eius auctoritatem. Sufficit enim quod ea confiteatur cuicunq;

legitimo

legitimo Confessori: vt ait Caietanus. ver. Casus reseruatus. Reseruatio enim quid odiosum est. Vnde debemus Theologizare, sufficere ipsum peccatum reseruatum esse cognitum & reuelatum ipsi Prælato, aut alij eius potestatẽ habenti, vt sic cesset ipsa reseruatio. Et hanc opinionem, vt verissimã, tenet Silu. ver. Confe. 1. q. 1. & eam tenẽt communiter Doctores: affirmantes idem esse dicendum, quando pęnitens aliquod peccatum mortale malitiose tacuit, dum modo omnia peccata reseruata reuelauerit. Et id ipsum etiam affirmant esse dicendum, quando pœnitens multa habet peccata reseruata, & vnius, aut duorũ est oblitus: prout dicunt Adri. vbi sup. §. Si petas. ver. ex hoc. & Led. vbi su. du. 7. In hoc enim casu omniũ peccatorũ etiã oblitorũ volũt Pręlati tollere reseruationẽ, prout affirmat Nauar. cap. 26. nu. 13. Verum est tamen quod tenetur dictum peccatum confiteri cum ipsius fuerit recordatus. Et id ipsum etiam sentiunt dicendum, quando pęnitens tempore Iubilæi, aut Bullæ concedẽtis absolutionem à reseruatis propter ipsius culpam [quia verbi gratia, tacuit aliquod peccatũ mortale, aut non habuit debitam attritionem]

ſtem] fuit inualide abſolutus: omnia peccata reſeruata confitendo. In hoc enim caſu finito tempore Iubilęi, aut Bullæ, dicunt grauiſſimi Theologi, illam inualidam Confeſſionẽ, operari, vt reſeruatio peccatorum tollatur. Quam opinionem vt veriſſimam amplector, quando dicta peccata ſunt reſeruata ratione alicuius cenſurę. Cum enim Confeſſor virtute Iubilęi & Bullę poſſit abſoluere à cenſuris & à peccatis, & abſolutio cenſurarum præcedat abſolutionem peccatorum; & cum abſolutio cenſurarum non pendeat ab abſolutione eorum, non requiritur diſpoſitio exparte pœnitentis, vt à cenſuris ſoluatur. Quod confirmatur. Poteſt enim darì caſus, in quo quis abſoluatur à cenſuris ſine diſpoſitione: & ſtatim quando Sacerdos profert formam abſolutionis peccatorum, per internam Spiritus Sancti motionem debite diſponatur. Quo caſu, non videtur poſſe negari, quod à peccatis & cenſuris remaneat pęnitens liberatus. Non ignoro tamen aliquos viros Doctiſſimos contrariam tenere opinionem dicentes, quod abſolutio cenſurarum virtute alicuius Bullę, aut Iubilęi conceditur in ordine ad abſolutionem peccatorum,

torum, adeò, vt Confessarius mortaliter peccaret, si virtute dicti Iubileȩi, aut Bullȩ pȩnitentem sine dispositione à censuris absolueret. Quod non contingeret in Superiore ab eis absoluente: ipse enim potestatem habet ad absoluendum ab eis, nulla præuia dispositione, cum pro vt dicitur in materia de excomunicatione possit absoluere, ab ea etiam inuitū. At licet ista sint probabiliter dicta, cum reseruatio sit quid odiosum, & Confessarius virtute Bullȩ, aut Iubilȩi possit absoluere à censuris extra Sacramētalem Confessionem, dicendum arbitror, quod absoluendo ab eis in Confessione inualida ex defectu pȩnitentis, remanebit pȩnitens ab ipsis liberatus: cum absolutio à censuris, si non valet vt absolutio Sacramentalis, possit valere, vt absolutio extra Confessionem: ad cuius validitatem non requiritur tanta dispositio. Quod probatur ex regula iuris Si non valet quod ago, vt ago, valet vt valere potest. cap. vnico de Dispōsa impub. lib. 6. Ex quibus deducitur, quod si tempore Iubilæi aut Bullȩ quis inualide absoluatur à peccatis reseruatis non habentibus excommunicationem annexā, minime sublata fuit ipsa reseruatio.

Cum

Cum enim Confessor virtute dicti Iubilęi & Bullę possit tollere reseruationem in foro cõscientiæ, virtute absolutionis, existẽte nulla absolutione, cõsequit nullitas absolutionis ipsius reseruationis, præcipue cũ Iubilæi & Bullæ concedant absolutionem à reseruatis non pęnitentibus absolute, sed vere pęnitentibus: illi autem qui scienter tacent peccatũ mortale, aut non habent debitam contritionem, aut attritionem vere pęnitentes minime possunt nuncupari. Ex quibus rursus infertur, quod quando Prælati Religionum in aliquibus festiuitatibus concedunt suam auctoritatem, vt eorum subditi possint absolui a casibus reseruatis, si ipsi intra tempus concessum omnia peccata reseruata confiteantur sine debita contritione, aut scienter celato aliquo peccato mortali, minime remanent liberati a dicta reseruatione, & sic transacto dicto tempore tenentur ea confiteri Cõfessario, non cuicunq; potenti absoluere à mortalibus, sed potenti absoluere ab eisdem reseruatis. Et hoc probatur, nam Prælati, vt fit in nostra Sacra Religione, quãdo similem concedunt auctoritatem, in hęc verba prorũpunt. Vt Fratres possitis cum puriori cõsciẽ-

tia

tia hanc festiuitatem celebrare, Pater noster Prouincialis vobis omnibus suam auctoritatem impartitur. Quæ verba satis indicant eam auctoritatem concedi in ordine ad purificandas conscientias Fratrum, vt cum maiori puritate Diuina prædictis diebus possint ministrare, & Prelatos minime dictam auctoritatem velle concedere, qui purificandis suis conscientijs minime incumbunt; ac cedẽdo ad Sacramẽtũ pęnitentię sine debita dispositione, aut celãdo aliquod peccatũ mortale, diuinæ gratiæ obicem ponẽdo. Hæc ille.

17 ¶ Secundo aduertendũ est circa prædictũ Breue Pij. 5. ꝙ facultas in eo concessa Prouincialibus Conuentualibus absoluendi a casibus occultis iuxta ea quæ Episcopis concedit Conc. Trid. Sess. 24. cap. 6. de Reformatione, est generalis & vniuersalis pro omnibus mũdi partibus, vt patet in Bulla, quia dicit, tã in dicta Prouincia, quam extra eam, vbilibet.

18 ¶ Tertio notãdũ est, ꝙ Guardiani & Priores Cõuẽtuales aliorũ Ordinũ Mẽdicãtiũ eãdem habẽt facultatẽ, iuxta ea quæ ex Doct. Mag. à Veracruce supra diximꝰ fo. 115. & 116. & dicemus etiã infra. ver. Cũmunic. Preuileg. §.

19 ¶ Gregorius. 13. Romæ apud Sanctum Petrum

erum ſub anulo Piſcatoris die. 3. Maij, añi Domini.1575. Pontificatus ſui anno. 3. declarauit non eſſe nec fore vnquàm ſuę intentionis aut Sedis Apoſtolicę, vt perſonæ Societatis, abſq; expreſſa Superiorum eiuſdem Societatis licentia, vtantur facultatibus quę Iubilęis Bullis Cruciatæ, Confeſſionalibus ſiue priuatis perſonis, ſiue pijs locis: aut quomodocunq; aliter hactenus conceſſę ſunt aut in poſterum concedentur: etiam ſi in illis expreſſè indulgeatur vt omnes Regulares etiam Mendicantes huiuſmodi facultatibus vti poſſint. Itemq; auctoritate Apoſt[illegible] in perpetuum declarauit ſtatuit & ordinauit, vt quando à prędictis Prælatis conceditur facultas abſoluendi à reſeruatis, ſolum Confeſſoribus eiuſdem Ordinis, & non omnibus ſed deputatis ad audiendas Cofeſſiones datur, niſi ratione itineris, aut alia de cauſa ab eiſdẽ Superioribus alijs Cõfeſſarijs intra aut extra Societatem confitendi facultas ad id ſpecialiter daretur: ſecuſq; fa[illegible] irrita & inania fore decreuit. ¶ Circa hanc conceſſionem tria declarat Pater Magiſter à Veracruce quæ aperte continentur in hoc Breui. Primũ ꝙ per Bullam Cruciatæ, vel aliud Iubileum non

non potest Religiosus Societatis absolui à casibus reseruatis, sine licentia Prelati: etiam si sit in Bulla expressa licentia: & hoc tam in Bullis concessis, quàm concedendis. Secundum & illud valde considerandum, quod nullus potest confiteri extra Societatem, & ibi solum cũ deputatis ad confessiones audiendas. Et tertium, quod nullus Religiosus à reseruatis potest absolui sine licentia Prelati. Quo indulto [ait] fruuntur omnes Ordines, etiam si in Bulla dicatur, quod Religiosus possit absolui sine licentia Prelati. Ita scripsit propria manu in suo Compendio Indico, quod asseruatur in Archiuo Sancti Augustini de Mexico. Sed quantam hoc vltimũ habeat veritatem aliorum esto iudicium & censura. Mihi enim rigida & scrupulosa satis, hæc opinio videtur.

30 ¶ Frater Emanuel To. 1. qq. q. 62. art. 5. aduertit Siluestrum tenere esse necessariam licentiam expressam ipsorum Prelatorum, vt Fratres extra Ordinem possint confiteri, & non sufficere presumptam, prout colligitur ex Concilio Lateranẽsi diffiniente, quod, si aliquis confiteatur cum eo, qui secundum

O ius,

ius, & consuetudinem toleratam non est legitimus Confessor, quia super eum non habet iurisdictionem, necessarium est, quod prius quàm ipsi confiteantur licentiam ad id à suo Prelato obtineât. Ita refert Angles. q. de Confe. art. 8. diffi. 2. dub. 4. pag. 9. qui tenet contrariam opinionem, scilicet, quod sufficit presumpta licentia. Et ego inuenio ipsum Silu. ver. Confes. 1. num. 6. ver. 8. Si Sacerdos, hanc ipsam tenere opinionem, quam libenter amplector in fratribus itinerantibus, & extra Monasterium existentibus, qui obliuione naturali licentiam à suis Prelatis non petierunt.

COMMISSARII GENERALES

apud Indos residentes.

1 ¶ Constitutiones generales Toleti formate, anno Domini. 1583. in peculiaribus statutis ad Indias pertinentibus, cap. 3. circa Commissarios Generales sic statuit.

¶ Et quia nimia illarum partium distantia, impedimentum præstat, ne occurrentia negotia possint à Generali Ministro, vel eius Commissario Generali in curia residente, expediri,

pediri, vel absolui, statuitur, vt duo Cõmissarij Generales sẽper resideãt in illis partib9, vnus pro Prouincijs Noue Hispanie, alter vero in Prouincijs del Peru: isti vero Cõmissarij erunt constituẽdi per Ministrũ Generalẽ. Precipitur vero, vt predicti duo Cõmissarij non possint ab illis partibus recedere, sine expressa licentia Generalis Ministri, aut sui Commissarij Generalis Indiarum, sed teneantur expectare visitationem, inibi de suis officijs, & personis faciendam.

2 ¶ Statuitur preterea, vt predicti Cõmissarij, nõ sẽper hereant vni loco, & Prouincie: sed per õnes Prouincias sui districti circumeãt, visitẽt, moneãt, & corrigãt, & pastorale officium [vultum pecorum inspiciẽdo] exerceant.

3 ¶ Si vero contigerit, q Cõmissarij Predicti moriantur, interim q prouidetur, tenebit sigillum, & scripturas, Minister Prouincie, in qua mori cõtigerit: & predictus Minister absoluet negotia occurrẽtia, & habebit plenitudinem potestatis: sed predictus Minister tenebitur statim, cum primum opportunitas occurrerit, certiorem facere Ministrum Generalem, vel eius Commissarium in curia residentem, de obitu dicti Commissarij.

4 ¶ Si tamen illa Prouincia, in qua mori contigerit Commissarius Generalis, careat Ministro Prouinciali, Commissarius illius Prouinciæ exercebit Officium prędicti Cõmissarij Generalis

5 ¶ Circa prędicta statuta, primo aduertendum est, quod Commissarij Generales Nouę Hispaniæ, & del Peru, Ministri Generalis omnimodam habent auctoritatem, & plenitudinẽ potestatis in vtroq; foro, vt ex eorum patentibus est manifestum. Atq; ita poterunt Religiosos ad Infidelium terras mittere sicut proximis his diebus Reuerendissimus Pater noster Frater Petrus de Pila huius Nouę Hispanię Commissarius Generalis ad instãtiam Illustrissimi, & prudentissimi Comitis de MonteRey, ad Californias, & ad Nouum Mexicum huius Prouinciæ Sancti Euangelij alumnos destinauit. Huius Patris Commissarij iussu, & obedientia nè dicam vrgentissimis prȩcibus & assiduis postulationibus effectum est, vt hunc meum laborem, [illegible] locupletarem, & adaugerem: qua propter cui nostrę Vigilię, & continuus labor gratus extiterit, Deo optimo qui dedit velle, & perficere: & tanto patri quia animum impulit, gratias

gratias referat, & repondat.

¶ Secundo est notandum q Reuerendissimus Frater Franciscus à Tholosa totius Seraphicę Religionis quondam Generalis Minister [modo autem Episcopus Tuicensis] sciscitatus de aliquibus ad auctoritatem Commissarij Generalis huius Nouę Hispanię spectantibus, ita respondit in cap. Generali Romæ celebrato, anno Domini, 1587.

Dubia proposita Ministro Generali ex parte Prouinciæ Sancti Euangelij.

¶ En los statutos de la congregacion General de Tholedo, cap. 7. Tit. de los discretos, se declaran que discretos o Padres de las Prouincias, son perpetuamente [ipso facto] todos los Religiosos que ouieren sido Prouinciales. Dudase en las Indias, si estando el Commissario General visitando vna Prouincia actualmente, y teniendo el gouierno ordinario della, si el Prouincial que actualmente es [no priuado ni suspenso] deue ser excluydo del numero de los discretos, para los actos en que los demas discretos, son admitidos? Respondese, que el Padre Mini-

ſtro es del numero de los diſcretos.

2 ¶ Item enel cap.7.tit.delos Guardianes dize. Mas ſi fuera de cap. Vacare algun Guardian por qualquier razon que ſea, en tal caſo el Miniſtro Prouincial [ſi le pareciere q̃ conuiene] con los diſcretos de la Prouincia podra elegir Guardian, y ſi al Prouincial por algun juſto reſpecto le parece que no conuiene elegir al Guardian que ha vacado por la forma y manera ſobre dicha, podra dar y cometer la tal election al Conuento, para q̃ los moradores del elijan ſu Guardian. Dudaſe, ſi teniendo como dicho es la viſita y gouierno dela Prouincia el Commiſſario de las Indias le incumbe y pertenece al Prouincial de la Prouincia elegir con los diſcretos Guardian, o dar la election al Conuento, o ſi eſto perteneſce al Commiſſario? Reſpondeſe que pertenece al Padre Commiſſario.

3 ¶ Item como enel cap.8. tit.dela diſpenſacion deſtas conſtituciones ſe ordene, que en todas aquellas. que nueſtra Orden ha ordenado no puede ningun Prelado general diſpenſar, ſino es por eſcripto, y con conſejo de los diſcretos de alguna Prouincia, &c. Dudaſe, ſi el Commiſſario General que aſiſte en

ste en Indias, deue ser tenido por Prelado general, para gozar desta facultad de dispensar con las sobre dichas condiciones? Respondese que el Padre Cõmissario, tiene auctoridad.

4 ¶ Item enel cap. 6. tit. de las penas que se ponen alos Prelados y Padres calificados, se prohibe que los Prouinciales ni Visitadores de las Prouincias impongan penitencia alguna graue, en especial alos Prelados y Padres principales sin el consentimiento de la mayor parte de los discretos de la Prouincia &c. Dudase, si los tales Prelados estan obligados en las sentencias a passar por el voto de la mayor parte de los discretos, y si sõ Iuezes cõ voto decisiuo para aquellas cosas en que como discretos de la Prouincia se les cometen. Respondese que de la mayor parte de los vocales se ha de tener cuenta, y que los discretos tienen voto decisiuo.

5 ¶ Item en la Prouincia del Sancto Euangelio ay muchos Conuẽtos que no son guardianias, sino Presidẽcias, y los Presidẽtes dellas se leẽ en tabla de Capitulo, y son immediatos al Prouincial, como los de mas Guardianes; estos Presidentes y sus subditos [despues que la Prouincia se fundo] an acudido

a los Conuentos en cuyo districto caen sus presidēcias para la eleccion de discreto con voz actiua y passiua, como los demas moradores del dicho Conuento, y dello ay constitucion en la dicha Prouincia. Dudase si por no ser moradores de aquel Conuento y subjectos a aquel Guardian, tendrā la voz actiua, y passiua: como hasta aqui la an tenido? Respondese que se guarde la costumbre antigua siempre. Frater Franciscus à Tholosa Minister Generalis & seruus.

6 ¶ Gregorius. 14. Romę apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die. 25. Aprilis anni Domini. 1591. Pontificatus sui anno primo, ad instantiam prędicti Ministri Generalis Fratris Francisci de Tholosa ad futuram rei memoriam, auctoritate Apostolica perpetuò statuit, & decreuit Commissariorum pro tempore in his partibus [videlicet in Indijs Occidentalibus, & Orientalibus] deputatorum à Generali Ministro superioritatem vsq; ad nouorum Commissariorum ad has partes aduentum perdurare, ipsarumq; partium Fratres, ac Religiosos dicti Ordinis, quoscunq; toto eo temporis spacio obedientiam, & reuerentiā consuetas exhibere

debere:

debere: nec ab illa quocunq; prętextu exemptos esse, ipsosq; Commissarios illos visitare, corrigere, reformare atquè ad obedientiam pręstandā recusantes pęnis Ecclesiasticis, & alijs opportunis remedijs [iuxta Ordinis constitutiones] coercere posse, ac debere: sicq; per quoscunquè Ministros, & Superiores eiusdem Ordinis, aliosquè iudices Ordinarios, & delegatos, sublata eis, & eorū cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbiquè iudicarì, & diffiniri debere: irritum quoque, & inane quicquid secùs super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & Ordinationibus, Apostolicis, ac prędicti Ordinis statutis, & consuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis & literis Apostolicis eidem Ordini illiusque Superioribus, & personis in genere, vel in specie quo modolibet cōcessis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus illorum tenores prǽsentibus pro expressis habens hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogat, cæteris

que ceteris q; cõtrariis quibuſcũq; nõ obſtã tibus &c. Hoc Breue originale habetur in Archiuo ſancti Franciſci de Mexico. Et illius vſus permiſſus à Senatu Regio Indiarum, vt teſtatur Ioannes de Ledeſma. ¶ Circa hoc Breue animaduertendum eſt, ꝙ per illud ſublata eſt prorſus antiqua Ordinis conſuetudo, ſecundum quam in Vigilia Pentecoſtes eo tempore quo Miniſtri Generalis officium ceſſabat, expirabant etiam omnes illius Commiſſarii, modo autem illorum perdurat officium vſq; ad aduentum noui Commiſſarii. Vide Fratrem Emanuelem. 1. p. Sum. ca. 74. num. 4. Conc. 4. vbi ſatis expreſſè hanc defendit Prouinciam, & eam excuſat.

COMMVNICATIO CVM IN *fidelibus. &c.*

1 ¶ Poſſunt noſtri in terris Infidelium, Hereticorum, & Schiſmaticorum, vel vbi magnus eſt talium numerus, quando neceſſitas vrgeret, & periculum eſſet maioris ſcandali, conuerſari cum huiuſmodi hominibus, & Miſsas celebrare, etiam ſi illi pręſentes ad ſint in Eccleſia, dummodo prohiberi neque ans

ant sine maiori scandalo. Pius Quintus in viuæ vocis oraculis, pag. 32. Hac facultate vti possunt omnes nostri, vnusquisq; in suo gradu, & officio. Ex Cōpēdio Indico Societatis.

¶ Possunt Patres Societatis sine periculo irregularitatis, per varia Indiæ loca milites Lusitanos exhortari in bello cum Infidelibus, ad fortiter cum hostibus confligendum: dummodo Patres ipsi haud ferant arma. Concessit hoc Pius Quintus quarto die Ianuarii anno Domini, 1569. ad decennium. Quod postea Gregorius, 13. indulsit in perpetuum, vt est in Viuæ vocis oraculis pag. 59. &. 86. Hanc etiam possunt Superiores communicare iis omnibus, quos ad huiusmodi officium deputabunt. Ex Compen. Indico Societatis. ver. Bellum.

COMMVNICARE.

1 ¶ Scito ꝙ in Clementina Religiosi, de Priuilegiis, excōmunicantur ipso facto quicunq; Religiosi, qui Sacramentū Eucharistię conferunt Clericis vel Laycis, nisi prius habeant licentiam specialē Parochi, ibi enim dicitur. Religiosi, qui Clericis, aut Laycis Sacramentum vnctionis Extremę vel

Eucha-

Eucharistię ministrare, Matrimonia solemnizare, non habita super his Parochialis presbyteri licentia speciali, aut qui excommunicatos à Canone [prętterquàm in casibus à iure expressis, vel per priuilegia Sedis Apostolicę concessa eisdem] vel à sententijs per statuta Prouincialia, aut Synodalia promulgatis, seu vt verbis eorum vtamur à pęna & à culpa absoluere quęquàm præsumpserint excommunicationis incurrunt sententiam ipso facto per sedem Apostolicam dumtaxat absoluendi. Quos etiam locorum Ordinarij, postquàm de hoc eis constiterit faciant publicè nunciari excommunicatos, donec de absolutione ipsorum eis facta fuerit fides; nullo Religiosis eisdem super hoc exemptionis, vel alio priuilegio suffragante. Hæc ibi.

¶ Circa hanc Clementinam aduertè primò, ꝙ per illam non reuocantur priuilegia & exemptiones ante ipsum Clementem. 5. factę Religiosis ad ministranda Sacramenta. Qua propter habentes priuilegium ante ipsum Clementem. 5. ad ministranda Sacramēta, poterunt ea libere administrare, sine eo quòd incidant post huiusmodi constitutionem

stem in excommunicationem. Ita docet Doctissimus Pater Magister à Veracruce in egregia huius Clemẽt. Expositione. 1. p. q. 4. conc. 5. quem sequitur noster Emanuel. 1. to. qq. regul. q. 66. art. 2. Et probat primo, ex verbis citatis, ibi [pręterquàm in casibus a iure expressis, vel per priuilegia Sedis Apostolicæ concessa eisdem. Probatur deinde ex. §. finali, dictæ Clemẽtinæ. Vbi ait Clemẽs. 5. Sanè Religiosis illis, quibus est ab Apostolica Sede concessum, vt familiaribus suis domesticis, aut pauperibus in Hospitalibus suis degentibus Sacramenta possint Ecclesiastica ministrare, nullũ ex prętmissis volumus quo ad hoc preiudicium generari. Hæc ibi. Sequitur ergo, ꝙ Clemens. 5. per suam constitutionem, priuilegia [si quæ erant] prędecessorum non reuocauit, sed confirmauit. Sicut ergo priuilegium vt domesticis possint Sacramenta ministrare, per dictam Clementinam non est reuocatum, sed confirmatum: eadem ratione, si Religiosi haberent priuilegium ministrandi generaliter omnibus ista Sacramenta: non fuit ablatum per Clementem. Saltem ex verbis constitutionis hoc cõstare non potest. Quapropter, si modo Clemens.

mens. 8. qui nunc praeest Ecclesię Dei verbis Clementinę ad literam prohiberet Religiosis Sacramenta prędicta ministrare, vel modo confirmaret prędictam Clementinam expressè, non ob id diceretur abstulisse, aut reuocasse priuilegia Sixti.4.Nicolai.5. Leonis.10.& Adriani. 6. quæ habent Religiosi, qui in terris nouiter conuersorum habitant, ad ministranda prędicta Sacramēta. Et quod hęc sit intelligentia Clementinę declarat in lectione eiusdem Ioannes de Imola num. 15 quando dicit, constitutionem non habere locum, vbi ex consuetudine vel priuilegio Sacramenta prędicta ministrantur. Et sic citat Paulum dicentem [vt patet] extra de foro competentì. capit. Cum contingat, de statu Monachorum, Capi. Ne in agro. Sanè idem Cardinalis Zabarela intelligit, & idem Ancharranus.

3 ¶ Nolo hic disputare. An consuetudo quam in hac Noua gente habent Religiosi ministrandi Sacramenta, eis priuilegij suppleat vices, quàm pręualere circa illos qui in Hospitalibus Religiosorum sunt, asserit Ancharranus. Neq; vim facio in hoc, ꝙ omnes Neophiti qui & fidei domestici vocandi

Religiosis hucusq; sunt commissi, tanquàm familiares & domestici, qui velut Gallina pullos, sic & ipsos sub alis habuerunt, & habent modò. Et tanquàm Pedagogi Pedagogiam circa eos exercuerunt, & exercent modo, in omnibus ad ipsos Religiosos tanquàm ad vnicos defensores aduolando in miserijs suis, & tribulationibus non paucis, quibus Deus optimus, & diuinus agricola discutit, & conterit, vt excusa palea [statim post mortē] puriores in horreum introducat cœleste.

4 ¶ Ad rē igitur redeuntes dictis maximè obstare videtur verba eiusdē Clemētinę ibi. Nullo Religiosis eisdē super hoc exēptionis, vel alio priuilegio suffragāte. Ex quibus verbis videt̃ colligi, Clemētē Quintū reuocasse ōnia priuilegia in cōtrariū. Pater Magister à Verac. vbi supra cōc. 6. ad hāc respōdet difficultatē, ꝙ verba Clemētis intelligēda sunt, nō quo ad administrationē Sacramētorū: sed quo ad pęnam ibi appositam. Hoc est dicere, ꝙ quando dicitur ꝙ nulla exemptione, aut priuilegio obstante, non debet intelligi de priuilegio quo ad Sacramēta ministrāda. Quia per Clementinam non est facta priuilegij reuocatio [vt modo diximus] quia aliàs Papa

esset

esset sibi contrarius: cum in fine dicat, eos qui habent priuilegium excusari [vt ostensum est,] Sed debent verba intelligi quãtum ad pęnam ibi appositam, vt sit sensus. Quòd etiam si Religiosi habeant exemptionem, aut priuilegium: ꝙ non possint excommunicari: si prędicta Sacramenta eis interdicta ministrent, incidant in pęnam ibi positam: & quo ad hoc fit reuocatio exẽptionis, & priuilegij, per Clementem. Ita ꝙ si Religiosi habebant ante hanc exemptionem [ea non obstante] in Canonem incidebant, qui Sacramenta prędicta ministrarent. Si tamen esset priuilegium de eis administrandis, poterat vti priuilegio, quia in hoc non est facta reuocatio. Hanc intelligentiam tenet & sequitur Glossa, dictę Clemẽtinę, ver, Suffragãte, quando ait. Quin scilicet, pęnam incurrãt, & denuncientur [vt dictum est] priuilegia enim super his concessa tollere nõn intẽdit. Hæc glossa. Et vt clarius pateat hic sensus, cõsideranda sunt verba posita in margine ad dictam Clementinam, super illa verba Clementinę, ibi. Ex communicatos faciant publicè nunciari. Colligit enim exhis Glossa marginalis. Ergo ad instantiam promotoris,

vel

vel Parochi, citari possunt coram Officiario Diœcesani, visuri has pęnas, & cēsuras incurrisse. Hæc dicta Glossa. Ex qua colligo, quòd nullum priuilegium, aut exemptio ipsis Religiosis suffragari potest, quominùs ad instantiam promotoris, vel Parochi citari possint coram Officiario Diœcesani, visuri has pęnas, & censuras incurrisse, si prædicta Sacramenta sine aliquo priuilegio, aut legitima consuetudine id permittente, administrauerunt. Si enim ea [facultate Apostolica permittente] administrauerunt, in nullas pęnas incurrisse dicendum est, vt patet ex alijs verbis eiusdem Clementinę superius relatis. Et hic intellectus est necessario admittendus: alioquin diceremus Clementem. 5. sibi statim contrariari. Videatur Pater Emanuel art. 2. q. citat.

5 ¶ Secundo notandum est, ꝙ Clerici presbyteri qui prædicta Sacramenta administrāt absq; licentia presbyteri Parochialis, licet grauiter peccent: in excommunicationem tamen non incidunt. Patet prima pars. Quia cum administratio Sacramentorum requirat iurisdictionis potestatem, simul cum illa quę est Ordinis; qui primum non habent, etiam

si secunda non careant, peccant in administratione, & cum res sit grauis, graue peccatū erit. Secunda veró pars ex eo manifesta apparet, ꝗ solum Religiosi pęna excommunicationis in dicta Clementina comprehenduntur, non autem Sacerdotes sęculares. Est Magistri à Veracruce vbi supra. q. 1. concl. 3.

6 ¶ Verum quando Parochus dat licentiam suo subdito vt à quocunq; Sacerdote possit recipere Eucharistiam; non est dubium quim eam à regulari Sacerdote valeat, & possit recipere. Vnde Eugenius. 4. declarauit, ꝗ quando Sacerdos Parochialis dat licentiam suo subdito, vt à quocūq; possit recipere Eucharistiam eo casu possit recipere eam à Religiosis ex Compendio, ver. Communicare. §. 3. & ex supplemēto fol. 101. concess. 40. Quod nota quia per hanc declarationem respondendum est Siluestro Excom. 7. & 14. vbi multa scrupulosa dicit, & sic, si Frater Minor iter facit ex licentia sui Pręlati, potest recipere communionem à Prędicatore, & similiter ab eo Frater alterius Ordinis.

7 ¶ Tertiò notandū est, ꝗ cum Summus Pontifex sit supremus Parochus in Ecclesia Dei, potest pro libito [saluo Ordine Hierarchico] exem-

exemptionem concedere, & priuilegium Religiosis, quo possint Sacramẽta Eucharistię, & Extremę vnctionis administrare: Matrimoniaq; solemnizare, sine licentia Curati: & quod prędicti in penam huius Clementinæ non incidant, sic administrantes. Potest etiam eiusmodi priuilegium & exemptionem iam concessã, vel õnino auferre, vel limitare, aut coarctare: quicquid prędecessores eius auctoritate Apostolica concesserint & indulserint. Vnde etiam si Clemens.5. per hanc Clementinã reuocasset priuilegia Religiosis concessa [quod non est dicendum] potuerunt subsequentes Pontifices Sixtus.4. Nicolaus.4. Leo.10. Adrianus.6. Paulus.4. & tandem Pius.5. priuilegium concedere [sicut defacto concessere] vt in terris illorum qui denuo ad Christum conuertuntur, possint Religiosi prędicti Sacramenta liberè ministrare: & defacto etiam indulserunt pro õmnibus fidelibus, vt possint Fratres illis Sacramentum Eucharistię ministrare, vt nu.18. & 19. dicemus.

¶ Et tandem Gregorius. 13. die. 21. Maij anni Domini. 1575. Pontificatus sui anno. 3. omnia & singula priuilegia immunitates, prerogatiuas, & alia cõcessa in fauorẽ triũ Ordinũ

Sancti Francisci de nouo confirmauit; non ob stante hac Clementina Religiosi, de priuilegijs, Super Cathedram Bonifacij, Dudum, Viennensis Concilij, & Dudum, de Sepultu. ¶ Et Sixtus. 5. die. 3. Octobris, anni Domini. 1587. anno etiam. 3. sui Pontificatus, ex certa scientia approbauit, confirmauit, & innouauit omnia priuilegia Fratrum Minorum quę decretis Concilij Trident. non contrariantur, aut aduersantur.

8 ¶ Nicolaus. 5. concessit. Generalibus, & Prouincialibus Ministris, & omnibus Confessoribus Ordinis Min. deputatis ad audiendas Confessiones sęcularium, vt possint omnibus [quarumcunque Dięcesum] quorum Cõfessiones audierint, Sacratissimi Corporis Dominici communionem dare omni tempore, pręterquàm in die Resurrectionis Dominicę. Ex Cõpend. R. P. Christophori de Capite Fontium. ver. communicare. nu. 4.

¶ Sixtus. 4. prout ibidem nu. 5. continetur fecit consimilem concessionem ad literam, sicut Nicolai. 5.

9 ¶ Veruntamen Leo. 10. quodam Viuę vocis Oraculo authẽtico, de quo in Ordinis Suplemẽto. fo. 58. con. 160. concessit de nouo, id quod

quod Nicolaus. 5,& Sixtus. 4. concesserant. Et insuper declarauit, quod licet audire Confessiones sęcularium non possint, nisi in supra dictis breuibus nominati; ministrare tamen Sacramentum Eucharistię [tempore concesso] possit quilibet Sacerdos Religionis. Et in eo ꝙ dicitur [vbi supra] de die Resurrectionis, declarauit, quod possint ministrare Sacramentum Eucharistię in die quo celebratur festum Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi dumtaxat, sine Rectoris parochialis, aut Dięcesani licentia.

10 ¶ Iulius 2, concessit Fratribus Ordinis Minimorum, vt in Ecclesijs suis quoties opus fuerit possint ministrare & ministrari facere Sacramentum Eucharistię curialibus, mercatoribus, peregrinis, & transeuntibus, ac alijs, quibuscunque personis, Ex Compen. nu. 12.

11 ¶ Eugenius. 4, declarauit optime iuri satisfactum esse, & Canoni seu decretali. Omnis vtriusque sexus, si in Hebdomada sancta, vel infra octauam Paschę Resurrectionis Dominicę [secundum meliorem dispositionem conscientię, & aptiorem mentis deuotionem] fideles Sacro Sanctum Sacramētū Eucharistię accipiant. Et idē cōcessit Oraculo viuę vocis.

¶ Idem Eugenius concessit, q̄ quando quis tempore Paschali se repererit in aliena Diœcesi, semper ibi intelligatur adeptum incolatum, vt ibi confiteri, & communicare valeat, quantuncunq; ibi paruo tempore steterit. Ex Compen.cap. Font,n.1.&.2.

13 ¶ Pius.5.mense Iulio anno Domini.1567 Pontificatus sui anno.2.in Motu proprio. Et si Mendicantium Ordines.&c.concessit Fratribus Mendicantibus, q̄ Christi fideles possint Sacramentũ Eucharistię [Resurrectionis Dominicę festiuitate dumtaxat excepta] ab illis sumere: illudq; per Fratres huiusmodi administrari valeat, Ordinariorum, vel Curatorum licentia non requisita: neq; ad aliud prędictos fideles cogi, aut compelli posse per Ordinarios, aut Curatos.

41 ¶ Laurentius Episcopus Pręnestinus Cardinalis Sanctorum Quatuor Coronatorum nuncupatus, ac maior Pęnitentarius Romę die 13.mensis Februarij anni Domini.1526.Pontificatus Clementis. Papæ.7.anno 3.testificatur q̄ cum fœlicis recordationis Innocentius Papa.3.in Cõcilio Generali statuerit, omnes vtriusque sexus Christi fideles postquàm ad ãnos discretionis peruenerint, saltem, semel in ãno

peccata

peccata sua proprio Sacerdoti confiteri, ac iniunctam sibi pęnitentiā adimplere, & ad minus in Paschate Eucharistię Sacramentum suscipere debere, nisi forte de proprij Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione ducerēt abstinendū, alioquin & viuentes ab ingressu Ecclesię arceri, & moriētes Christiana sepultura carere debere. Tamen Sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster Clemens diuina miseratione Papa. 7. sibi persuadens non fuisse intentionis legislatoris animas illaqueare fidelium, ad communicandum pręcissé in die Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, dummodo semel in anno confiteantur, & ad minus in Paschate suscipiant Eucharistię Sacramētum in partibus Hispaniarum, in quibus propter numerum communicantium esset impossible, vt in die Paschæ Eucharistiæ Sacramētū suscipere possēt Christi fideles, ipsos in Hispaniarū Regnis huiusmodi, si à prima die Cinerū vsquè ad Octauā Resurrectionis Dñi. nostri Iesu Christi, proprio Sacerdoti peccata sua singulis annis Cōfessi fuerint, & intra dictū tēpus Eucharistiæ Sacramētū secūdū eorū meliorē conscientiæ dispositionē, & arctiorē mentis

mentis deuotionem susceperint, Viuę vocis Oraculo desuper nobis facto, Canoni huiusmodi satisfecisse declarauit. In quorum fidem literas testimoniales per Secretarium authẽticas, & suo sigillo munitas exibuit, & prẹstitit. Hoc refert Frater Emanuel in Explicatione Cruciatę. fol. 291. & 292.

15 ¶ Circa predictas concessiones suboritur dubium. Quid per diem Paschatis intelligãt Summi Pontifices? Doctissimus Xuarez. 2. p. disputatione. 82. Opinatur mentem Pontificum fuisse excipere communionem Paschalem: non materialiter [vt ita dixerim] sed formaliter, seu prout precepta est lege, quæ pręcipit semel in Paschate communicare. Nam capitulum, Omnis vtriusq; sexus, in initio solũ præcipit semel cõmunicare in Paschate, quamuis posteà ab Eugenio. 4. declaratum sit, illud Pascha comprehendere omnes octo vel quindecim dies à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiuè, Et sic omnis communicatio qua impletur illud preceptum intra dictos dies dicitur Paschalis, seu in Paschate facta; exceptio autem quę apponitur in dictis priuilegijs sine dubio respicit hoc preceptum, vt in sua vi maneat, & eodem modo im-

do impletur, quod in eo statutum est, vt scilicet nemo possit tunc ad effectũ implendi dictum preceptum communicare, nisi in propria parochia, aut de licentia sui Parochi, etiam in Ecclesijs Mendicantium. Eandem sequitur sententiam Pater Emanuel Tom. 1. qq. regul. q. 56. art. 3. vbi docet in prædictis priuilegijs, & indultis solam excipi communionem; qua impletur hoc præceptum in Paschate, siue fiat prima die, siue in quolibet alio sufficienter intra dictos quindecim dies. Et è contrario, si præceptum iam impletum est in Parochia ante illum primum diem, vel postea implendum est, non censet esse per se exceptum primum diem Paschatis, quominus possint Religiosi vti suis priuilegijs, & ministrare hoc Sacramentum. Nec obstare, ꝙ in dictis priuilegijs dicatur. Preterquàm in festo Pasche Resurrectionis Dominicæ, seu Preterquam in die Resurrectionis Domini, dumtaxat. Quia nõ est attendendus materialis sonus verborum, sed sensus, & intentio Pontificis, qui, vt dixi, communicationem qua impletur præceptum vocat communionẽ in die Paschatis, seu quod idem est, in die Resurrectionis Dominice.

¶ Deinde dicit interpretationem hãc non esse

esse violentam,sed satis obuiam.& claram,ac literis Apostolicis accõmodam, & consentaneam, supposito modo loquendi capituli Omnis vtriusquè,sexus,& intelligentia totius Ecclesiæ,Quam explicationem admittunt Compendium,et Constitutiones Societatis, vbi dicitur.Omnes Christi fideles quouis anni tempore Rectorum Parochialium Ecclesiarum licentia minimê requisita posse à presbyteris Societatis sacram Eucharistiam accipere,præterquàm in festo Paschæ Resurrectionis Dominicæ, & in mortis articulo nisi necessitas vrgeat: modo qui communicat prius aut postea sit communicaturus in propria Parochia, vt satisfaciat pręcepto capituli,Omnis vtriusquê sexus.&c. His addit Enriquez.To.2.lib. 8.de Eucharistia cap.55.lit.G.ꝙ aduenis, qui non habent proprium Parochum, licebit etiã ipso die Paschatis pro impletione præcepti dare communionem,vt tenet Soto 4.°dist. 18.q. 4.art.2.quia cessat totus finis & ratio prohibitionis,vt in simili docet Nauarrus cap.16. nu. 36.Quæ ratio probat de aliis qui iam in Parochia satisfecerũt præcepto. ¶Ex prædictis infert primo Pater Emanuel facultatem Bullæ Cruciatæ qua conceditur licẽtia accipiẽdi

Eucha-

Eucharistiã tempore interdicti in alijs Eccle sijs, vel priuatis oratorijs, prætterquàm in die Paschatis ad eundem modum debere intelligi: idest prę̨terquam in ea communione qua impletur pręceptum communionis in die Paschatis. Quia nisi sic exponamus sequitur illud absurdum quod possint implere hoc pręceptum in priuato oratorio, & postea in die illo Paschę, nec ibi neque in Parochia communicare.

¶ Secundo infert q̄ vbi est consuetudo ligitima, & pręscripta satis faciendi huic pręcepto cõmunicãdo quolibet die Quadragesimę qualis est in Cõimbrica, & in multis aliis locis, cum fideles possint se conformare dictę cõsuetudini, prout resoluit Naua.c.21. nu.45. & communicare ad effectum adimplendi pręceptum communionis Paschalis in prima die Cinerum, non poterunt dicti fideles communicare etiam in die Cineris, nisi in propriis Parochiis, aut de licentia suorum Parochorũ.

¶ Sed Doctissimus Nauarro in suo Manuali capit.21.num.52. explicans supra dicta priuilegia Nicolai. 5. & Leonis.10. per diem Resurrectionis non totam Hebdomadam Paschę esse intelligendum: sed solum diẽ Domi-

Dominicũ docet. Modo accipiatur ad implendum præceptum, modo non, Vnde tam percipiens quàm administrans hoc Sacramẽtũ primo die Resurrectionis absq; licentia expressa, vel tacita, aut priuilegio speciali, peccat mortaliter, siue fiat ex deuotione; siue ad implendum præceptum. Quod patet ex prædictis Pontificibus excipientibus diem Paschatis, his verbis: Præterquàm in die Paschatis, seu in die Resurrectionis. Quem multi sequuntur Doctores, & præcipue Pater Ildephonsus de Noreña, & Pater Magister à Vera cruce in suis Compendiis. ver. Communicare, notabili primo. Et quod sic declarari possit, dicunt probari per priuilegium Pauli. 4. qui nobis cõcessit õnia priuilegia cõcessa vel concedẽda, iuxta fauorabiliorẽ illorũ interpretationẽ intelligẽda esse. Dicunt deinde quod fideles suscipientes Eucharistiã à Fratribus excepto die Dominico adimplẽt præceptũ cõmunionis Paschalis modo sit in Hebdomada Sãcta, modo in Hebdomada Paschæ, vt tenet Nauarrus. cap. citato. nu. 45. iuxta præallegatã Eugenii. 4. concessionem. Et hoc concessit Pius. 5. quando dixit, nec ad aliud faciendum per Ordinarios, vel Parochos posse fieri, decernit, & sic

sic excōmunicatio esset nulla. Et re vera Pater Emanuel sequitur Doctorem Nauarrum in Explicatione Crucitatę. §. 5. dubitatione prima. num. 9. fol. 29. & 1. p. Summę. cap, 64. cōc. 1. vbi etiam docet Ecclesię præceptum ad implesse, qui à prima die Cirenum, vsq; ad octauam Resurrectionis Dimini nostri Iesu Christi singulis annis Eucharistię Sacramentum [secundum eorum meliorem conscientię dispositionem, & arctiorem mentis deuotionem] susceperint: iuxta Clementis Papę. 7. concessionem iam relatam. In eadem est sententia Pater Vega in sua Summma cap. 61. caso. 10.

16 ¶ Deinde notant Pater Noreña. & Pater Magister à Veracruce, ꝙ Paulus. 4. concessit nobis, vt possimus administrare omnia Sacramenta omnibus Indis: & quia non excipit diem Resurrectionis, & cōcessit vt omnibus Indis possemus administrare. Sequitur ꝙ in nostris locis etiā die Dominico Resurrectionis possumus omnibus Indis dare Eucharistię Sacramentum, etiam in populus Hispanorum. Vide supra verb. Baptizare. §. 6. & sequentibns.

17 ¶ Notant etiam, ꝙ viaticum possumus dare omnibus fidelibus in domibus nostris

excepto

excepto die Dominico Pasche: sed deferre solemniter in domos infirmorum prohibetur, & Siluester Excomu. 14. dub. 3. intelligitur stando in iure commu. Imo si Parochus abesset posset Religiosus deferre Eucharistiam idest viaticum infirmo Indo, vel Hispano iuxta Doctrinam Hostiensis Innocentii, & Ioannis Andreæ, & Angeli. Quia necessitas caret lege: & sic non agit Religiosus contra Clementinam. Quia non est presumendum in tali casu voluisse piam matrem Ecclesiam impedire viaticum, immo nec vnctionẽ extremã: quicquid dicat Doctissimus Siluester, vide infra, nu. 25. & ver. Familiares. Et Pater Emanuel. q. cit. art. 5. hoc idem docet dicens, ꝙ quantũ attinet ad periculum mortis, si Parochus nõ adsit, & necessitas vrget, nõ est dubiũ, quin possit simplex Sacerdos licitè viaticũ dare, siue sit Religiosus, siue nõ: quia cũ iure cõmuni concedatur simplici Sacerdoti absente Parocho confiteri existentẽ in articulo mortis, censetur etiã concessa cõmunio in eodẽ articulo, argumẽto eorum, quæ dicuntur. c. Ea. de Pę. & remis. in iure, vel expræsumpta rationabili voluntate Parochi vel certa Episcopi, vel Summi Pontificis, si fortassis de Parochi iniqua voluntate constet.

constet. Et ita Paulus. 3. in priuilegio concesso Societati excipiendo festum Resurrectionis, & mortis articulum addit. Nisi necessitas vrgeret. Deniquè hoc est valde consentaneum ipsi iuri naturali, quo tenemur & tetur Ecclesia proximis subuenire, præsertim in spiritualibus necessitatibus, necessitas autem huius Sacramenti quàmuis non sit Extrema, est tamen valde grauis. Hoc idem tenet Enriquez. to. 2. lib. 8. de Eucharist. c. 55. nu. 1. lit. H.

8 ¶ Sed est dubiũ, Vtrũ sit aliquod priuilegiũ quo cõcedat Fratribus Mẽdicãtibus cõmunicare fideles etiã in cõmunione Paschali, sine timore excõmunicationis maioris in capitulo, Religiosi de priuilegiis proposite? Respõdeo, ꝙ Nicolaus. 5. ãno Dñi. Millesimo Quadringẽtesimo Quinquagesimo Octauo, Põtificatꝰ sui ãno quarto, quarto Calẽdas Octobris, cõcessit quod deputati, vel pro tẽpore deputandi Confessores in Monasterio B. Mariæ de Guadalupe Sacramentum Eucharistię, quibuscunquè personis ad prędictũ Monasterium confluẽtibus etiam in die Paschatis ministrare libere & licitê possint Dięcessanorum, aut cuiuslibet, alterius licẽtia minime requisita. Ita habetur, in Cõpendio Ordinis Diui Hieron. §. 2. & 6.

¶ Et

18 ¶ Et in eodem Compendio refertur etiam q Antonius Cardinalis ac Pęnitentiarius Pauli.3.anno primo sui Pontificatus.13. Calendas Februarii de eiusdem Pōtificis speciali mandato Viuæ vocis Oraculo super hoc ei facto indulsit, & concessit, q omnes Fratres presbyteri Monasterii prædicti. B. Mariæ de Guadalupe; tam intra, quam extrà, in illius capellis, oratoriis, grangeis, & locis aliis eiusdem Monasterii [non contradicente Priore, aut in eius absentia aut sede vacante [Vicario] possint ministrare Sacramentum Eucharistię, etiā in die Paschatis, subditis eiusdem Monasterii, vel ab eo dependentibus, & aliis illuc confluentibus vtriusq; sexus, Diœcesanorum locorum Curatorum, aut Rectorum, ad hoc licentia minime requisita, & sic præcepto Ecclesiæ satisfaciant: non obstantibus contrariis quibuscunque. Hæc Antonius Cardinalis. Ex eodē.

19 ¶ Pater Emanuel.1.Tom.qq.regu.q,56.art. 3.circa has concessiones aduertit primo, q licet specialiter fuerint concessæ Monasterio Beatæ Mariæ de Guadalupe propter maximā deuotionem ad imaginē immmaculatæ Virginis ibi in altari maiori collocatam: per cōcessionem tamen. Pii.4.per Pium.5. expeditā, hæ, &

he, & similes concessiones factę particularibus Monasterijs dicti Ordinis, factę sunt communes totius Ordinis Monasteriis, etiam si in his non militent causę, propter quas fuerunt indultę, de quo infra. ver. Communicatio priuilegiorum. §. Quo supposito, cum hoc priuilegium sit iam commune omnibus Monasterijs dicti Ordinis, sequitur euidenter, quòd etiam possunt eo frui Monasteria Ordinum Mendicantium, & aliorum, qui suorum Indultorum, & gratiarum plenissimam habent communicationem, & sic sine timore alicuius peccati, & excommunicationis possunt Fratres Mendicantes, & alij in priuilegijs communicantes ministrare Sacramentum Eucharistię omnibus fidelibus in die Paschatis. Vbi perpendēdū est verbū illud, in Ecclesijs suis. Nā in alienis Ecclesiis id non poterunt efficere in communione Paschali. In alijs autem communionibus non obligatorijs potestatem habēt, ad in quacunq; Ecclesia fideles communicandum, ex concessionibus Nicolai. 5. & Sixti. 4. & declaratione & extensione Leonis. 10. de quibus in initio huius articuli fecimus mentionem. Et sic Iulius. 2. in priuilegio concesso Presbyteris Ordinis Minimorū Superius nu. 10. alle-

10. allegato, indulgens ipsis generaliter, vt Sacramentum Eucharistię possint omnibus ministrare, non excipiendo communionem diei Paschatis, hanc concessionem solum voluit, vt suum effectum in Ecclesijs ipsorum Fratrum sortiretur. Alibi enim id ipsis per dictam facultatem minime indulgetur. Per facultatē Leonis 10. extra communionem Paschalem, id sibi indirectè per viam communicationis generaliter conceditur in omnibus communionibus voluntarijs, vt scilicet, in quacunquē Ecclesia possint fideles communicare.

21 ¶ Secundo aduertit prędictis non obstare, ꝙ in multis Religionibus abhinc multis annis seruatur Leonis. 10. & aliorum Summorum Pontificum constitutio & priuilegium, vt scilicet non administretur fidelibus in Ecclesijs ipsarum Religionum communio Paschalis. Secundo non obstat, ꝙ per non vsum concessio Iulij. 2. & aliorum Pontificum videtur sublata. Prę sertim cum priuilegia Regularium à Summis Pontificibus confirmentur quatenus sunt in vsu. Nam ad hęc respondetur primo, ꝙ confirmando tantum priuilegia, quæ sunt in vsu, non proinde visi sunt reuocare ea quæ non sunt in vsu : quia priuilegia

sunt stricti iuris, & in illis argumentum à con trario sensu locum minime habet [licet in iure communi valeat] & sic ea non confirmando relinquuntur in robore, quod habēt. Secundo respondetur, ꝙ hoc priuilegium licet non sit in vsu, habet modo suam vim: quia priuilegia Minimorum [& per consequens aliorum Mē dicantium] fuerunt confirmata à Pio. 4. & ab alijs Summis Pōtificibus cum clausula ex cer ta sciētia, & de plenitudine potestatis, quę clau sula vt optime docet Pater Emanuel To. 1. qq. q. 8. art. 1. & 3. confirmat etiam priuilegia quæ sunt per non vsum abrogata. Quid? ꝙ & Sixtus. 5. in noua confirmatione omnium priuilegiorum concessorum nostrę Seraphicę Religioni ex certa scientia, & de plenitudine potestatis confirmauit dicta priuilegia, subticēs illud verbum, quatenus sunt in vsu. Et hoc cō firmatur: nam ipse Summus Pontifex non solum confirmauit dicta priuilegia, sed etiam de nouo cōcessit: & per cōseques de nouo cō cessit ipsis Minoribus per viam cōmunicationis priuilegiū Nicolai. 5. & Antonij Cardinalis cōcessum Monasterijs Ordinis Diui Hieronymi: & priuilegium Iulij. 2. concessum Fratribus Minimis. Quę cum sint tam recenter con-

concessa, non potest contra ea allegari non vsus, qui legitimam inducat prescriptionem. Presertim cũ non vsus minime preiudicet ignorantibus: & talis non vsus indictis Religionibus ex ignorantia priuilegiorum fuerit introductus.

22 ¶ Et quod amplius est, tandem aduertit presbyteros seculares in Ecclesijs Mendicantium celebrantes posse de licentia Fratrum Sacramentum Eucharistię vtriusq; sexus fidelibus ministrare, etiam in communione Paschali, vt manifeste patet ex preallegato Iulij. 2. indulto Fratribus Minimis facto. Et sic tenet Medina in sua Confessorum instructione, lib. 1. cap. 11. in fine. Et Enriquez. 2. To. de Eucharistia lib. 7. cap. 55. nu. 1. lit. cc. de licentia Sacristę posse quemlibet Sacerdotem secularem in Ecclesijs Mendicantium celebrantem, Eucharistiã fidelibus ministrare. Quod adeo est verum, vt celebrando tempore interdicti id ipsum efficere possit, si seculares habeant facultatem recipiendi hoc Sacramentum tali tempore, vt adnotauit Corduua in Additionibus ad Compendium, tit. Communicatio priuilegiorum.

23 ¶ Circa hæc aduerte, ꝙ aliqui viri non in

docti

docti prout refert Doctor Xuarez. 3. p. disputatione 72. Sec. 2. pag. 1059. col. 2. in fine docent Eucharistię administrationem Sacerdoti nō posse committi, nisi ab Episcopo illum exponente [iuxta formam Concilij Tridentini, quę seruatur in instituendis Confessarijs] at ipse Doctor Xuarez contrarium existimat: nā licet Concilium non concedat iurisdictionē ad administrandum Sacramentum Pęnitentię nisi Sacerdoti ab Episcopo exposito: non tamen negat ipsam Sacerdotibus simplicibus respectu Sacramenti Eucharistię habentibus ad id licentiam à Sede Apostolica, aut à Parocho. Quid? quod multo maior scientia & prudentia, alięq; qualitates requiruntur in Ministro Confessario, quàm in Ministro Sacramenti Eucharistię, vt est manifestum. Quia ille est iudex, & medicus spiritualis: hic autem nihil aliud pręstat quàm consecratum Sacramentum ad vsum applicare, & ei distribuere, quem supponit à proprio pastore, esse approbatum, cum ab illo habeat dandi facultatem. Neq; etiam aufert à Parocho licentiam, vt possit licentiare quemcunq; Sacerdotem sęcularem, non impeditum ad hoc munus peragendum. In eadem sententia est Pater Emanuel. 1.

Tom. q. 56. artic. 7.

24 ¶ Cum in Indorum populis & nouis cõuersionibus non semel contingat Sacerdotem vnicum, & Diaconum simul cohabitare & coexistere, dubium est, An Diaconus Religiosus possit hoc Sacramentum ministrare Fratribus aut sęcularibus in aliqua necessitate?

¶ Sanctus Thomas. 3. p. q. 82. art. 3. & in 4. d. 13. q. 1. art. 3. & Richardus art. 1. q. 3. eiusdem distinctionis, & Durandus. q. 4. & Irrefragabilis Doctor Alexander Halensis. 4. p. q. 50. mẽbro tertio, & Summistę, ver. Eucharistia, & ver. Communicare, docent ex Conciliis Niceno, Arelateno, & Carthaginẽsi, Diaconos in necessitate, & iussu presbyteri hoc posse: ita quod ad hoc est necessaria iusta causa, vltra mandatũ presbyteri. Ex quo nulla causa interueniente iniquum, & contra ius esset tale mandatum, aut licentia, & nullo modo obligaret, nec obediri posset, quando certo constaret nullam interuenire huiusmodi causam. Secùs vero esset, quando hoc non constaret: nam tunc parendum est Superiori, vel credendum Episcopo, aut presbytero causanti impedimentum; quãuis inferiori esset ignotum. Maximè quia non oportet hanc causam esse extremam, sed moralem.

ralem. Aut quod Sacerdos fit debilis, aut infir mus. Ex quibus colligitur responsio ad difficultatem propositam, scilicet, si in aliquo Monasterio contingat solum Prelatum adesse Sacerdotem, & ipsum nullo modo posse hoc Sacramentũ Religioso ministrare. &c. Hoc enim casu potest ipse Prelatus hoc committere suo subdito Diacono Regulari, imo id potest optimo iure precipere. Et idem est, si aliquis famulus intra septa Monasterii necessitate infirmitatis teneretur: ipsi enim Prelati possunt precipere in hoc casu suo Diacono regulari, vt ex Sacrario ipsum communicet, siquidem habent priuilegium, vt suis famulis possint hoc Sacramentum ministrare, prout infra dicetur. Similiter poterit Prelatus, vel alius Sacerdos legitime impeditus precipere Diacono in casu proposito, vt deferat Corpus Xp̃i. & illud fidelibus administret. Et quãdo dicit in dicto Concilio Niceno, quod Diaconi iussu presbyteri possunt hoc Sacramẽtũ ministrare, debet intelligi de presbytero habẽte auctoritatem, & iurisdictionem ad administrandum dictum Sacramentum, siue iure cõmuni, siue ratione alicuius priuilegii. Verũ est tamẽ, ꝙ hæc licentia raro debet concedi modo, nisi in ali-

aliqua grauissima necessitate interueniente, instante videlicet articulo mortis. Præsertim iuxta præsentem Ecclesiæ statum: in quo fere omnino in desuetudinem abijt, vt Diaconi hoc munere fungantur.

25 ¶ In casu vero quo tanta esset necessitas vt viaticum necessario sit ægroto administrandum, & Sacerdos ex malitia Diacono administrandi facultatem denegaret: posset vtiq; [presbytero contra dicente] Diaconus infirmo Sacramentũ administrare. Quia præsentia Sacerdotis sua potestate abutentis, ac si nulla esset, reputanda est, & recurrendum ad voluntatem interpretatiuam superioris Episcopi, aut Papæ, seu ad ius commune: vel certe si necesse sit ad Christi Domini voluntatem, qui in eo casu censetur dedisse huiusmodi facultatem. Ita docent contra Siluestrum Magister Soto & Doctor Xuarez, & noster Emanuel. 1. Tom. qq regul. q. 66. art. 8. vide supra. num. 17

26 ¶ Cum autem Sixtus. 4. & Leo. 10. concesserint Monialibus Sanctæ Claræ, earumque Abbatissis, & Monasterijs, & Monialibus Cõceptionis sub cura Fratrum Minorum viuentibus omnia priuilegia & indulta quæ concessa sunt Fratribus Minoribus, ac eorum Prælatis

latis & Monasteriis, & hoc sit illis concessa. Sequit ꝙ sicut cũ licẽ ia Sacristę potest in Monasterijs Mendicãtiũ simplex Sacerdos sęcularis Sacramentum Eucharistię ministrare: ita etiam in Monasterijs Monialium potest Sacerdos sęcularis cum licentia Confessoris Monialium, aut Capellani id ipsum sęcularibus ministrare: in hoc enim vis communicatiua priuilegiorum consistit. Cætera ad hanc materiam pertinentia vide ver. Capitula Prouincialia, nũ. & ver. Reges Catholici. nu. & verb. Sacramenta, num. & verb. Vnctio Extrema. num.

COMMVNICATIO Priuilegiorum. De *singulorum Ordinum Mendicantium Priuilegiis quibus inter se communicant.*

De *mutua & expressa communicatione priuilegiorum vtriusq; Ordinis Predicatorum scilicet & Minorum.*

¶ Vltra ea quæ dicta sunt in principio huius tractatus de numero Ordinum Mendicãtium, & de mutua suorum priuilegiorum cõmunicatione, aduerte, ꝙ Sixtus. 4. notabilem

notabilem fecit communicationem priuilegiorum pro Fratribus Prędicatoribus,& Minoribus,& eis subiectis. Quæ cõmunicatio habetur in Compendio,nu. 12.& 3. & in lib. Monumenta Ordinis primę impressionis. fo. 61. & secundę. fol.144.concess.367.

¶ Sixtus ergo. 4. concessit professoribus Ordinis Minorum,vt concessis Fratribus Prędicatoribus,& eiusdem Prædicatorum Ordinis Fratribus,vt concessis prædictis Fratrib9 Minoribus priuilegiis,indulgentiis, gratiis, fauoribus & indultis,tam spiritualibus quam temporalibus à Romanis Pontificibus prędecessoribus suis & aliis auctoritatem habentibus[quæ omnia ac si nominatim exprimerẽtur haberi voluit pro expressis] potiri & gaudere possint & debeant perpetuis futuris temporibus in omnibus & per omnia prorsus & sine vlla differentia: perinde ac si quę vni ex, Ordinibus prædictis sunt concessa vtrique simul nominatim concessa fuissent,aut concederentur in posterum.Et voluit quod ea quæ de Magistro Generali,& Prouincialibus Prioribus dicti Ordinis Prædicatorum,ac Monasteriis Monialium sub eorundem Fratrum Prædicatorum cura, & secundum ipsius Ordinis

insti-

instituta viuentium sunt statuta in Generali & Prouincialibus Ministris & Vicariis dicti Ordinis Minorum, & Monasteriis Monialium Sanctę Clarę, & è contra censeantur esse statuta.

¶ Idem Sixtus in Bulla Aurea, omnes & singulas, gratias, cōcessiones, & peccatorum remissiones, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, & indulta spiritualia, & temporalia qualiacunque sint Eremitarū Sancti Augustini, & Carmelitarum, & Seruorū Sanctę Marię Fratrum Ordinibus, & eorum Ecclesiis, & Oratoriis ac Domibus Prioribus, Fratribus, & Sororibus cōuersis & oblatis, & vtriusque sexus personis de pęnitentia nuncupatis, à Prędecessoribus suis Romanis Pōtificibus, & ab eodē Sixto aut aliis auctoritatē habētibus [quę ōnia ac si nominatim exprimerent haberi voluit pro sufficiēter expressis] cōiūctim vel diuisim in genere vel in cōmuni cōcessa, eisdē vel eorū cuilibet Prędicatorū, & Minorū Fratrū Ordinibus, Domibus, Ecclesiis, Oratoriis, Generali Magistro, Ministro, Prioribus, & Ministris Prouincialib9 Cōuētualib9, Prioribus, & Guardianis Sororibus oblatis cōuersis & vtriusque sexus tertii Ordinis seu de

Pœni-

Pœnitentia nuncupatis, & alijs eorundem Ordinum personis de nouo concessit, & in eis locum habere voluit, ac si eisdem nominatim directè & expresse concessa fuissent.

¶ Modo singulorum Ordinum Mendicantium priuilegia proponamus.

INDVLTA APOSTOLICA QVIbus Sacer Ordo Prædicatorum Mendicantium Ordinum gaudet priuilegiis.

¶ Leo. 10. Motu proprio communicauit, & de nouo concessit Ordini Prædicatorum omnes & singulas gratias, concessiones, indulgẽtias peccatorum remissiones, prerogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates priuilegia, & indulta tam spiritualia, quam temporalia, qualiacunq; illa sint, quæ Minorũ Eremitarum Sancti Augustini, Carmelitarum, Seruorũ Beatæ Mariæ, ac Minimorũ Fratrum Ordinibus, & eorum Ecclesiis, & oratoriis, ac Ecclesias ipsas & oratoria visitantibus cuiuscunq; status, aut sexus existant, seu pro eorum manutentione & ornatu contribuentibus, nec non domibus & præsidentibus, non solum Generalibus, sed etiam Prouincialibus, & Conuen-

uentualibus, Fratribusquê & sororibus, nec non Monialibus & conuersis & oblatis ac vtriusquê sexus personis de pœnitentia, seu tertii habitus nuncupatis, à prædecessoribus ipsius Leonis, aut ab ipso eiusque successoribus, aut aliis auctoritatem habẽtibus, coniunctim, vel diuisim, in genere, vel in specie, concessa sunt, aut in posterum cõcedentur: ac si omnia & singula nominatim exprimerentur dicto Ordini Prædicatorum, & illius Ecclesiis, oratoriis, & Ecclesias ipsas & oratoria visitantibus, seu pro earum manutentione, & ornatu contribuentibus, nec non domibus, Magistroquè Generali, Prouincialibus, & Conuentualibus Fratribus, etiam sororibus siue Monialibus: conuersis quoquê, & oblatis, ac vtriusquê sexus personis, de Pœnitentia nominatis, & aliis eiusdem Ordinis personis, ex Compendio Cap Font. num. 15.

4 ¶ Collector priuilegiorum aduertit, ꝙ Leo. 10. in fine huius cõcessionis latissimas, & fortissimas non obstantias ponit, ita ꝙ in omnibꝰ cõmunicationibus priuilegiorũ nõ reperiatur alia melior concessio, nec adhuc æqualis vt patebit bene intuenti. Sed re vera vt notat Pater Magister à Veracruce alia communicatio

nicatio facta est Fratribus Prędicatoribus à Paulo.3.anno Domini.1542.Quæ est amplissima super omnes quas videre contingit,maxime quia de concessis & concedendis est.

¶ Ioannes ergo à Toleto tituli Sancti Sixti Sãctę Romanę Ecclesię presbyter Cardinalis Burgensis nuncupatus, attestatur, & fidem facit Romę ad Campum Agonum,anno à Natiuitate Domini.1542.die vero Vigessima mensis Decembris,ꝙ Sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster Dominus Paulus Papa.3. Pontificatus sui anno nono,ad instantiã Religiosi viri Fratris Hieronymi de Sancto Iacobo Ordinis Prędicatorum,concessit vniuersis & singulis dicti Ordinis Prędicatorum Religiosis & Fratribus per Prouinciam dominiũ,& gubernationẽ Dñi, Antonii de Mendoca tuncProregisMexicani,tũc & pro tẽpore cõstitutis: vt libere & licite vti,potiri, & gaudere possint,& valeãt õnibus gratiis priuilegiis.&c.prout supra,ver.Altare nu.5.f.169.p.2.& f.170. Et hoc per suũ Viuę vocisOraculũ predicto Cardinali factũ de bẽignitate Apostolica misericorditer,& gratiose perpetuó cõcessit & indulsit: idq; perCardinalis nominati patẽtes literas attestari & testificari mandauit.

¶ Pater

¶ Pater Magister à Veracruce quatuor circa hanc concessionem aduertit. Primum, q̃ omnibus Riligiosis Mendicantibus in prędicta gubernatione degentibus, vel qui post modũ erunt perpetuo, dat & communicat omnia priuilegia, & indulta, & gratias, & exēptiones, & immunitates, & fauores tam spirituales quam temporales etiam per viam extensionis & communicationis quæ hactenus fuerunt concessa, siue Monasteriis, siue priuatis personis, aut Domibus, aut Hospitalibus.

¶ Secundo dicit, q̃ omnes gratias exemptiones & indulta concessa: etiam si temporalia sint perpetuo ipse Põtifex dat, & concedit Religiosis habitantibus in Noua Hispania.

¶ Tertio aduertit, q̃ per hoc priuilegium Summus Pontifex dat de plenitudine potestatis, & communicat Religiosis Nouę Hispanię omnia indulta, & priuilegia à Sede Apostolica, & suis prędecessoribus quomodolibet donata. Et non solum data: concessa ante, sed omnia etiã in posterũ cõcedẽda impartit. ¶ Aduertit quarto, hoc esse magnũ concessum, quia per illud priuilegiũ datũ post, per Iuliũ tertiũ, & Paulum quartum, generaliter omnibus: spe-

specialiter videtur concessum habitantibus in Nouo Orbe. & concessum illis qui ad terras de China,& Cochinchina,&c. proficiscuntur. Quæ verba maxime notanda sunt: nam per illa respondetur ad dubium illud. Si Fratres Mendicantes existentes seu habitantes in Insulis Philippinis, & in Regno Chinæ de Cian &c. gaudẽt eisdem priuilegiis quibus vtuntur, fruuntur, & gaudent existentes & administrantes in hoc Nouo Orbe. Nam respondetur quod sine dubio communicant in omnibus priuilegijs. Quod etiam patet per ea quæ Leo 10. Ioanni Clapioni, & Francisco de Angelis, Fratribus Religiosis nostri Ordinis concessit, & aliis Fratribus Mendicantibus euntibus ad indianas Insulas, aliasquê Prouincias Caroli Hispaniarum & Romanorum Regis Catholici ditioni subiectas, & illis propinquas terras, vbi homines veritatis fidei cognitione carent. ¶ Et Doctissimus Pater Frater Ioanes Focher huius, Nouæ Hispanię præclarum lumen in huius induiti explicatione, dicit in hoc Breui Fratribus Prædicatoribus amplissimam concedi priuilegiorum aliis Religiosis quorumuis Ordinum vtriusque sexus concessorum, communicationem.

6 ¶ Pau-

¶ Paulus.4.Romę apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die nona Martij, anni Domini. 1556, ad instantiam Stephani Vsus maris Generalis Magistri Ordinis Fratrum Prædicatorum omnia & singula priuilegia immunitates exemptiones, libertates, prerogatiuas, fauores, conseruatorias, declarationes, facultates, gratias, concessiones, indulgentias; indulta spiritualia, & tēporalia etiā per modū cōmunicationis & extēsionis inter se & cum aliis Ordinibus Mendicantibus tàm per Benedictū.11.Gregoriū etiam.11.Martinū.5.Eugenium.4.Nicolaum.5 Sixtum.4. Leonem.10. Clementem.7. Paulum.3. & Iulium etiam.3. quàm alios Romanos Pontifices prędecessores suos, & Sedem Apostolicam tribus Ordinibus.S.Dominici concessa. Illorumq; vel ab eis dependentibus Monasteriis, domibus, Ecclesijs, & locis quibuscunq; in genere vel in specie, etiam per solam signaturam ac Viuæ vocis Oraculo, aut aliàs tàm per pręfatos ac quoscunque prædecessores suos, ac illum, & Sedem prædictam, quàm Imperatores, Reges, & alios Principes sub quacunque forma, & expressione verborum concessa. Nec non cum omnibus & singuli in eis contentis clausulis & de-

& decretis literas huiusmodi ac deinde secuta quæcunq; auctoritate Apostolica tenore pręsentium approbauit, confirmauit & innouauit. Nec non omnes & singulos iuris & facti defectus [si qui forsam interuenerint] suppleuit. Illaq; omnia & singula perpetuę & validę firmitatis robur obtinere, & firmiter obseruari debere decreuit. Et nihilominus pro potiori cautela illa omnia quæ per pręfactos pręde cessores suos, ac Imperatores Reges & Principes, ac illum, & Sedem eandem pręfato Ordini concessa statuta, & ordinata fuerint: etiam iuxta fauorabiliorem illorum interpretationem. Et pręsertim vt pro tempore deputati Confessores Fratres dicti Ordinis Prędicatorum, huiusmodi omnium quaruncunque Diœcesum vtriusq; sexus Christi fidelium ad eos pro tempore recurrentium Confessiones audire: eosque etiam in casibus quibus eis per priuilegia Sedis Apostolicę, etiam per modū communicationis & extensionis quoruncunque Ordinum hactenus concessum est, possint absoluere: & singulorum Ordinum etiam Minorum Fratres quorum priuilegia eidem Ordini Prædicatorum sunt communicata & extensa absoluere consueuerant, absoluendi ac peniten-

pęnitentiam salutarem iniungendi. Omni tem pore, pręterquàm in die Resurrectionis Domi nicę Sacramentũ Eucharistię tam illis quàm aliis quibusuis personis licite ministrandi facultatem indulsit, ac de nouo concessit in omnibus & per omnia. Ita q̃ prædictę perso nę, nec non Monasteria, domus, & loca huius modi illis tam ingenere quàm inspecie con cessis vti, potiri, & gaudere possint, & debeãt. Ac ipsis impositionibus, grauaminibus, one ribus, decimis, quarta & quinta etiam funera lium, & aliorum quoruncunq; etiam legato rum & oblatorũ & concessorum pro tempore, nec nõ pedagijs, & gabellis ac õmnibus & sin gulis aliis supra dictis libera penitus immu nia & exempta sint, & esse censeantur conces sit, ac statuit & Ordinauit. Sic que in pręmis sis õnibus & singulis per quoscunque quauis auctoritate fungẽtes iudices & personas su blata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicã di, & interpretãdi facultate, et auctoritate iudi cari, et interpretari debere. Irritum quoque & inane, si secus super his à quoquã quauis auc toritate scienter vel ignoranter cõtigerit attẽ tari, declarauit. Ac pręmissa omnia & singula modo & forma premissis, ac sub censuris, &

pęnis Ecclesiasticis de nouo obseruari debere, mandauit, & inhibuit, ac statuit, & ordinauit: decernens quod literis pręfatorum pręde cessorum & pręsentibus ac in eis contentis quibuscunque per quascunq; literas Apostolicas, & quascunq; clausulas generales, vel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores & insolitas ac irritantia decreta in se continentes, nullatenus derogari possit: & si derogari extiterit derogationes nemini suffragentur. Deinde in fine tollit omnem derogationem factam priuilegiorum, & pręcipit Episcopis Abbatibus, & alijs Prælatis, & Canonicis, & officialibus in spiritualibus Episcoporum, vt quoties fuerint requisiti ab aliquo quos concernunt priuilegia solemniter publicent & faciant pręsentes literas plenum effectum sortiri: non permittentes quemquã quomodolibet indebite molestari. Et contradictores, & rebelles per censuras, & aliã iuris remedia cõpellere, etiam inuocato ad hoc [si opus fuerit] auxilio brachij secularis. Apponit tandem fortissimas non obstãtias. Non obstantibus [inquit] contistutionibus Super Cathedram Bonifacij. 8. & Clementina Religiosi de Priuilegijs, et Dudum, de Sepulturis, ac Re-

gulis Cancellarię Apostolicę editis et edendis, ac Bonifacii. 8. de vna &c. et aliis Apostolicis, ac Prouincialibus, Capitularibus, Generalibus, specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et in vltimo Generali Concilio Lateranensi celebrato, et aliis Concilijs ęditis &c. Et omnem tollit restrictionem si quæ facta est per alios Pontifices: et si aliquod priuilegium reuocatum est, pristinę restituit dignitati. Hoc Breue habetur Authēticum et impressum in lib. Priuilegiorum Fratrum Prædicatorum cura et diligentia Reuerendissimi Patris Stephani Vsus maris Magistri Generalis excusso fol. 258.

7 ¶ Doctissimus Pater Magister Alphonsus à Veracruce in huius Breuis explicatione aliqua notanda esse dicit, quę faciunt in fauorem Religiosorum à Paulo. 4. concessa ad instantiam Magistri Generalis Prædicatorum.

¶ Primo omnia priuilegia hic posita et ōnia alia et singula quæ habētur, ac si sufficienter essent expressa, et de verbo ad verbū posita confirmat approbat et innouat quomodocunq; concessa, siue Ordinibus Mendicantium, siue non Mendicantium personis vel domibus seu locis, et perpetuā vult habere firmitatem

per quoſcunque anteceſſores ſuos, vel per Sedem Apoſtolicam fuerint conceſſa. Vnde per huiuſmodi indultum & per verbum innouamus, omnia priuilegia Religioſis in Nouo Orbe commorantibus ab aliis prędeceſſoribus data, ſcilicet à Leone, Adriano, Paulo, Clemente, ſunt nunc roborata. Et licet per verbum innouamus in priuilegio poſitum non detur nouum ius, vt eſt textus de Priuilegiis. cap. Ex parte, & cap. Quia, ſed tamen per verbum innouamus, antiquum ius conſeruatur. Cum ergo priuilegia memorata ſuperius habuerunt ius & firmitatem ſuam, vt eſt illud Leonis, & Adriani &c. ſequitur ꝙ nunc per Paulum. 4. per innouationem, ꝙ illud ius antiquum conſeruatur, & non ſunt antiquata, neque ceſſauerunt, vt aliqui putant, ſed nunc illud antiquum ius conſeruatum eſt.

8 ¶ Secundo Paulus. 4. in hoc priuilegio approbat & confirmat ac de nouo concedit ipſis Religioſis quę per Imperatores, Reges & Principes fuerint illis conceſſa quomodocunque, & ſubquacunque forma, & expreſſione verborum ad eos pertineant: & dicit ꝙ cum ſuis clauſulis & decretis debent obſeruari & vult habere perpetuam firmitatē. Ex quo multa con-

ta conceduntur Religiosis habitantibus in Nouo Orbe & Indorum conuersioni, manutentioni, & profectui intendentibus. Nam primo cum per literas Imperatoris Caroli. 5. Religiosi in partes has Indiarum fuerint destinari ad prædicandum verbum Dei, & ad instruendos in fide Neophitos, & manutenendū & confortandum in fide [iuxta pręceptum Pōtificis Alexandri 6.] sint missi perinde est, ac si per Pontificem Summum mitterentur.

¶ Et similiter quia Reges Catholici per suas literas Regias prouident, vt Religiosi libere suis vtantur priuilegijs à Pontificibus concessis: etiam idem est, ac si Pontifex ipse speciales de hoc dirigeret literas. ¶ Eadem ratione cum expresse per Reges Castellę sit pręceptum, vt Religiosi possint ędificare domos pro Religiosis vbicūque fuerit necessariū ꝓ instructione Neophitorū: vt patet in expressis literis ad triū Ordinum Prouinciales specialiter directis. Sequitur posse Prouinciales sine aliqua requisita licentia accedere ad loca vbi ipsi iudicauerint expedire, & ibidem posse ędificare domum ad habitandum, sicut si per Pontificem esset concessum.

¶ Pari etiam modo cum Rex Castellę pro
missum habeat, vt sine Dioecesani licentia so-
lum Proregis facta copia possint Religiosi
habitare in populis et cęnobia constituere.
Sequitur licite id posse fieri sine consensu E-
piscoporum imo et ipsis contradicentibus.
Non obstante ꝙ in iure sint aliqua capitula
quæ disponant debere fieri cum cõsensu Epis
coporum. Quia cum Paulus. 4. literas omnes
et indulta, et fauores concessos per Imperato-
res, et Reges confirmat, et ibidem sit scriptũ,
vt sine licentia Dioecesani possit fieri: non est
necessaria eorum facultas, etiam perinde
est sicut si à Papa emanassent tales literę.
¶ Item, quia per patentẽ Schedulâ Imperato
ris qui Noui Orbis patronus est, Episcopis,
et aliis Prçlatis insinuat ne nouum aliquid
fiat, sed consuetudo quæ præualuit hucusquê
seruetur, ne in loco vbi habitant continue Re
ligiosi, neq; in oppidulis subiectis ponantur
Curati sęculares, et suo regali consilio pręce
pit sic obseruari, sequitur ꝙ Episcopi non de
bent ponere, ne sequatur turbatio, et pusillo-
rum scandalum si ponantur: nam obid tollit
libera administratio Sacramentorum ipsis Re
ligiosis, quam habent per sua priuilegia et ta

lis sic

lis sic positus contra voluntatem Regis est, ac si contra voluntatem Pontificis poneretur, neq; potest interdicere ipsis Religiosis, vsum ipsorum priuilegiorum suorum, imo talis incidit in pœnas positas contra illos qui con trauenitunt. ¶ Tertio non solum omnia hactenus concessa confirmat et innouat, sed etiam de nouo concedit, et vult habere perpetuam firmitatem, et sic videtur nunc concedere quæ per Gregorium.9.et Nicolaum.4.Leonem.10 Adrianum.6. Clementem.7. Paulum. 3. sunt data Religiosis qui Infidelium conuersione dant operam. ¶ Quarto vult Pontifex et concedit, ꝙ omnia et singula priuilegia fauores et indulta quomodolibet concessa Religiosis intelligi et interpretari debeant inpartem fauorabiliorem, et tollit ab omnibus cuiuscunq; sint dignitatis auctoritatem iudicandi vel interpretandi secus, et siquid fuerit attentatum irritum et inane dicit. Quę concessio est valde consideranda, quia cum priuilegia sint leges priuatę, et vt plurimum contra leges communes: et id quod est contra ius cõmune habeatur velut odiosum, et sic restringendum iuxta regulam iuris in 6. Odia sunt restringenda, et fauores, ampliandi: Summus

Pontifex in fauorem Religiosorum declarat vt sua priuilegia intelligantur esse fauores, & non odia: quandoquidem dicit: in partem fauorabiliorem esse interpretanda. Habendum est enim velut Principis priuilegium, quod latissimè venit interpretandum: vt est textus expressus de Verborum significat, cap. Olim. Ex hoc apparet, ꝙ si esset dubium, an ad vsum priuilegii Leonis. 10. de administratione Sacramentorum ab ipsis Religiosis sit necessarius consẽsus Episcopi aut Curati, an nõ sit requisitus: & sit pars odiosa ꝙ sit requisitus, & fauorabilis & Religiosis ministrãtibus, & ipsis ministratis ꝙ non est necessarius: oportet in partem fauorabilem vel fauorabiliorem intelligere & interpretari. Similiter si esset dubium, an priuilegia cessauerint eo ꝙ iam facta sit Infidelium conuersio, & est pars odiosa ꝙ cessauerunt, & fauorabilis quod non cessarint: oportet amplecti partem fauorabilem alia relicta. Et est irritum & inane quòd secus fuerit iudicatum, vel interpretatum, vt Papa disponit apertissimis verbis.

¶ Quinto, Omnibus Prelatis Ecclesię & aliis in dignitate constitutis quoties fuerint requisiti ab illis quos tangit, mandat vt dent fauo-

fauorem, & defendant Religiosos, & non permittant in aliquo molestari: sed pacificê fruantur & gaudeant priuilegiis indultis immunitatibus exemptionibus &c. sibi concessis. Et contradicentes per censuras, compellant: & si necessariũ est, inuocent brachiũ sęculare.

2 ¶ Sexto derogat Clementinę Religiosi, de Priuilegiis, & Dudum. de Sepulturis, & Concilio Lateranensi sub Leone. 10. sic vt his non obstantibus videantur concessa priuilegia Religiosis, quę data sunt contra illud ius commune. Vt quod possint Baptizare vbi sũnt nouiter conuersi: & nubentes benedicere, & Extremam vnctionem ministrare: & alia quę solet Curatus, etiam si in Clementina Religiosi, sit illis prohibitum, & interdictum.

13 ¶ Tandem, Omnem derogationem, restrictioné, aut anullationem factam per aliquem prędecessorem Pontificē tollit, etiam per Leonem. 10. in Concilio Lateranensi, cui specialiter derogat. Et sic omnia & singula priuilegia hactenus concessa reponit, & in pristinam dignitatem, & firmitatem restituit. Et ea ratione dicit, se ea non solum confirmare, & innouare, sed de nouo concedere.

Ecce

Ecce qualiter Paulus. 4. communicationem priuilegiorum Fratribus Prædicatoribus ab alijs Pontificibus concessam, non solum approbat confirmat et innouat: sed etiam de nouo concedit et multa alia infauorem prædictorum Religiosorum, et omnium aliorum Mēdicantium.

14 ¶ Pius. 5. Romæ apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die. 23. Septembris anni Domini. 1571. Pontificatus sui anno. 6. omnia et singula priuilegia indulta, cōcessiones, suppressiones, et extensiones, vniones, incorporationes, applicationes, immunitates, exemptiones, libertates, prerogatiuas, fauores, communicationes, indulgentias, et alias quascunq; gratias Ordini Fratrum Prædicatorum, et eiusdem pro tempore existentibus Magistro Generali Fratribus, et Monialibus auctoritate Apostolica approbauit confirmauit, et innouauit illaq; omnia et singula efficacia existere, et perpetuam roboris firmitatem obtinere, et perpetuo inuiolabiliter obseruari debere, decreuit.

¶ *De priuilegiis Fratrum Minorum quibus gaudent priuilegiis & indultis aliorum Ordinum Mendicantium.*

¶ Alex-

15 ¶ Alexander 6. concessit Fratribus Minoribus regularis obseruantię, vt omnibus et singulis gratiis et priuilegiis, libertatibus, immunitatibus, et indultis spiritualibus, et temporalibus tam Fratrum Prædicatorum quam Eremitarum sancti Augustini, et Beatæ Mariæ de Monte Carmeli, omnibusq; aliis Mendicantibus per Sedem Apostolicam, vel Legatos eiusdem, etiam per literas Apostolicas Mare Magnum nuncupatas hactenus concessis [quorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur haberi voluit pro sufficienter expressis] vti, potiri, et gaudere liberê, et licitê possint, et debeant in omnibus et per omnia, perinde ac si prædictis Fratribus Minoribus specificè concessa fuissent. Ex Compen. nu.

16 ¶ Clemens. 7. et Iulius. 2. concesserunt Fratribus Minoribus consimilem communicationem priuilegiorum, aliorum Ordinum Mendicantium, ad literam ponendo verba quæ Alexander. 6. posuerat in prædicta concessione communicationis.

17 ¶ Sixtus. 4. concessit seu communicauit Fratribus et Sororibus trium Ordinum Beati Francisci omnia priuilegia tam spiritualia, quam temporalia, omnesque indulgentias

cęte-

cęteris Mendicantium Ordinibus concessas tam in communi quam in particulari eorumque Ecclesiis,& locis quibuscunque.

18 ¶ Idem Sixtus concessit,q̄ Sorores S.Claræ sub obedientia Fratrum Minorum Obseruantię existentes gaudeant omnibus priuilegiis, exemptionibus,& gratiis concessis in genere Sororibus reformatis Sororis Collectę.

19 ¶ Iulius.2.concessit Fratribus Minoribus eorumq́ue domibus omnia & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, concessiones,indulgentias, & indulta tàm Viuę vocis Oraculo,quàm alias sub quibuscunque tenoribus,& formis Fratribus Ordinis Prædicatorum regularis Obseruantiæ Regnorum Castellę, & Legionis, ac illorum domibus per ipsum Iulium,& prædecessores suos Romanos Pontifices aut Sedem Apostolicam concessa, ac si prædictis Fratribus Ordinis Minorum, eorumque domibus concessa forent.

20 ¶ Idem Iulius postea declarauit & concessit,q̄ in prædicta priuilegiorum gratiarum,& indultorum præfatorum communicatione, tā vniuersaliter per prędecessores suos toti Ordini Minorum,quàm etiam per ipsum particulariter prædictorum Regnorum prius facta,

vt ea,

vt ea,quæ ad absolutionē & dispēsationē, vel alias ad Priorē Generalē, seu Magistrū Ordinis prę fatorū Fratrū,verbi gratia, Prædicatorū spectāt:ad Magistrū,vel Vicarium Generalem Fratrū Minorū pertineāt. Et ea quę ad Priores Cōuētuales idest, Pręlatos singularū domorū Ordinis Prædicatorū,& eorū Vicarios,similit spectāt:ad Guardianos & eorū Vicarios Ordinis Minorū similiter spectāt. Et ea,quę ad Priores seu Vicarios, vel Suppriores, Prouinciales,idest,Pręlatos,qui medij sunt [quocunque nomine cēseātur,& vocēt] inter prędictū Generalē vel Magistrū Ordinis, Priores Cōuentuales & eorum Vicarios,simili modo spectāt:ad Ministros, et Vicarios Prouinciales, ac Custodes [qui etiā medij sūt inter Ministrū & Vicariū Generalē] et Guardianos,eorūq; Vicarios similit pertineāt. Et ꝙ,sicut de potestate Prelatorum,scilicet, de Pręlatis ad Pręlatos dictū est,ita de congregationibus vnius,ad congregationem alterius Ordinis, et de Fratribus priuatis, idest,sine pręlatura, ad Fratres priuatos, et de festiuitatibus ad festiuitates, in his casibus, in quibus congregationibus, vel Fratribus priuatis ac festiuitatibus alterius Ordinis aliquid cōcessum est, nunc et pro tēpore

pore respectiuè concessa intelligantur. Ita q̃ ea quæ in honorem Sanctorum Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Catherinæ de Senis, Fratribus, vel locis Prædicatorum sunt concessa, omnia illa Fratribus Minoribus præfatis, eorumq; locis, ac festiuitatibus Sanctorum Francisci, Antonij, Ludouici, Bernardini, Bonauẽturæ, Quinque Martyrum dicti Ordinis, qui apud Marrochium Martyrij coronam adepti sunt, et Sanctæ Claræ, ac in aliis festiuitatibus dicti Ordinis Minorum, licet sint in maiori numero, quam festa ipsorũ Fratrum Prædicatorum, sint et intelligantur concessa. Ex Compendio Archiepiscopi Cesariensis. ver. Communicatio priuilegiorum. num 9.10.&.11. Et in Compendio priuilegiorum. nu.13. Hoc idem indultum refert Frater Emanuel. Tom.1, qq. q.55. art.20. Circa hanc concessionem vide ea quæ dicuntur, ver. Festa. Ordinum, num.

COMMVNICATIO CVM *Monialibus.*

21 ¶ Leo. 10. concessit, q̃ sicut Moniales Sanctæ Claræ gaudẽt priuilegijs Fratrum Minorum,

rum, ita & ipsi Fratres gaudeant, & vti possint priuilegijs ipsarum Monialium quę sub cura ipsorum sunt dumtaxat, & in spiritualibus tãtum. Ex Compendio. num. 14.

FRATRVM MINORVM PRIVIlegia *quibus vtraq; familia scilicet Cismontana & Vltramontana communicat in priuilegijs.*

22 ¶ Innocentius 8. concessit, q omnia indulta gratię ac priuilegia concessa & concedēda Fratribus familię Cismontanę cēseantur etiã concessa Vltramontanis, & ê conuerso. Ex Comp. num. 8.

23 ¶ Iulius. 2. concessit Fratribus Minoribus obseruantię Vltramontanis, hoc est Hispanis, Gallis, & Alemanis, q omnibus indultis & priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus, gratiis, indulgentiis, & libertatibus familię Cismontanæ, concessis & in posterum concedendis vti, potiri, & gaudere libere, & licite prorsus & absq; vlla differentia in omnibus, & per omnia valeant, perinde ac si illa omnia eidem familiæ Vltramontanæ nominatim ac specialiter & expresse concessa fuissent. Ex Compend. num. 11.

24 ¶ Idem Leo concessit, vt omnia & singula priuilegia et indulta Ordini Fratrum Minorum, tam per ipsum Leonem quàm per alios quoscunq; Romanos Pontifices concessa Fratribus Minoribus Obseruantię ac Conuentualibus prędicti Ordinis inuicē perpetuò sint communicata, eisque suffragentur inquantum concordię per eundem Leonem factę non sunt contraria. Ex Compendio Archiepiscopi prędicti. num. 12. 13. & 14.

DE EXPRESSIS INDVLTIS *quibus Fratres Minores omnium Ordinum Mendicantium & non Mendicantium gaudent priuilegiis suæ professioni et regulari obseruantiæ non contrariis.*

25 ¶ Sed amplior multo et extensior est communicatio priuilegiorum pro tribus Ordinibus Sanctissimi Patris nostri Francisci concessa à Clemente. 7. sub anulo Piscatoris, die 30. Maij, anno Domini millesimo quingentessimo vigessimo, Pontificatus sui anno. 2. De qua Collector hoc eodem titulo. §. 19. Cuius tenorem refert Pater noster Christophorus à Capite fontium nostrę Minorum Obseruantię familię quondam Generalis, in Compendio.

pendio.fol.213.quam etiam refert Frater Emanuel in Explicatione Cruciatę fol.193. & To. 1.qq.regul.q.55.art.1.Clemens igitur.7.Motu proprio,& ex certa sciẽtia omnia & singula priuilegia,immunitates exemptiones, indulgentias, peccatorum remissiones & gratias, ac omnia & singula indulta Ordini Fratrum Minorum regularis Obseruantię, & Sanctæ Claræ,ac Tertio de Pęnitentia nuncupato Ordinibus,illorumq; Fratribus, Monialibus, Sororibus,vtriusq; sexus personis, ac Monasterijs, Domibus,Ecclesijs, & locis quibuscunq; etiã per modum extẽsionis,seu communicationis, & alias quomodolibet per quoscunque Romanos Pontifices prędecessores suos, ac per ipsum,& Sedem Apostolicam concessa, auctoritate Apostolica approbauit,& innouauit, ac perpetuę firmitatis robur obtinere,& inuiolabiliter obseruari debere decreuit. Ipsosque Fratres Moniales,Sorores, personas, Monasteria,Domos, Ecclesias, & alia loca huiusmodi omnibus & singulis priuilegijs, immunitatibus,exemptionibus,concessionibus, indultis, indulgẽtijs,peccatorũ remissionib9,& gratiis quibusuis cõgregationibus dictorum Ordinum quomodolibet concessis & concedendis

nec non quibuſcunq; facultatibus, & gratiis [Fratrum profeſſioni regularis Obſeruantiæ non contrariis] alijs Ordinibus quibuſcunq; non Mendicantibus quomodolibet conceſſis & concedendis vti, frui, & gaudere poſſe atq; debere in omnibus et per omnia, perinde ac ſi eis ſpecialiter conceſſa fuiſſent. Hæc Clemens. 7.

26 ¶ Paulus. 4. Neapolitanus ex familia Carraffa fuit coronatus Romę. 7. Calendas Iunij anni Domini. 1555. & ibidem apud Sanctum Marcum ſub anulo Piſcatoris die prima ſequentis menſis Iulij, Pontificatus ſui anno primo, pro maxima quam habebat erga Ordinem noſtrum deuotione, ad inſtantiam Fratris Clementis de Monelia tunc Generalis Miniſtri Ordinis Minorum regularis obſeruantiæ, vniuerſa & ſingula priuilegia &c. tribus Ordinibus Sancti Franciſci conceſſa à Gregorio. 9. Bonifacio. 8. Alexandro. 4. Nicolao. 5. Clemente. 4. Eugenio etiam 4. Leone. 10. Clemente. 7. Paulo. 3. et Iulio etiã 3. ac aliis Romanis Pontificibus prędeceſſoribus ſuis, et Sede Apoſtolica approbauit, confirmauit, innouauit, & de nouo cõceſſit: etiam per modum communicationis, & extenſionis

cum

cum alijs Ordinibus Mẽdicantibus et non Mẽ dicantibus: et ea omnia in ampliorem,& fauorabiliorem partem et omni sublata restrictione intelligi & interpretari debere. Patet in Bulla quæ Authentica asseruatur in Archiuo Sancti Francisci, et Sancti Augustini de Mexico, & est impressa in Bullario, in Bullis ab ipso Paulo expeditis. nu. 4. Cuius fragmentum accipe: quia valde notandum.

¶ Ait ergo Paulus.4. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, ea quæ sepius Apostolica auctoritate prefata munita existũt, maiorem obtineant roboris firmitatem, dictusq; Clemens Minister cupiat priuilegia, facultates, concessiones, indulta, dispẽsationes, et singulas alias gratias huiusmodi, etiam per nos approbari, innouari, & confirmari. Pro parte eiusdem Clementis Ministri, nobis fuit humiliter supplicatum, vt eisdem priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, fauoribus conseruatoriis, declarationibus, facultatibus, dispensationibus, gratiis, concessionibus, indulgentiis, et indultis pro illorum obseruantia viridiore nostrę approbationis robur adijcere, aliasque in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dig-

naremur. Nos igitur qui omniũ votis pręser-
tim illis quibus sub suaui Religionis iugo di
uinis laudibus, & Christianę professionis aug
mēto incũbentiũ personarũ, tranquillitati cõ-
moditatibus, & honori cõsulitur, libenter an
nuimus, eaq; fauoribus prosequimur opportu
nis, huiusmodi supplicationibus inclinati prę
missa, ac õnia & singula alia priuilegia immu
nitates, exēptiones etiã ab Inquisitoribus præ
fatis libertates, pręrogatiuas, fauores, cõserua
torias, declarationes, facultates, dispensationes
gratias, concessiones, indulgentias, & indulta
spiritualia, & tēporalia etiã per modum cómu
nicationis, & extensionis inter se, & cum aliis
Ordinibus Mendicantibus & non Mendican
tibus, eiusdem Fratrum Minorum regularis
obseruantię, ac Sanctæ Claræ, & de Pęnitentia
Tertio Ordinibus, etiam in congregatione sub
trium votorum substantialium professione, &
eorundem Superiorem Ordinis Minorum re-
gularis obseruantię huiusmodi obedientia de
gentibus, ipsorumque Superiorum Fratribus
Monialibus Sororibus, ac vtriusque sexus,
etiam singularibus personis, nec non Mona-
steriis, Domibus, Ecclesiis, & locis quibuscũ-
que in genere & in specie, etiam per solam
sig-

signaturam, etiam Viuę vocis Oraculo, vt prę-
fertur, aut alias tā prefatos, ac quoscunq; alios
Romanos Pontifices prędecessores nostros,
ac nos & Sedem prędictam, quàm Imperato-
res, Reges, & alios Principes sub quacunque
forma, & expressione verborum concessa, ac
etiam iteratis vicibus approbata. Nec nō cum
omnibus & singulis in eis contentis clausu-
lis, decretis, & declarationibus, singulas desu
per confectas literas, & in eis contenta [etiā
prout largius in aliquibus earum eis conces-
sum est] interpretando, & inde secuta quæcū
que illorum omniū tenores & formas, datas
effectus, & decreta in illis apposita ac si de ver
bo ad verbū insererēt pręsētib9, ꝓ sufficiēt ex
pressis habētes, dicta auctoritate Apostolica, te
nore pręsētiū ex certa sciētia, ac de Apostolicę
potestatis plenitudine approbam9, & innoua-
mus, & perpetuā roboris firmitatē obtinere, &
firmiť obseruari, nec nō Ordinib9 Fratrū Mi
norū regularis obseruātię, & S. Clarę, ac Tertio
de Pęnitētia nūcupato, etiā in cōgregatione sub
obediētia Fratrū Minorū obseruātię huiusmo-
di degētib9 Superiorib9, Fratrib9, Moniali-
b9, etiā Tertiarijs nūcupatis Sororib9 personis
monasteriis, domib9; Eclesiis, & locis prę fatis

 etiam

etiam per modum communicationis,et exten ſionis huiuſmodi ſuffragari,illiſque frui, vti, et gaudere quando,et quoties opus fuerit poſ ſe,et debere in iudicio,et extra,ac etiã in foro conſcientię in omnibus et per omnia perinde,ac ſi ſpecialiter & expreſſe eiſdem Fratrum Minorum,ac Sanctæ Claræ,et Tertio de pęnitentia nuncupato ordinibus,cõceſſa fuiſſent, decernimus. Supplentes omnes et ſingulos iuris,et facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, et nihilominus pro potiori cautela,et ampliori dono gratię,illa omnia et ſingula, quæ per pręfatos pręd eceſſores noſtros,ac Imperatores, Reges, et Principes, ac nos,et Sedem eandem,conceſſa,ſtatuta,et ordinata fuerunt etiam iuxta ampliorem, et fauorabiliorem illorum intelligentiam, et interpretationem &c. Deinde concedit facultatem deputandi, Syndicos,Economos, et Actores bonorum Eleemoſynarum Monaſteriorum quando et quoties opus fuerit in ſingulis Conuentibus,et illis facultates aſſignat &c· Addit inſuper. Nec propter premiſſa FratresMinores huiuſmodi contra regulam Sancti Frãciſci quam profeſſi ſunt,et profitentur in futurum ſiue contra ſtatuta regularia ſui Ordinis huiuſ-

huiusmodì in aliquo facere, nec fecisse, imo cum illius obseruatione quo ad hoc, et pura, et sana cōsciētia, sine alicuius cōsciētiæ scrupulo vixisse eatenus, et in posterū viuere. Et sic super quoscunq; iudices, sublata eis et eorū cuilibet quauis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et diffiniri debere. Irritum quoque, et inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus, et declaramus. Et insuper, vt pro tempore deputatos Confessores Fratres Ordinis Minorum obseruantiæ huiusmodi omnium quaruncunq; Diœcesum vtriusq; sexus Christi fidelium ad eos pro tempore recurrentium Confessiones audire: eosque etiam in casibus, et censuris, quibus eis per priuilegia Sedis Apostolicę, etiam per modum communicationis, et extensionis quoruncunq; Ordinū etiam Minimorū hactenus concessum est, posse absoluere, et singuli Ordines etiam Minimorum [quorū priuilegia eidem Ordini Minorum sunt communicata, et extensa] absoluere consueuerunt, absoluēdi ac pœnitentiam salutarem iniungendi, et omni tempore prę-terquam in die Resurrectionis Dominicę Sa-

cramentum Eucharistię tam illis quibus suis personis licite ministrandi, Apostolica auctoritate prędicta, indulgemus, ac de nouo concedimus in omnibus, & per omnia. Ita quod Ordinis Superiores Fratres, Moniales, Sorores, personę, Monasteria, Domus, Ecclesię, & loca prædicta, illis tam in genere quàm in specie, concessis, vt pręfertur, vti potiri & gaudere possint, & debeant. Ac ab ipsis Inquisitoribus, impositionibus, grauaminibus, oneribus decimis, quarta, & quinta etiam funeralium, & aliorum quorumcunque eis legatorum, & oblatorum ac concessorum pro tempore, nec non pędagiis, & gabellis, ac omnibus, & singulis aliis supra dictis, libera penitus, immunia, & exempta auctoritate Apostolica, & tenore prędictis, etiam concedimus, & indulgemus, ac statuimus, & ordinamus. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Rothomagensi, & Episcopo Conchensi, ac dilecto filio Curię causarum Camerę Apostolicę Auditori, per pręsentes committimus, & mãdamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium seu alios faciant auctoritate nostra præsentes literas, & in eis contẽta quęcunque plenum effectũ sortiri, illisque omnes

quos cōcernunt pacifice frui,& gaudere.Non permittentes quemquā deſuper per quoſcunque quomodolibet indebite moleſtari.Contra dictores quoſlibet,& rebelles etiam per quas cunque[dequibus eis videbitur] cenſuras & pęnas Eccleſiaſticas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.Ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus,etiam iteratis vicibus aggrauando.Inuocato etiam ad hoc [ſi opus fuerit] auxilio brachij ſęcularis. Non obſtantibus pręmiſſis,ac conſtitutionibus ſuper Cathedram, Bonifacij,et DudumVienenſis Conlij,ac Clementinæ, Religioſi de Priuilegijs, & Dudum deSepulturis,ac etiam,Ex frequentibus de ſententia excōmunicationis,ac extrauagāte,ad Cōditorē Ioānis.22.cū aliis cōſtitutionibꝰ eandē materiā prędictę extrauagantis tāgētibus, ſeu cōcernētibꝰ,ac regulis Cācellariæ Apoſtolicæ,iā editis,& in futurū edēdis ac pię memorię Bonifacij Pp. 8.etiā prędeceſſoris noſtri de Vna,& in CōcilioGenerali de duabus dietis editis[dūmodovltra tres dietas aliquis vigore pręſētiū ad iudiciū non trahetur,& aliis Apoſtolicis,acProuincialibꝰ,Capitularibꝰ generalibꝰ,& ſpecialibꝰ cōſtitutionibꝰ & ordinationibus,etiam

etiam in vltimo Generali Concilio Lateranensi celebrato, et aliis Conciliis editis, nec non statutis, et consuetudinibus etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Priuilegiis quoq; indultis et literis Apostolicis etiam in forma Breuis per Leonem. 10. Clementem. 7. Paulum 3. Iulium etiam. 3. prefatos, ac quoscunq; alios Romanos, Pontifices prædecessores nostros, ac Sedem eandem, etiam motu proprio, ac sciẽtia, et potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, etiam priuilegiorum eorundem, reuocatiuis, restrictiuis, præseruatiuis, exceptiuis, restitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribꝰ, efficacissimis, et insolitis clausulis quomodo libet etiam, pluries concessis, confirmatis, et innouatis, quibusuis personis, et ordinibus in contrarium forsan concessis, confirmatis, et innouatis, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica expressa, et indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas Generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda.

benda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret. Et in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo et forma, derogari possit. Tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permãsuris, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quód interdici suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, et expressam de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Cæterisque contrariis quibuscunque. Hæc Paulus. 4.

27 ¶ Pater Magister à Veracruce in expositione huius indulti dicit, multa esse in hoc priuilegio de nouo concessa, et omnia antiqua renouata et confirmata.

¶ Primo omnia et singula priuilegia ante ipsum Paulum. 4. quomodolibet concessa tam ingenere, quàm in specie domibus vel locis quibuscũque, et personis vtriusque sexus, tam Minoribus quàm aliis Ordinibus: tam Mendi-

Mendicantibus quàm non Mendicantibus etiam Minimis, & omnes exemptiones &c. siue per viam extensionis, siue communicationis approbat confirmat, innouat, communicacat, & de nouo concedit. Ex quo omnia priuilegia Religiosorum hactenus concessa sunt nunc de nouo data, id est, perinde esse sicut si de nouo emanarent à Sede Apostolica. Nã licet per verbum innouamus non detur nouum ius sed antiquum confirmetur: per verbum de nouo concedimus datur: vt supra diximus in expositione indulti eiusdem Pauli 4. Prædicatoribus concessi.

28 ¶ Secundo omnia per Imperatores, Reges, aut alios Principes dat Religiosis concessa, approbat, confirmat, innouat, & de nouo concedit: & perpetuam firmitatem habere vult. Quæ concessio magna est & fauorabilissima, vt supra annotaui ex eodem Paulo. 4. in priuilegio Magistro Generali Prædicatorum concesso. num.

¶ Tertio omnia & singula priuilegia quomodolibet concessa, siue per viã cõmunicationis, siue extẽsionis, vel quomodocũq, alìo modo, vult, ꝙ debeãt in ãpliorẽ & fauorabiliorem

rem partẽ intelligi & interpretari : & ꝙ nulli liceat secus iudicare,& si ab aliquo sit cõtra attentatũ,irritũ sit & inane. Vbi declarat priuilegia omnia esse fauores & non odia: & similiter quod debeant interpretari in ampliorẽ & fauorabiliorem partem. Pro quo est aduertendum, ꝙ in hoc priuilegio particula vna est posita multum notanda, & quæ in nullo alio posita est priuilegio,& est illa. Iuxta ampliorem &c. Siquidẽ Iulius.3. et idem Paulus.4.in indulto cõcesso ad instãtiam Prædicatorũ anno sequẽti videlicet.1556.posuit vt priuilegia debeãt intelligi et interpretari in partẽ fauorabiliorẽ. Quod quidẽ magnũ est,cũ per id declaret priuilegia esse fauores & nõ odia, et hic super addiderat iuxta ampliorem, & fauorabiliorem illorum intelligentiam,et interpretationem. Sic vt non sufficiat priuilegiũ intelligere in partẽ fauorabiliorem : sed etiam oportet in ampliorem & extensiorem. Vt si sit dubium in priuilegio, & est fauorabile intelligere in vnã partẽ & in aliã similiter, sed in vna est ãplior fauor quàm in alia, oportet intelligere,& interpretari,non solum in partem fauorabiliorem, sed etiam in ampliorem,vt detur facultas priuilegium ampliandi

quan-

quantum fieri poteſt. Verbi gratia. Eſt dubiũ. An facultas omnimoda conceſſa ab Adriano ipſis Religioſis tantam, quantam iudicauerint expedientem et opportunam ad conuerſionem, et manutenentiam Indorum, et aliorum qui concomitantur ad opus conuerſionis, an ſe extendat ad hoc, vt in Bigamia poſſit fieri diſpenſatio cum illo qui multum iuuaret ad opus conuerſionis, vel cum illo qui ſibi virilia amputauit? Quidam dicunt, ꝙ non ſe extendat, eo ꝙ Papa cum his nõ ſolet diſpenſare. ſed tamen amplior pars eſt, ꝙ ſe extendat talis omnimoda poteſtas, quia poteſt eſſe, ꝙ expediat et ſit opportunum cum tali perſona diſpenſare virtute huius conceſſionis. Quia Papa dat, vt debeãt priuilegia in partem ampliorem interpretari, vt extendantur quantum fieri poteſt, et ſic in aliis ſimilibus caſibus. Quapropter conſideranda venit particula, vt intelligatur Pontificis intentio et priuilegia exiſtimentur eſſe fauores, non quomodocunque ſed ampliſſimi, et vt tales vult ampliari et non reſtringi et coarctari. ¶ Ex iſtis etiam eſt manifeſtum quod ſi aliquis dubitet. An in iſta Noua Hiſpania [vbi iam fere omnes incolæ conuerſi ſunt ad Chriſtum Dominum] priuilegia

legia concessa Religiosis qui ad Infidelium terras proficiscuntur cessauerint,& eorũ non possit esse vsus: dubium debet definiri, secundum mentem Pontificis in ampliorem partẽ: sed amplior est pars & fauorabilior, ꝙ ipsa priuilegia adhuc durent vsque dum Pontifex contrarium declaret: sequitur ergo, quod hęc pars sit tenenda et amplectenda: quia amplior, extensior et fauorabilior.

29 ¶ Hic notare oportet, ꝙ Doctissimus Pater Magister à Veracruce dicit in Compendio Indico, ver. Priuilegium, notabili. 2. in expositione priuilegij Pauli. 4. vbi docet, quod illa concessio qua Paulus. 4. concessit Fratribus Prædicatoribus õnia priuilegia ab ipsomet & ab aliis Romanis Pontificibus suis prędecessoribus cõcessa dictis Fratribus, iuxta fauorabiliorẽ illorũ interpretationẽ: nõ solũ extẽditur ad priuilegia tunc concessa, sed etiam ad concedenda: per textum notabilem in capit. Quia circa, de Priuilegiis. Quia propositio indefinita ęquipollet vniuersali. Pro quo vide glossam. c. Vt circa de Elect. in. 6. Exemplum. Quidam Archiepiscopus concessit Monachis priuilegium super decimis Episcopalibus retinendis quas debebant possessiones

Monachorum dictorum ipsi Archiepiscopo. Dubitatum fuit postea à successore, an priuilegium dictum extendebatur ad possessiones quas postea acquisierunt dicti Monachi : an solum deberet intelligi de possessionibus tunc habitis. &c. Respondit Papa, quod de omnibus, quia ex quo indefinitê remisit decimas Episcopales dictis Monachis, nil excipiendo, [cũ potuerit excepisse] intellexisse videtur de prȩteritis quæ tunc habebantur, & de futuris, quȩ postea habitȩ sunt. Quia in beneficijs plenissima debetur interpretatio adhiberi, & vna & eadem res non debet diuerso iure censeri. Ex his probatur, ꝙ dicta concessio Pauli. 4. Fratribus Prȩdicatoribus facta, & similiter hæc quæ nobis antea facta ab eodem fuerat debet extendi ad priuilegia futura cõcedenda per suos successores. Quod quidem est notãdum, pro intelligendis priuilegiis. Et nescio, an in toto corpore iuris inueniatur textus similis isti, de quo facit magnũ festũ Pan. 1. p. suorũ consiliorum, in consilio. 9. Hæc quo ad interpretationem : quia quo ad communicatione oportet de futuris fiat mentio : aliàs solum de prȩteritis. Idem Panor, super hoc nu. 3. notat, ꝙ intelligitur priuilegium concessum cõtra iuris-

tra iurisdictioné debet cõtra concedẽtẽ largis sime interpretari, et ad. c. 1. & 2. de Filiis presby, in. 6. vbi dicitur, ꝙ priuilegiũ cõtra ius est strìcte interpretãdũ, quia õnis recessus à iure est odiosus. Respondet ꝙ debet intelligi nisi priuilegium tantum prędicet concedenti, quia tunc censetur Principis beneficiũ, quod debet largissime interpretari, de Ver. Signif. cap. Olim, vt hic in hoc. c. Quia circa: quia tã tum prędicat concedẽti. Ex quo etiã probatur, ꝙ dicta concessio. Pauli. 4. qua concedit priuilegia à suis prędecessoribus, & ab ipso cõcessa Fratribus Minoribus, & Prædicatoribꝰ iuxta fauorabiliore illorũ interpretationẽ, ꝙ debet extẽdi ad priuilegia futura cõcedenda post eum. Quia hæc priuilegia tantũ prędicant concedẽti, sicut remissio decimarũ facta dictis Monachis perdictũ Archiepiscopũ. Et quia Papa potuit excipere vt solũ de concessis loqueretur sua cõcessio, & nõ de cõcedẽdis, & nõ excipit, ergo cõcessit. Atq; ita hæc cõcessio extenditur etiam ad priuilegia concedenda.

30 ¶ Quarto in hoc priuilegio Paulus. 4. õnẽ tollit facultatẽ aliter interpretãdi quàm in amploirem, & partem fauorabiliorem: Et non solum omnia & singula priuilegia confirmat

approbat & innouat, sed etiam de nouo concedit: Et exemptionem ab Inquisitoribus et ab omni ex actione, quarta & quinta funeralibus &c. Et dat in protectorem ad hoc q libere fruantur et vtantur Religiosi suis priuilegiis Episcopum Conchensem, & Archiepiscopum Rothomagensem &c. sic vt non sinant aut permittant aliquem Fratrem indebite molestari: sed pacifice suis priuilegiis et gratijs frui atq; gaudere debere, inuocato ad hoc [si opus fuerit] brachij secularis auxilio. Sed quantum attinet ad Inquisitores per priuilegia Sanctę Inquisitionis Officio, post Paulum.4.concessa, eorum iurisdictioni & censurę omnes nos subijcimur, vt ipsemet Pater docet in suo Compendio Indico.ver. Inquisitores.§. vltimo. Absque dubio enim amplissima habent priuilegia, sicut et nos supra docuimus, quibus in fide delinquētes vel suspectos quoscunq;, et iudicare, et punire possunt, & puniunt, sicut in Hispania et in Nouo Orbe fieri videmus.

31 ¶ Quinto Paulus.4. plures non obstantias apponit easque singulares. Nam derogat Clemētinę Religiosi, de Priuilegiis, vt ea non obstante Religiosi suis fruantur gratiis & priuile-

uilegiis. Reuocat etiam Clemen. Dudum de Sepult, inqua inseritur super Cathedram, & etiam Concilium Lateranense sub Leone.10. in quo multa Fratrum priuilegia sunt restricta: et Paulus.4. concedit, vt non obstante illo Concilio intelligantur omnia approbata confirmata & de nouo concessa. Quid? quod omnia Fratrum priuilegia in Lateranensi Cõcilio anno 1516. per Leonem. 10. restricta: fuerunt postea per eundem Leonem restricta, & in suam pristinam dignitatem redacta: vt patet per Bullam in Marimagno. fol. 69.

32 ¶ Pro huius reuocationis & non obstantiarum intelligentia exactiori primo in memoriam reuocari oportet ea quæ supra diximus, ver. Communicare, in expositione Clementinę Religiosi de Priuilegijs.

¶ Secundo, vt intelligatur in quo per hoc priuilegium derogatur iuri communi expresso in Clement. Dudum de Sepult. Vienensis Concilij [de quo Couarruuias, in Rubrica de Testamentis, & Nauarro in cap. Si quando. de Rescriptis] est aduertendum, ꝙ in dicta Clementina Dudum, multa ordinãtur pręcipiuntur et mandãtur. ¶ Primo, ꝙ in Ecclesijs parochialibus Fratres Prædicatores, & Minores nul-

nullatenus audeant, vel debeãt prædicare, vel proponere verbũ Dei: nisi Fratres prædicti à Parochialibus Sacerdotibus inuitati fuerint vel vocati: & de ipsorũ beneplacito & assensu, seu petita licẽtia fuerit, & obtẽta. ¶ Secũdo, ꝙ Religiosi nullo modo sint Confessores, nisi prius Diœcessano presententur, & ab eo audiẽdi Confessiones facultatẽ & approbationem obtinuerint: atque ita precipitur, ꝙ Magistri Generales, Priores Prouinciales Prædicatorũ, & Prouinciales Ministri, & Custodes Minorũ Fratrũ eligere studeãt personas sufficiẽtes idoneas, vita probatas, discretas, modestas, atq; peritas ad tã salubre ministeriũ, & officium exequẽdũ: quas sic ab ipsis electas reprę sentẽt vel faciãt pręsentari Prętatis, vt de eorum licẽtia, gratia, & beneplacito in Ciuitatibus, & Diœcessibus eorundẽ huiusmodi personę ac electę, confessiones confiteri sibi volentium audiant, imponãtq; pęnitentias salutares & beneficiũ absolutionis impẽdant. ¶ Tertio precipitur, ꝙ Confessores sic pręsentati, expositi, & admissi per huiusmodi admissionẽ non habent maiorem, ampliorem, aut extensiorem auctoritatem in absoluendo à casibus reseruatis, seu censuris, quàm habẽt cęteri Parochi-

chiales Curati.

¶ Quarto dicitur in dicta Clementina, ꝙ Curati ministrare habent Ecclesiastica Sacramenta. ¶ Quinto dicit, ꝙ Curatis de iure competit proponere verbum Dei, & prædicare. ¶ Sexto pręcipitur, vt de obuentionibus tam funeralibus [hoc est quæ cum funere deferuntur] quàm quibuscunq;, et quomodocunq; relictis, quarta siue Canonica portio detur Curatis ab ipsis Fratribus.

3 ¶ His igitur omnibus derogatur per hoc priuilegium Pauli. 4. in quo confirmantur innouantur, & de nouo conceduntur priuilegia specialia Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus concessa ab Innocentio. 8. Gregorio. 9. Nicolao. 4. Leone. 10. Adriano. 6. & alijs Summis Pontificibus à quibus data est eis vbiq; prædicandi facultas. Ex quo necessaria non est Episcopi aut Curati licentia: imo eo contradicente non solum potest prædicare Religiosus, in Nouo Orbe, Infidelibus, & Neophitis, sed etiã Sacramenta ministrare contra Clementinã Religiosi iam allegatã: & etiam ex indulto Apostolico Pij. 5. ad instãtiã Catholici Regis Philippi secũdo cõcesso. De quo supra ver. Baptizare. & ver. Capitula Prouincialia.

& ver. Prædicare, num. 3. et sequentibus.

34 ¶ Sexto, si aliqua priuilegiorum restrictio fuerat facta per prędecessores suos Leonem. 10. Clementem. 7. & Paulum. 3. & Iulium etiã 3. per hoc priuilegium Paulus. 4. eam tollit. Vel si quomodo alicui ex priuilegiis fuerit derogatum vel illud fuerit cassatum aut annullatum, mandat q̄ habeatur pro infecto, et sit nullius momenti talis restrictio derogatio vel annullatio Et vult Summus Põtifex, quod nullo modo istius priuilegii possit fieri derogatio, aut per clausulas generales, nisi de verbo ad verbum huius priuilegij mentio facta fuerit. ¶ Hæc concessio est valde notanda quo ad illa verba: Ac cum quibusuis irritatiuis, ãnullatiuis, cassatiuis, etiam priuilegiorũ eorundem reuocatiuis, restrictiuis pręseruatiuis &c. Per quę, si quę priuilegia ante cõcessa ab aliquo fuerunt cassata, aut ãnullata, aut aliquo modo derogata sunt per Paulum 4. in pristinum statum & vigorem redacta et restituta. Illa vero quæ aliquo modo fuerant restricta per prædicta verba eorum tollitur restrictio. Qua propter si esset verum quod aliqui perperam intelligunt cõcessionem illam & omnimodam potestatem Adriani concessam

ſam ad inſtantiam Imperatoris Caroli Quin ti, et ab eo deputatis Fratribus Mendicantibus fuiſſe reſtrictam per Paulum.3. reſtrictio illa per verba huius indulti Pauli 4. eſſet omnino ſublata, et literę Adriani.6. eſſent reſtitutę in illam primęuam dignitatem et virtutem, quam habuerunt quando emanarunt ab Adriano.6. vel ab aliis Pontificibus qui eius modi auctoritatem ſine vlla locorum differētia Fratribus Mendicantibus conceſſerunt. Atq; ita Salmanticę diſputatum eſſe, et concluſum per Doctores in iure famoſos, atteſtatur Pater Magiſter à Veracruce, & dicitur in.3. Copillatione priuilegiorum. fol. Qui quidem iuriſperiti conſtāter docuerunt, quod per huiuſmodi clauſulas in hac Bulla Pauli.4 poſitas omnia reſtricta, caſſata, et annullata in priſtinam reſtituuntur virtutem: vt intelligant qui dicunt reſtrictionem factam, ſi reſtrictio eſt per Paulum.3. iam per Paulum.4. omnino ſublatam.

35 ¶ Gregorius.13. Romę apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris die. 21. Maij anni Domini.1575. Pontificatus ſui anno.3. ad inſtantiam Reuerendiſſimi Patris Chriſtophori de Capite fontium Generalis Miniſtri Ordi-

nis Fratrum Minorum de obseruantia confirmauit omnia & singula priuilegia concessa tribus Ordinibus Sancti Francisci,& gratias concessiones indulgentias,& indulta spiritualia,& temporalia etiam per modum communicationis & extensionis inter se & cum alijs Ordinibus Mendicantibus,& non Mendicantibus. Et quidem eisdem clausulis vtitur Gregorius in nostrorum priuilegiorum confirmatione,quibus & Paulus.4.vsus est,omnem tollendo priuilegiorum restrictionem.Hoc solũ excepto,ꝙ Gregorius nostra confirmat priuilegia quatenus sunt in vsu,& Sacris Canonibus & Decretis Sacri Concilij Tridentini nõ aduersantur. Paulus vero. 4. sine vlla prorsus restrictione.

36 ¶ Sixtus.5.Romę apud Sãctũ Marcum sub anulo Piscatoris die.3.Octobris ãniDñi.1587 Põtificatus sui ãno.3.ad instantiam Fratris Frãcisci à Tholosa Ministri Generalis,& Fratris Thomę de Massa Commissarij Generalis Cismontani confirmauit omnia priuilegia tribus Ordinibus Sancti Francisci concessa,ac confirmauit: etiã per modum cõmunicationis,& extensionis inter se,& cũ alijs Ordinibus Mẽdicantibus,& non Mendicantibus.Ecce ergo qua-

qualiter Fratres Minores õniũ Ordinũ tã Mẽ dicãtiũ, quã non Mẽdicãtiũ gaudẽt priuilegiis. Illud autẽ animaduertẽdũ est, ꝙ priuilegijs Ordinibus Mendicantibus & nõ Mẽdicãtibus cõcessis nõ possunt Fratres aut alię Religiones vti & gaudere, si earũ puritati & obseruantię regulari cõtrariantur & aduersãtur, vt expresse declarauit Clemẽs. 7. & vidimꝰ supra nu. 25 atq; ita apponitur clausula illa Fratrũ professioni regularis obseruãtię nõ contraria, aut alia similis in aliis priuilegijs, dũmodo eorum quibus cõmunicantur obseruãtię nõ sint contraria. Quæ limitatio sẽper intelligitur apposita, licet in ipsa Bulla non apponatur: aliàs talis cõmunicatio cederet non in fauorẽ, sed in odiũ, nõ in ędificationẽ & stabilitatẽ, sed in dissipationẽ & destructionẽ Religionũ. Et ꝙ in fauorẽ introductũ est, in odiũ retorqueretur, cõtra id, ꝙ dictat ratio naturalis & Sacri Canones ꝓclamãt. Ad hoc facit ꝙ dicit Bernard. de pręcepto & dispẽsatione, quod est introductũ ꝓ Charitate, nõ debet [inquit] cõtra Charitatẽ militare. Quod tamẽ esset si priuilegiũ cõcessũ Mẽdicãtibus Charitate & benignitate Põtificia, retorqueretur in eorũ damnũ & destructionem regularis obseruantię. Multa enim

Sum-

Summi Pontifices Ordinibus militaribus con cesserunt, quæ aliis Religionibus Mendicantibus, & Monachalibus minime gentium sunt applicanda. Professoribus enim militarum concessum est, vt possint ducere vxores, et vero Matrimonio copulari: et vt possint testari de bonis suis patrimonialibus, et etiam de red ditibus Ecclesiasticis certa quantitate suis Monasteriis relinquẽdo, et alia similia, quæ si per consequens Ordinibus Mendicantibus, & Monachalibus censerentur communicata, totus eorum decor, et fortitudo periret, imo deficerent à veris Religionibus, cum status Matrimonialis verę Religionis essentię con tradicat. Ita docet Frater Emanuel. Tom. 1. qq. q. 55. art. Vltimo. Et in penultimo docet ex Corduua in Additionibus ad Compendiũ Tit. Communicatio priuilegiorum in fine, illi, quibus communicantur priuilegia aliorum Ordinum, ac si illis specialiter concessa fuissent, quales sunt Mendicantes, et etiam alii Religiosi, de quibus supra, possunt æqualiter, & ex ęquo gaudere prædictis omnibus priuilegiis sibi communicatis, etiam contra illos, quibus concessa fuerunt, per quorum communicationem ipsi gaudent prædictis priuilegijs.

legijs. Ratio est, quia iam facta sunt sibi propria, et non habent ea dependenter ab aliis, sed independenter, ac si ipsis specialiter concessa fuissent, quomodocunque illi se habeant circa illa priuilegia vtendo, vel non vtendo eis, sicque in tali communicatione independenti, omnes qui dictis priuilegiis possunt adęquantur ex ęquo. Nec ex hoc, quod communicantes virtute cōmunicationis possint agere contra eos, quibus priuilegium communicatum primo fuit concessum frangitur regula illa vulgaris, quod priuilegiatus, non potest agere contra pariter priuilegiatum. Nam illa regula non militat in hoc casu, vt supra. q. 9. late declarauimus, adducendo aliqua exempla manualia. Loquendo autem de illis, quibus non sic specialiter et independenter communicantur priuilegia, vt sunt familiares et donati Fratres, et alii huiusmodi, secus dicendum est. Hi enim non possunt vti priuilegiis Fratrum contra ipsos Fratres, quorum priuilegia illis communicantur. Quia quod in fauorē ipsorum Fratrum principaliter cō cessum est [quod scilicet, eorum familiares vtantur ipsorum priuiligiis] non debēt cōtra ipsos Fratres, seu in eorū dispēdiū retorqueri.

PRO

PRO FRATRIBVS AVGVSTI-niensibus specialiter.

37 ¶ Alexander. 6. Motu proprio concessit Fratribus Augustiniensibus, vt õniũ & singulorum Religiosorũ cuiuscunq; obseruãtię fuerint & domorum, locorum, & personarum in illis degentium, quibus, vt priuilegiis dicti Ordinis Augustiniensium vti possint, per eandem Sedem concessum est, possint & valeant huiusmodi Augustinienses ipsorum locorum, domorum, & personarum in illis habitantiũ priuilegijs, indultis, immunitatibus, concessionibus, exemptionibus indulgentiis & libertatibus eis in genere quacunq; Apostolica auctoritate concessis [quorum tenores haberi voluit pro expressis, & specificatis] vti, potiri & gaudere perpetuis futuris temporibus libere & licite. Circa hanc concessionem aduertunt Collector priuilegiorum Mendicantium hoc Tit. nu. 21. & Archiepiscopus nu. 17. quod est magna, & cui nullibi aliã similem reperisse ait. Virtute autem huius videtur, quod etiã Fratres Minores, & alii Mendicantes ratione communicationis priuilegiorum possunt vti priuilegijs illorum, quibus sua priuilegia sunt

sunt communicata, vsque ad datam prædictæ concessionis Augustiniensium, sed non de in posterum concessis & concedendis, quia de illis non est facta mentio.

38 ¶ Sed amplior multo & extensior est alia Iulij. 2. concessio per quam non solum gaudet priuilegijs alijs Ordinibus concessis, sed etiã in posterum cõcedẽdis. Decreuit ergo prædictus Pontifex communicationem priuilegiorum aliorum Ordinum Mendicantium factam Fratribus Augustiniensibus ad ea etiam extendi, quæ Viuę vocis Oraculo ab eis impetrata, aut in genere donata sunt. Et voluit, vt quicquid alicui eorundem hoc modo, aut quouis alio concessum est hactenus, aut in posterum concedetur, siue Conuentualibus, siue obseruantibus nuncupatis, id omne proprio Motu, & ex certa sciẽtia eisdem Augustiniensibus sit concessum. Ex Com. nu. 25. Et in Cõ. Archiepiscopi num. 20.

39 ¶ Et idem Iulius. 2. confirmauit communicationem priuilegiorum, quam Sixtus. 4. fecerat inter Fratres Augustinienses, & alios Mẽdicantes. Et insuper decreuit ac voluit, vt quicquid vsq; tunc Ordini Minorũ, aut Prædicatorũ, aut Carmelitarum, aut Seruorum

Beatæ Mariæ concessum ab Apostolica Sede est, et quicquid in futurum concedatur eisdem Fratribus Augustiniensibus concessum sit. Itaque Fratres huiusmodi eisdem concessionibus perpetuo vti possint, perinde ac si eis nominatim concessę essent. Ita habetur in Supplemẽ. Or. fol. 67. concess. 212. et refert Archiepiscopus verbo, hoc nu. 22.

40 ¶ Idem Iulius statuit, vt quicquid Indulgentiarum et gratię Fratribus et Monialibus mantellatis et corrigiatis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini concessum est, id omne vtrique sexui concessum intelligatur viris, scilicet atque mulieribus: dummodo à Generali, vel Priore, aut Rectore alicuius loci dicti Ordinis auctoritate gratię assequendę facultatem obtinuerint. Ex Compen. Archiepiscopi. num. 19.

41 ¶ Idem Iulius in alio Breui prædictis Augustiniensibus directo posuit sequentẽ clausulam. Communicationem quoque priuilegiorum cum alijs Ordinibus omnibus firmamus et roboramus volentes priuilegia nostra omnia integre et ad verbum vt sonant plenissime, atq; inuiolabiliter vbique gentium obseruari. Ex Compen. Archiepiscopi. num. 21.

42 ¶ Leo

42 ¶ Leo.10. declarauit & concessit, ꝙ personę trium Ordinum Sancti Augustini, videlicet Fratres Moniales & mantellati omnibus & singulis priuilegijs, gratijs & indultis quæ in Marimagno, seu in alijs concessionibus, tam per ipsum quàm per alios Romanos Pontifices prędecessores suos Ordini antedicto concessis continentur plenê & largiter perfrui possint & debeant. Sed voluit, ꝙ quarti gradus vtriusq; sexus personę indulgentiis tantummodo gaudeant. Ita habetur in Supplemento. fol. 122. concess. 556.

43 ¶ Circa quam concessionem aduertunt Collector priuilegiorum nu.20. & Archiepiscopus. n.23. ꝙ istę personę quarti gradus videtur, ꝙ sunt quę in aliquibus literis Apostolicis vocantur Corrigiatę, idest, quæ solum deferunt corrigiam Sancti Augustini, & ꝙ hę personę solum gaudent indulgentijs post istam prouisionem. Nam antea gaudebant alijs indultis, sicut Fratres, & admittebantur tempore interdicti ad diuina. Et Frater Emanuel To. 1. qq. regul. q. 55. art. 16. credit, quod Fratres Fratrum, & eos Hospitantes lucrantur omnes indulgentias & peccatorum remissiones Fratribus concessas, & ꝙ ipsorum suffragiorum

 sunt

ſunt participes. Sed non poterunt tempore in terdicti, & ceſſationis ſepeliri in Monaſterijs ea pompa, et ſollemnitate, quibus Fratres & Religioſi ſepeliuntur. Hoc enim cedit in maximam perturbationem iuriſdictionis quã ab Eccleſia vult amouere Concilium Tridentinum. Seſſ. 24. de Reformatione. cap. 11.

44 ¶ Idem Leo conceſſit Generali Priori Auguſtinien. vt quicquid Indulgentiarum & gratię Fratribus Monialibus & mantellatis ac Corrigiatis conceſſum eſt, id omne vtriq; ſexui cõceſſum intelligat̃, ſicut ſupra nu. 40. dictum eſt. Ex Compen. Archiepiſcopi. nu. 24

PRO FRATRIBVS CARMELITIS.

45 ¶ Sixtus. 4. conceſſit Fratribus Ordinis Carmelitarum, vt gaudere & potiri poſſint, & debeant priuilegijs indulgentiis, gratiis, & fauoribus indultis tàm ſpiritualibus quam temporalibus cõceſſis Fratribus Prædicatoribus & Minoribus, ac Eremitanis Sancti Auguſtini velut ſi prædicto Ordini Carmelitarum nominatìm conceſſa fuiſſent, aut concederentur in futurum. Et circa huiuſmodi communicationem facit copioſam ſpecificationem de cõ-

ceſſis

cessis respectu Prælatorum prædictorum Ordinum. Sic habetur in lib. Monumenta Ordinum in. 1. impressione. fol. 105. & in Supplemento fol. 118. Concessione. 483.

PRO FRATRIBVS MINIMIS.

46 ¶ Sanctissimus Ordo Minimorum ex priuilegio Pij. 5. inter Mendicantes connumeratur. Qui Pius. 5. ait, q̄ omnia & singula priuilegia immunitates exemptiones facultates, gratias libertates, indulta, & alias gratias, tam per eum nuper, quàm per quoscũq; Romanos Pontifices prædecessores suos, & Sedẽ eandẽ quomodolibet Mẽdicãtibus Ordinibus cõcessa, ad prefatum Ordinẽ Minimorum de nouo extendit & ampliauit, ipsosq; vere Mẽdicãtes esse, & sub Mendicantiũ Ordinibus esse, & cõprehendi debere. Nec non omnia, & singula Concilij Tridentini decreta pro Mendicantibus Ordinibus declarata, & modificata, etiam pro Ordine Minimorũ huiusmodi declarauit & modificauit. Ita habetur in dicta Bulla, quę originaliter continetur in libro Constitutionum Põtificalium, inter constitutiones Pij. 5. Quadragessima octaua in ordine, Pag. 1001.

 ¶ Cir-

¶ Circa hęc aduertit Pater Emanuel. 1. To. q. 55. art. 2. ꝙ ante quàm hic Ordo inter Mendicantes locum haberet continebatur in eius Marimagno. Vt possint ipsi Fratres Minimi transumptare quęcunq; priuilegia, & Bullas concessas alijs Ordinibus, ac si illa [mutata in eis nominibus] sub nomine Minimorum specialiter, & principaliter pro eo Ordine emanassent. Vnde ex priuilegijs tã Mendicãtium, quàm non Mẽdicantiũ multa extraxerũt, quæ eis accomoda sẽtiebantur. Quę Sthephanus Vsus maris, et Gaspar Parassellus ambo Generales, in Collectionibus priuilegiorum ab ipsis factis inseruerunt. Et certe ex superioribus hæc omnia comprobantur. Nam cum Ordines Mendicantes gaudeant priuilegijs concessis & concedendis aliis Ordinibus Mẽdicantibus, & non Mendicantibus, clare sequitur, ꝙ cum prædictus Ordo Minimorum gaudeat priuilegiis Mendicantium ex constitutione Pij. 5. gaudet per consequens priuilegijs concessis & concedendis alijs Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus.

DE ORDINE SERVORVM BEATAE *Mariæ & eorum priuilegiis.*

47 ¶ Ordo Seruorum Beatæ Mariæ confirmatus fuit & inter Mendicantes connumeratus ab Alexandro.4.anno salutis circiter millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, vt refert Pater Emanuel Tom.1.qq.regul.art. 6.Et q.55. art.3. dicit Pium.5.in constitutione iam citata inter Ordines Mendicantes, Ordinem Seruorum Beatæ Mariæ constituisse: & similiter sicut Ordinem Minimorũ ea constitutione declarasse esse Mendicantem, & omnia Mendicantibus concessa priuilegia & indulta Minimorum Religioni communicasse. Atq; ita id ipsum credendum esse Ordini Seruorum Beatæ Mariæ concesisse, cum eam inter Mendicantes connumerauerit.

DE ORDINE SEV CONGREGA *tione Sancti Hieronymi Iesuatorum & eorum communicatione cum cæteris Mendicantibus.*

48 ¶ Vrbanus.5.Summus Pontifex anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, hunc Ordinem confirmauit. Dicuntur autem huius Religionis professores Iesuitæ ob frequentiam quam huius nominis Sãctissimi Iesu in ore gerebant: & dicuntur Diuĩ Hie-

Hieronymi, non ꝙ ab eo is Ordo fuerit insti tutus [militat enim sub magni Augustini patrocinio] sed quia eius Religiosi non multo post Religionem huiusmodi vnanimi consensu & voluntate Sanctum Doctorem sibi Patronum & protectorem singularem elegerunt cuius rei illud magno testimonio esse videtur, ꝙ Monasteria & Ecclesias suas magna ex parte D. Hieronymo dedicarunt. Et Alexander. 6. anno Domini. 1492. concessit, ne in posterum simpliciter Iesuitę, sed Fratres Iesuitę, S. Hieronymi dicerentur.

¶ Et Pius. 5. apud Sanctũ Petrũ sub annulo Piscatoris suarum Constitutionum Constitutione. 49. fo. 1002. die decima nona Nouembris, Incarnationis Dominicę, anno. 1567. Pontificatus sui anno secũdo in ea Bulla quæ incipit. Romanus Pontifex. &c. inter Mendicantes hanc Religionem connumerauit. Vnde Motu proprio, non ad ipsius congregationis vel illius Fratrum, aut alterius ex his illi super hoc oblatę petitionis instantiam, sed de sua mera liberalitate, ac ex certa scientia, & de eiusdem Sedis potestatis plenitudine omnia & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates, gratias, libertates, indul-

dulta, & alias gratias, tam per eum, quàm per quoscunque Romanos Pontifices prędecessores suos, & Sedem eandem quomodolibet Mendicantibus Ordinibus cōcessa, eorum omnium ac desuper, & tam sub plumbo, quàm sub forma Breuis confectarum literarum tenore, ac si de verbo ad verbum insererentur, pręsentibus pro expressis & insertis habens, ad ipsam congregationem Iesuatorum, illius Fratres, Domos, Ecclesias, & loca quæcunque de nouo, quo ad ea, quæ eorum regulę & modo viuendi non repugnant, tantum auctoritate Apostolica tenore pręsentium extendit. Et amplius ipsos verè Mendicantes, & sub Mendicantium Ordinibus esse, & comprehendi debere. Nec non omnia & singula Concilij Tridentini decreta pro Mendicantibus huiusmodi declarata, & modificata etiam pro congregatione huiusmodi, eiusque Fratribus declarauit et modificauit. Ita habetur in libro Constitutionum Pontificalium, & refertur à Fratre Emanuele. Tom. 1. qq q. 55. art. 4.

49 ¶ Et Gregorius. 13. apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris prima die Februarii anni Domini. 1578. Pontificatus sui anno 6. in

Bulla incipienti. Spectatus qui in castitatis. &c. Omnia huius Religionis priuilegia per suos predecessores concessa confirmauit, & de nouo concessit.

PRO FRATRIBVS SOCIETATIS.

50 ¶ Pius Papa.5.Romę apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris,die 7.Iulij anni Domini.1571.Pontificatus sui anno sexto, in Bulla quæ incipit. Dum indefessę cōsiderationis. &c.Motu proprio nō ad Prępositi Generalis, & Societatis vel alicuius eorum,aut alterius pro eis Pontifici super hoc oblatę petitionis instantiam, sed ex mera liberalitate, & certa scientia declarauit indulsit & concessit Societatem & illius Prępositum, ac singulas personas Societatis verè,& non fictè Mendicantes fuisse,esse, & fore, & inter aliorum Fratrum Religiosorum Mendicantium Ordines,aliosque Fratres & Religiosos Mendicantes commemorari,& connumerari debere, ac omnes & singulas tam iuris,quam hominum dispositiones,in fauorem Religiosorum,seu Fratrum Mendicantium,nunc, & pro tempore emanatas, etiam in Societate, illiusque domibus, Colle-

Collegiis, Preposito, & alijs Religiosis locum habere, nec non omnia, & singula quæcunque, quotcunque, & qualiacunque sint, etiam speciali nota digna priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates remissiones, & gratias tam spirituales, quàm temporales, literasque Apostolicas, etiam iustitiam, siue mixtim concernẽtia, & per quoscunq; alios Romanos Pontifices tam predecessores, quàm successores, & denique Sedẽ Apostolicam, & illius Legatos de latere, siue Nuncios, & quascunque aliias personas, quauis auctoritate fungentes etiam motu, et scientia similibus, ac de Apostolice potestatis plenitudine, etiam consistorialiter tam ingenere, quàm inspecie, et tam communiter, et coniunctim, quàm particulariter, et diuisim, etiam per modum extensionis, seu communicationis, et aliàs quomodolibet, quibusuis Ordinibus Fratrum, et Sororum Mendicantium quocunque nomine nuncupẽtur, illorumque congregationibus, Conuentibus, et Capitulis, ac vtriusque sexus personis, ac illorum monasteriis, domibus, Ecclesijs, Hospitalibus, et aliis pijs locis hactenus concessa, et in posterũ concedenda: quorum omnium, et singulorum tenores, ac si de verbo ad ver-

verbum inserti forent, pręsentibus pro expressis, et insertis haberi voluit, eisdem Pręposito, ac Societati, et omnibus illius personis, Domibus, ac Collegiis vbiq; terrarum sitis, ita ꝙ Societas, Domus, Collegia Præpositus, & personę huiusmodi omnibus, & singulis prædictis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, concessionibus, indultis, indulgentiis, remissionibus, gratiis, & literis eisdem Fratrum, & Sororum Mendicantiũ Ordinibus, Congregationibus, Conuentibus, Capitulis, personis, Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, Hospitalibus, et aliis pijs locis, vt pręfertur concessis, et concedendis, antea potuerint, et nunc, ac in futurum dummodo instituto Societatis, & Præpositi, seu deputatarum personarum huiusmodi voluntati, & beneplacito non refragentur, possint libere, et licite vti, frui, potiri, & gaudere in omnibus, et per omnia, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter, absque vlla prorsus differentia, perinde ac si Societati, Pręposito, personis, Domibus, & Collegiis prædictis nominatim, et specialiter ac generaliter concessa fuissent, Apostolica auctoritate tenore pręsētiũ perpetuo sanciuit, voluit

et

et declarauit, ac pariter cõcessit indulsit, & elargitꝰ est. Decernẽs prẽsentes literas nullo vnq̃; tẽpore per illũ aut Sedẽ prędictã reuocari, aut limitari, vel illis derogari posse, neque sub vllis similiũ, vel dissimiliũ gratiarũ reuocationibꝰ, alterationibus, limitationibꝰ, derogationibꝰ, aut aliis cõtrariis dispositionibus, nũc, et ꝓ tẽpore emanatis cõprehẽdi, sed sẽper ab illis excipi, et quoties reuocari, alterari, limitari, vel derogari cõtingat, toties in pristinũ, et eũ, in quo ante prẽmissa erãt, statutũ restitutas, et de nouo etiã sub posteriori data per ꝓ tẽpore existẽtẽ Societatis huiusmodi. Prępositũ Generalẽ eligenda, cõcessas esse, et fore, ac ita, et nõ aliter per quoscũq; iudices, tã Ordinaria, quàm delegata et mixta auctoritate fũgentes, etiã S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam Sedis Apostolicę Legatos de latere, et Nũcios, ac causarũ Palatii Apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, vbiq; et in quauis instantia interpretari, censeri, iudicari, cognosci, et decidi debere. Irritum quoq;, et inane quicquid secus super his aquoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari &c. assignat deinde conseruatores & nota-

notabiles non obstantias apponit. Hęc Bulla habetur autentica in Archiuo Sancti Augustini de Mexico.

¶ Collector priuilegiorum dictę Societatis ver. Communicatio gratiarum, ex hac Bulla docet primo, ꝙ per gratias et facultates cõcessas Ordinibus Mendicantibus Religiosi dictę Societatis Ecclesię ac loca gaudent omnibus et singulis priuilegiis immunitatibus exẽptionibus, concessionibus, indultis indulgentiis peccatorum remissionibus, et gratiis quibusuis congregationibus confraternitatibus, oratoriis, piis locis Ordinum Mendicantium quomodolibet: per priuilegium concessum Minoribus et Augustiniensibus per Clementem Septimum, qui amplissimam communicationem illis concessit priuilegiorum tam concessorum quàm concedendorum.

¶ Secundo dicit Collector prædictus, ꝙ Religiosi Societatis gaudent quibusuis facultatibus, et gratiis [suę professioni regularis obseruantię non contrariis] aliis Ordinibus quibuscunque non Mendicantibus quomodolibet concessis et concedendis in omnibus et per omnia, perinde ac si ipsis concessa specialiter fuissent.

¶ Tertio

¶ Tertio ait Collector, ꝙ pariter per facultatem Prædicatorum possunt dicti Religiosi, et eorum domus, et Ecclesię, et alia loca frui omnibus priuilegiis Mendicantium, et aliorum quoruncunque Ordinum, congregationũ, et confraternitatum Fratribus et personis, Ecclesiis, et Monasteriis, domibus, et oratoriis, et aliis piis locis, per Iulium. 3. suosque prędecessores concessis. Ita concessit Iulius. 3. Ordini Prædicatorum, prout in eorum libro continetur. fol. 209. pag. 2. et sequen.

¶ Aduertit quarto, ꝙ vt gratijs supra dictis et priuilegiis possit Societas Iesu vti, opus est, ne instituto Societatis, et voluntati ac beneplacito Prępositi Generalis, seu deputatarum personarum, refragentur.

51 ¶ Gregorius. 13 Romæ apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris die. 3. Maii anni Domini. 1575. Pontificatus sui anno tertio, amplam etiam concessit priuilegiorum communicationem Euerardo tunc Prępostio Generali Societatis, et pro tempore existenti Pręposito Generali, quod illi et Societas huiusmodi omnibus, et singulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, concessionibus, indultis, indulgentiis, remissionibus, gratiis,

gratiis, et literis Fratrum, et Sororum Mendicantium aliarumque Religionum Ordinibus, Congregationibus, Conuentibus, Capitulis, Personis, Monasteriis, Domibus, Confraternitatibus, Hospitalibus, & aliis piis locis hactenus concessis, et in futurum concedendis, ac Preposito, Societatique prædictis, nec non eius Domibus, Collegiis, et locis vbique terrarum constitutis, communiter vel diuisim Apostolica, seu delegata auctoritate, vel vigore quaruncunq; facultatum etiam ad instar, aut eque principaliter etiam per communicationem seu aliàs quomodolibet concessis: iuxta Societatis huiusmodi instituti rationem, constitutiones, ritus, vsus, mores, consuetudines, normas, obseruationes, et procedendi modum in prædictis Societatis Domibus, Collegiis, congregationibus, concionibus, lectionibus, disputationibus, Ceremonijs, & alijs cuiusuis generis actibus publicis, et priuatis, ac denique vbique locorum vti, frui, potiri, gaudere, & illa exequi, ac in eis procedere possint. Quodque priuilegia, immunitates, exēptiones, facultates, concessiones, indulta, indulgentie, remissiones, gratie, & litere huiusmodi Superioribus, & aliis personis aliarum Religionum,

gionũ,cõgregationũ,ac piorũ locorũ concessa, prædicto,& protẽpore existẽti Prępposito Generali Societatis huiusmodi concessa esse intelligantur,qui illa per se ipsum,vel aliũ,seu alios ab eo,vel de eius commissione electos,seu eligendos,quibuscunque personis dictę Societatis,sub eiusdẽ Societatis obedientia emissis tribus votis degentibus prout magis expediens fuerit communicare liberê, & licitê valeant, nec aliter cętert Personę dictę Societatis prędictis priuilegijs facultatibus,& aliis prę missis,aut aliquo eorum, nisi per Generalem Prępositum,& de eius beneplacito,aut per alium, seu alios de eius commissione electos, vt prę missũ est,vti,aut gaudere posse. Et in super,ꝙ õnia priuilegia,aliaque pręmissa aliarũ Religionũ Capitulis,siue Cõuẽtibus aut congregationibus tam in celebrãdis quibusuis contractibus,quã in quibuscũque aliis actibus,tã publicis,quã priuatis per eiusmodi Capitula,siue Cõuẽtꝰ exerceri solitis hactenus cõcessa,& in posterũ cõcedẽda congregationibus Societatis prædictę eiusque Domorũ, Collegiorũ, & locorũ,cõgregatis,& interueniẽtibus illis dũtaxat, qui more Societatis prædictę, & secundum eius constitutiones, & statuta regimen

men, et administrationem domorum, et Collegiorum iuuare, et promouere solent, cuiusmodi sunt in generalibus congregationibus, qui ex diuersis prouincijs conueniunt, in vniuersali autem totius Societatis administratione Generalis Pręposìtus cum suis Assistentibus, in rebus verò, et negocijs domorum, et Collegiorum tractandis, Præpositi, aut Rectores, vel Vicepręposìti, aut Vicerectores, Ministri, Consultores, et Procuratores, seruato in eiusmodi congregationibus peculiari, ac proprio dictę Societatis procedendi modo, concessa esse intelligantur: ac eo modo per Præpositum, et Societatem huiusmodi in quibuscunque domibus, Collegiis, et locis vbique terrarum obseruari, et ad praxim, ac vsum plenè et perfectê, ac validê deduci, et deferri valeant. &c. Hoc Breue authenticum habetur in Archiuo Sancti Augustini de Mexico.

¶ Hæc concessio et communicatio notanda est, cui addit Collector priuilegiorum Societatis vbi supra, ꝙ Superiores poterunt hãc communicationem concedere Nouitiis sicut et cęteris. Et Doctor Enriquez. To. 1. lib. 7. de Indulgentiis cap. 19. num. 6. dicit Nouitios eisdem Indulgentiis frui posse quibus gaudẽt

pro-

professi propter communẽ vitam qua discunt statum perfectionis : cum tamen in odiosis non astringantur.

¶ Idem Collector secundo docet communicationem priuilegiorum quàm Societas habet cum cęteris Mendicantibus extẽdi etiam ad Viuę vocis Oracula : & quod quicquid hoc pacto aut alio, Societati concessum est, aut in posterùm concedetur, id omne motu proprio & ex certa scientia concessum esse censeatur. Quod priuilegium concessum est Fratribus Augustiniensibus à Iulio.2.vt & nos supra.§ 38. retulimus. Quę cõcessio magna est, & cõsideranda. ¶ Ex his concessionibus manifestum apparet dictos Ordines Mendicantes habere inter se amplissimam priuilegiorum cõmunicationem : de quo videatur Collectio priuilegiorum facta à Reuerendissimo Patre Stephano, Vsus maris fol. 156. cum sequentibus, et in Elencho ver. priuilegia communia.

¶ Secundo liquet non solum communicare in priuilegiis ipsis vsq; ad datam prędictorum priuilegiorum concessis, sed in priuilegiis concedendis: non solum Ordinibus Mendicantibus, sed etiam aliis non Mendicantibus. Quod probatur ex Bulla communicatio

 nis

his facta à Leone.10. Fratribus Prædicatoribus à nobis iam relata. Et ex Bullis Clementis.7. Fratribus Minoribus, & Augustiniensibus concessis. Quibus fecit amplissimam communicationem priuilegiorum communicando priuilegia et gratias concessas, & concedendas in futurum aliis Ordinibus non solum Mendicantibus, sed etiam non Mendicantibus. Hoc etiam confirmatur per Bullam Pauli.3. iam adductam.

DE NOTABILI COMMVNICATIONE *priuilegiorum quam habet* Ordo D. Hieronymi *in Hispania, communicata etiam* Ordinibus *Mendicantibus.*

58 ¶ Notanda est communicatio priuilegiorum quàm habet Religiosissimus Ordo Diui Hieronymi in Hispania, prout Collector priuilegiorum eiusdem Ordinis ver. Extensio priuilegiorum ponit, & colligit aliquas concessiones, quibus quod erat concessum aliquibus particularibus Monasteriis, aliis per modum extensionis fuit à Summis Pontificibus communicatum. Sed, quia in confirmatione priuilegiorum, quam ista Sacra Religio à Pio 4. &

4.& à Pio. 5.& à Sixto.5. adepta est, dictę concessiones, & alię multę sunt ab his Summis Pontificibus, dicto Ordini condonata : ideo licuit tantum in pręsentiarum concessiones horum Ecclesię Patrum referre.

53 ¶ Pius.4.Pontificatus sui anno 6. quarto Kalendas Augusti, ad instantiam inuictissimi Regis Philippi Hispaniarum.2. huius nominis, omnia & singula priuilegia immunitates, exemptiones, & pręrogatiuas, indulta temporalia, fauores & gratias Ordinis, & singulis, & cuiuis Monasterio, per quoscunq; Romanos Pontifices prędecessores, ac per se, & Sedem Apostolicam, eiusq; Legatos, & Nuntios in genere, vel in specie concessa ad omnia & singula Monasteria Ordinis, tam virorum quàm mulierum, quibus in specie concessa non sunt, & in quibus alię causę concessionis, & indultorum prædictorum alias, quàm vt pręfertur suberant, ad id, vt ipsa Monasteria illis pariformiter vti, frui, & gaudere possint, & deberent, perinde ac si eis specialiter concessa fuissent auctoritate Apostolica extendit, & ampliauit, illaque inter omnia

tam virorum, quàm mulierum Monasteria Ordinis in omnibus, & singulis communicauit. ¶ Aduertit autem Collector vbi supra.§ 16. q̄ literæ supra dictę extensionis non fuerunt expeditę à Pio 4. sed à Pio 5.

54 ¶ Postea vero Sixtus.5. sub anulo Piscatoris anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Pontificatus sui anno primo, die decimatertia Decembris. Omnia & singula priuilegia, immunitates, libertates, prerogatiuas, indulta spiritualia, & temporalia, fauores & gratias, etiam per modum communicationis, & extensionis eidem Ordini Sancti Hieronymi, ac singulis eius Monasterijs, Domibus, locis, & congregationibus illorumque Conuentibus, Superioribus, Prioribus, Fratribus, Ministris, & etiam vtriusque sexus personis, eiusque Capitulo per quoscunq; Romanos Pontifices predecessores suos, & per se, & per Sedem Apostolicam eiusque Legatos & Nuncios in genere, vel in specie sub quibuscunque tenoribus, & formis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, aut aliorum Principum instantiam quomodolibet cōcessa communicata extensa, confirmata, & innouata,

nouata, ac literas desuper confectas cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis & decretis [quatenus sint in vsu, & decretis Concilii Tridentini non aduersentur] Apostolica auctoritate approbauit, & confirmauit, illisque perpetuę, & inuiolabilis firmitatis robur adiecit, ac de vno Monasterio ad aliud extendit, ac omnes & singulos tam iuris, quàm facti defectus [si qui forsan interuenerint in eisdem] suppleuit. Et nihilominus pro potiori cautela illa omnia eidem Ordini Sancti Hìeronymi, ac singulis eius Monasterijs, Domibus, locis & congregationibus, ac illorum Superioribus Fratribus, & etiam vtriusque sexus personis quibuscunq; de vno eorum Monasterio ad aliud extendit.

¶ Et insuper omnes, & singulas gratias spirituales tam coniunctim, quàm diuisim, & alias quomodolibet, quibusuis alijs Ordinibus, Religionibus, Congregationibus, ac tam virorum, quàm mulierum Monasteriis & Domibus cęterisque regularibus, vel pijs locis in quibuscunque mundi partibus constitutis, illorumque Superioribus, Officialibus, Ministris, eorumque Capitulis, & etiam vtriusque sexus personis quibuscunque, per quoscun-

que Romanos Pontifices, etiam prędecessores suos, & se, Sedemq; prædictam quomodolibet concessas [in Vsu tamen existentes, ac decretis Concilij prædicti non contrarias] quibus Ordines, Congregationes, Monasteria, domus, cęteraque regularia vel pia loca, illorum que Superiores, Officiales, Ministri, & personę huiusmodi, de iure, vsu, consuetudine, vel priuilegio concessione Apostolica vtuntur, fruuntur, potiuntur et gaudent, ad dictum Ordinem Sancti *Hieronymi*, ac singula eius tam virorum, quàm mulierum Monasteria, domus loca, & congregationes, illorumque Superiores, Officiales, Ministros, ac alias etiam vtriusque sexus personas, & Capitula nunc & pro tempore existentia, ita quod premissis omnibus et singulis ęquè ac pariformiter, & sine aliqua differentia, vti frui, potiri et gaudere libere & licitê possint, perinde ac si illę omnes dicto Ordini Sancti Hieronymi illiusq; Monasteriis, locis, & personis prędictis specialiter et expressè ac principaliter, nõ autem ad instar concessę fuissent, auctoritate & tenore prędictis extendit, illasq; omnes & singulas Ordini Sancti Hieronymi, illiusque Monasteriis, locis et etiã vtriusq; sexus personis

præ-

prædictis communicauit. Hæc Sixtus. 5. pro dicto Ordine.

¶ Quę communicatio quàm magna sit patet intuenti. Per eam enim priuilegia omnia concessa vni, aut quibusdam Monasteriis Ordinis Diui Hieronymi extendit ad omnia et singula Monasteria eiusdem Ordinis tam virorum quàm mulierum: quibus in specie concessa non sunt, et in quibus alię causę concessionis, et indultorum prædictorum, alìas quam prefertur, suberant. Quę concessio est maxima. Ex qua colligitur, quod in isto Ordine fit communicatio priuilegiorum non solum generaliter concessorum congregationibus, et personis et locis congregationum, sed etiam Monasteriis particularibus. Ita quod priuilegium concessum cuidam particulari Monasterio alteri, & singulis, et omnibus eiusdem Ordinis Monasteriis fiat commune, quãuis ipsis in specie concessa non sint: et in quibus alię causę concessionum, et indultorum prædictorum alìas suberant, Omnes igitur Ordines Mendicantes, & non Mendicantes, quibus ex indultis Apostolicis concessum est omniũ aliorum Ordinum vti et gaudere priuilegiis quibuscũq; hoc gaudent

indulto, ac si specialiter & specifice ipsis esset concessum. Ex quo indulta concessa vni Monasterio Diui Dominici, Augustini, aut Francisci omnibus alijs eiusdem Religionis vtriusque sexus Monasterijs, fiunt communia. Vnde indultum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Angelis de Portiuncula, à Domino nostro Iesu Christo concessum meritis, & intercessione Sanctissimę Virginis, et à Sũmo Pontifice Honorio. 3. de nouo concessum vt quicũque contritus & confessus, primo & secundo die mensis Augusti visitauerit Ecclesiam dicti Monasterij Indulgentiam plenariam consequatur, communicatur omnibus vtriusque sexus Monasterijs nostri Ordinis, & fit illis cõmune. Atque ita contriti & confessi visitantes Ecclesiam Monasteriorum nostri Ordinis tam virorum quàm mulierum hanc eandem Indulgentiam consequuntur prędictis diebus: etiã si chordę confraternitati non sint ascripti. Priuilegia vero Fratribus particularibus vnius Religionis concessa, ob causam aliquã particularem, non communicantur alijs omnibus. Nam id in damnũ maximum & Religionis detrimentum vergeret.

DE EXIMIA PRIVILEGIORVM COMmunicatione quam habet Ordo Cistercienſis, qua etiam gaudent Ordines Mendicantes.

56 ¶ Gregorius. 14. Romę apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris die vigeſima octaua Iunij, anno Dñi. 1591. Põtificatus ſui anno, 1. priuilegia huius Religionis in hunc modum confirmat. Et inſuper ob ſingularem reformationem, & obſeruantiam dictę congregationis in eiſdem Monaſteriis inſtitutam, et conſeruatam eoſdem amplioribus fauoribus con decorare volentes, omnia & ſingula priuilegia, prętogatiuas, conceſſiones, antelationes, fauores, facultates, declarationes, abſolutiones, relaxationes, diſpenſationes, ſtationes, indulgentias etiam plenarias, ac peccatorum remiſſiones, conſeruatorias, immunitates, exemptiones, libertates prę eminentias, & indulta cuiuſuis generis exiſtentia, cęterasque gratias ſpirituales, et temporales, tam eidem Ciſtercienſi, eiuſque, Abbati, & Capitulo etiam Generali, ac quibuſuis illorum Monaſteriorum Abbatibus, etiam quatuor primis de firmitate Pontiniaco Claraualle, & Morimundo, quàm etiam Sancti Benedicti,

ac quibusuis aliis similium vel dissimilium Ordinibus, et Religionibus, sub quibusuis regulis, constitutionibus, aut Ordinationibus degentibus, seu militantibus, et quibusuis illorum respectiuè congregationibus, militijs, eorumq; professoribus, atque vtriusque sexus eorũ Monasteriis Domibus Ecclesiis, nec non Collegijs, vniuersitatibus, confraternitatibus, pijs et charitatiuis locis, eorumque in quibusuis festiuitatum, ac aliis diebus Ecclesias visitãtibus, ac eorũdẽ Religionũ Generalibus, presidentibus, et quibusuis Superioribus presidẽtibus, et quibusuis Superioribus Prelatis, ac Capitulis, etiam Generalibus, Prouincialibus, seu intermediis, eorũque Diffinitoriis Abbatibus, Prioribus, Diffinitoribus, consiliariis, et quibusuis Officialibus, Rectoribus, Ministris, Monachis, Nouitijs, Monialibus, Fratribus, Conuersis, Cõfratribus, Procuratoribus, Familiaribus, Benefactoribus, ac eorum et earum vtriusque sexus, quibusuis Regularibus personis, tam in vrbe, quàm in quibuscunq; mundi partibus consistentia seu cõsistentibus, etiam illorũ intuitu, aut aliàs quomodolibet concessa, quibus de iure vsu et consuetudine, vel priuilegio, seu constitutione Apostolica, vel Imperiali,

riali, Archiepiscopali, Episcopali in genere, vel in specie ac tam coniunctim, quàm diuisim, etiam per solam signaturam, vel Viuę vocis Oraculo, aut per viam communicationis, et extensionis, aut proprio motu, aut aliàs quo modolibet vtuntur, potiuntur, et gaudent, ac vti, frui, potiri, et gaudere quomodolibet possunt, quorum tenores haberi volumus pro expressis, ac si de verbo ad verbum insertis: etiam si talia essent vel forent, quę specialem et indiuiduam requirerent mentionem: & seu particularem insertionem ad primo dictam congregationem regularis obseruantię Sancti Bernardi, ac singula illius tam virorum quàm mulierum Monasteria, illorumque quoscunque Superiores, Pręlatos et vtriusque sexus quascunque regulares et singulares personas. Ita quod dicta congregatio Sancti Bernardi, atque vtriusque sexus eius Monasteria, Prioratus, grangias, domos, Ecclesias, Collegia pia et Charitatiua loca, Sanctorumque festiuitates, Conuentus, et Capitula etiam Generalia, particularia, vel intermedia, Generalisque Reformator, Diffinitores, Consiliarij, Visitatores, Abbates, Abbatissę, Priores,

& qui

& quicunque alij Superiores Officiales, & Ministri, Monachi, Moniales, Nouitij, Fratres, conuersi, donati, oblati, commissi, familiares, Confratres, procuratores, ac negotiorum gestores, benefactores, & aliç singulares vtriusque sexus regulares personę, ac eorum res, & bona sub eorum cura, et secundũ eiusdẽ congregationis instituta, nunc & pro tempore viuentes et existentes, pręmissis omnibus & singulis ęquêpari formiter respectiue, & abique vlla penitus differentia singula singulis concernentia, perinde ac si ea omnia illis, et eorum singulis principaliter, & expresse, & non adinstar concessa fuissent, ac si in eis talis Ordo & congregatio Sancti Bernardi primo dicta, illiusque Capitula Monasteria, Ecclesię. dictique Superiores Prelati, ac vtriusque sexus dictę personę, res et bona expressa et pręnominata fuissent, et essent, ac si pro et in fauorem eorundem à Sede Apostolica à principio emanassent & fuissent immediatê concessa: in quantum dictę congregationi expediat, eiusque gubernio, constitutionibus, et diffinitionibus non aduersentur, vti, frui, et gaudere, libere & licitê possint, et valeant, auctoritate et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

gemus. Illaque omnia et singula eis et eorum cuilibet ijsdemque auctoritate et tenore simi liter perpetuò extendimus, eisque communicamus. &c. Non obstantibus premissis, et de non expediendis literis super Indulgentijs adinstar, ac pię memorię Bonifacij Papę. 8. etiam prędecessoris nostri de vna, et Concilij Generalis edita de duabus dietis, alijsq; Apostolicis, ac in Prouincialibus et Synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinantionibus, ac quorumuis Ordinum congregationibus, Monasteriorum, et regularium, locorum prefatorum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, declarationibus, et inhibitionibus, priuilegiis quoque, et literis Apostolicis etiam Legatis Nuntiis et Ordinarijs ac Ordinibus prefatis eorumque Superiobus et personis sub quibuscunque tenoribus et formis etiam in fundatione vel dotatione obtentis. &c.

57 ¶ Hoc priuilegium authenticum se vidisse asserit Pater Emanuel. Tom. 1. qq. q 55. art. 7. et quia aliam similem non inuenit priuilegiorum cõmunicationem eam suo operi in

inseruit. Ex qua concessione aliqui conside-
rantes hanc non obstantiam generalem etiam
constitutionem in Concilijs Generalibus &
specialibus editarum, ibi. [Et Synodalibus
Conciliis editis, Generalibus, vel specialibus
cōstitutionibus, et ordinationibus. &c.] asseru
erunt in dicta Bulla omnia prorsus Reli-
gionis Cisterciensis priuilegia confirmari,
etiam si sint contra Generale Concilium Tri-
dent. Sed ad hoc respondet, ꝙ in hac confir-
matione et innouatione Pontifex, Cistercien-
sis Religionis priuilegia cōfirmat et innouat
non absolute, sed cum expressione quatenus
sunt in vsu, et decretis Concilij Tridentini
non aduersantur, prout patet ex tenore ipsius
Bullę relatę. q. 8. art. 2. Verum cum in toto il-
lo articulo neq; in subsequentibus nihil tale
inuenerim aliter ad hanc objectionem respon
dendum censeo ex Doctissimo Doctore M-r-
tino Alphonso de Viualdo in 1. p. sui Cande-
labri aurei ver. Absolutio. nu. 13. vbi dicit, ꝙ
quando Papa dispensat in lege alicuius gra-
uis Concilij: oportet vt specialiter exprimat,
se derogare tali decreto Concilij : pręsertim
dum Concilium recens est, vt est Tridenti-
num, atq; ita habet praxis, et facit quod dicit
Nauar-

Nauarro. cap.27.num.260. §.7.De Concilijs vero antiquis,sufficit dicere: non obstante cuiuscunque Concilii determinatione. Ita docet Doctissimus Episcopus Couaruuias lib. 4.Variarum resolutionum cap.16.num.6.colum. 4. vbi multos ad hoc allegat Doctores. Et Frater Antonius à Corduua lib.4.q.9. pro positione. 3.Videatur etiam noster Emanuel. Tom. 1. qq. q.8.art. 2. vbi exacte, & strictius hoc idem argumentum pertractat.

DE COMMVNICATIONE PRIVILEGIORUM *quam habent Fratres Cruciger &c Clerici Ministrantes infirmis cum Ordinibus Mendicantibus & non Mendicantibus & specifice cum presbyteris Collegialibus Societatis Iesu &c. Qua communicatione gaudent Ordines Mendicantes.*

52 ¶Congregationi Fratrum Crucigerorũ,ac Religioni Clericorum Ministrantium infirmis à Gregorio. 14. anno Domini millesimo quingentesimo primo, fuerunt communicata omnia priuilegia, exemptiones, immunitates, indulgentię, facultates, libertates, indulta, concessiones, et gratię quorumuis etiam

etiam Cisterciensium, Cluniacensium, ac Sācti Benedicti Monachis, Clericis, regularibus, et presbyteris Collegialibus Societatis Iesu, & Canonicis congregationis Lateranensis, ac quibuscunque aliis Clericis, regularibus, et aliorum tam Mendicantium, quàm non Mēdicantium Ordinum, et congregationum Fratribus, et personis, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, in specie, vel in genere, etiā communicatiuê per quoscunque Romanos Pontifices quomodolibet concessis, quę tantum sunt in vsu, neque sub vllis reuocationibus comprehensa nec decretis dicti Concilii contraria: ac illorum omnium participes esse possint et debeant pariformiter & ęquè principaliter absque vlla prorsus differentia, perinde ac si congregationi, Ecclesiis, & Domibus ipsorum nominatim et specialiter, ac generaliter concessa fuissent. Ita refert Hieronymus à Sorbo in Additionibus ad Compendium Mendicantium verbo. Communicatio priuilegiorum. pag. 200. Et habetur in Constitutionibus Gregorij. 14. et incipit. Illius qui pro gregis. &c. prout dicit Pater Emanuel art. 11. q. citat. ¶ Est autem aduertendum, ꝗ omnes et singuli Ordines Mēdicantes

hóc

hoc gaudent priuilegio, vt patet ex concessionibus supra relatis Leonis. 10. Adriani. 6. Clementis. 7. Pauli. 3. et Iulij. 3. Cum quo nihilominus stat Summun Pontificem propter peculiarem rationem alicui religioni priuilegium aliquod dumtaxat concedere, quo alia rum Religionum Fratres non possint gaudere. Qua propter priuilegia videnda & consideranda sunt, si huiusmodi communicationem prohibent & interdicunt.

PRO MONIALIBVS.

59 ¶ Innocentius. 8. statuit & concessit, quod quęcunq; Moniales commissę fuerint gubernationi Fratrum Minorum virtute alicuius indulti Apostolici, Moniales sic commissę gaudeant priuilegiis, concessis & concedendis prædictis Fratribus. Et certum est Moniales Sanctę Clarę virtute indulti Apostolici commissas fuisse gubernationi Fratrum Minorum. Ex libro, Monumenta Ordinum in prima impressione. fol. 32. & in 2. fol. 33. concess. 35.

60 ¶ Et Clemens. 7. prout supra num. 25. retulimus. Omnia priuilegia concessa & concedenda

denda quibuscunque Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, sicut indulsit Fratribus Minoribus Regularis Obseruantię, ita etiam indulsit Sororibus Santę Clarę.

61 ¶Leo. 10. Motu proprio & ex certa scientia, concessit Monialibus Sãctę & Immaculatæ Conceptionis gloriosę Virginis Marię sub obedientia Fratrum Minorum degentibus, vt omnibus & singulis priuilegijs, concessionibus prerogatiuis, libertatibus, immunitati bus exemptionibus, fauoribus, gratijs, & indultis spiritualibus et temporalibus, per ipsum Leonem, & Sedem Apostolicam Fratribus dicti Ordinis, et Monialibus Sanctę Clarę, & Sororibus Tertii Ordinis Sancti Francisci quomodolibet concessis, et concedendis & quibus Fratres, et Moniales, & Sorores huiusmodi de iure, vel priuilegio, aut consuetudine patrię vtuntur, potiuntur & gaudent, seu vtì potiri, & gaudere quomodolibet poterunt in futurum [quæ omnia pro expressis et indiuiduè enarratis haberi voluit] prædictę Moniales in supradicta obedientia permanentes vtantur, potiantur, & gaudeant, ac vtì, potiri, et gaudere possint in omnibus & per omnia, perinde ac si ipsis concessa fuissent: sic que

per

per quoscunque iudices Ordinarios, seu Delegatos in foro contentioso, ac per quoscunque Confessores suos in foro conscientię, dum & quoties opus fuerit interpretari iudicari, & definiri debere. Ex Collectore Compendij. ver. Communicatio priuilegiorum. §.18.

62 ¶ Idem Leo.10.concessit Monialibus Ordinis Prædicatorum omnia priuilegia concessa, & concedenda Ordini Minorum, Eremitarum Sancti Augustini, Carmelitarum, Seruorum Beatę Marię, ac Minimorũ Fratrum Ordinibus, vt supra visum est. num.3.

¶ Leo 10.concessit, ꝙ Moniales Sancti Augustini eisdem prorsus fruerentur priuilegijs, & gratijs quibus Religiosi eiusdem Ordinis fruuntur, & gaudent. Vide supra. numer. 42.

PRIVILEGIA QVIBVS OMNES ORdines *Mendicantes communicant in priuilegiis.*

63 ¶ Leo. 10. Motu proprio et ex certa scientia approbauit et innouauit & confirmauit, ac plenum firmitatis robur obtinere;

& firmiter obseruari voluit, ac de nouo con-cessit communicationem priuilegiorum omnium Ordinum Mendicantium, quàm fecerat Iulius, 2. Fratribus Minoribus Obseruantię, dando super hoc iudices. Ex Compend. Archiepiscopi. ver. Comu. priuil. nu. vlt.

64 ¶ Adrianus. 6. Cęsaraugustę sub anulo Piscatoris die 9. Maii. anni Domini. 1522. Pontificatus sui anno primo, ad instantiam Caroli 5. Imperatoris, et Regis Catholici omnia priuilegia quę per Leonem. 10. & alios Romanos Pontifices concessa fuerunt Fratribus existentibus, euntibus aut ire procurantibus in dictis & ad dictas Indiarum partes cõfirmauit & de nouo concessit: ita vt Prelati Fratrum pro tempore existentes, & quibus ipsi de suis Fratribus duxerint concedendum omnibus indultis in genere vel in specie, vsque ad illum concessis, vel in posterum concedendis vti, potiri, et gaudere, libere & licite possint, et valeant: habẽs õnia pro sufficienter expressis, tanquàm si de verbo ad verbũ, insererentur: Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis &c. Quę concessio magna est & consideranda: vt infra verbo Reges Catholici dicemus.

COM-

COMMVTATIO.

¶ Per Sixtum.4.& Leonem.10. à Prælatis potest fieri Commutatio legatorum vnius Conuentus in vsum alterius: sine scandalo tamen illorum ad quos solutio talium legatorum pertinet. Similiter, possunt Prælati vsum vnius rei in alterius vsum commutare in rebus etiam donatis per viuentes, si tamen non sequatur scandalum. Ex Compendio communi.num.1. & 2.

¶ Hæc est magna concessio virtute cuius potest Prouincialis quę in vna domo videntur superflua alteri remittere, vel donare. Videatur Frater Antonius de Corduua in sua Summa. q. 57.

¶ Idem Leo concessit, ꝙ Fratres Minores possint recipere triticū, ac alias res super abundantes [scilicet quibus in propria specie Fratres non habent necesse vti, aut non in tanta quātitate] vt pro vino carnibus, ac aliis rebus victui necessarijs per Sindicum Romanę Ecclesię eisdem Fratribus datum commutentur, & permutentur: seu vt triticum et alia huiusmodi vendantur et ex pecunia indè prouenienti, vinum, et carnes ac alię res ne-

cessariç emantur.

¶ Collector Compendij cauendum esse ab hac dispensatione dicit: quia est relaxatiua Ordinis. Verum Frater Antonius à Corduua dicit, quod id absolute non conceditur: sed cum duabus limitationibus, scilicet, pro rebus necessarijs, quæ aliàs sine pecunia commode haberi non possunt, possit peti, & accipi triticum ad commutandum. Secunda limitatio, quòd tales res distrahantur pro aliis necessarijs: quibus suppositis constat, ꝙ ibi non est maior dispensatio, neque conceditur alia relaxatio maior, quàm quod per Sindicum procurentur, seu accipiantur pecuniç. De quo idem videatur in Expositione regulç, cap. 4. q. 16.

COMPOSITIO.

1 ¶ Gregorius. 13. quarta die Nouẽbris anni Dñi. 1579. ad decennium concessit presbyteris Societatis, per Generalem Prçpositum in India Orientali deputandis, vt cum Neophytis, & aliis, ad Ecclesię Catholicę vnionem reductis, super bonis male acquisitis, ad quç restituenda incertis personis obligati

exis-

existunt,ad pia opera componere, vel quatenus ipsi sic obligati indigeant eis in toto,vel in parte remittere, & condonare possint, idque in foro conscientię. Admonentur tamen nostri [ait Auctor Compēdij Indici in eisdem literis,]ne hac facultate vtantur, nisi vbi expedire existimauerint, super quo, eorum conscientiæ onerantur. Deinde dicit. Hac vti possunt Prouinciales,& ij,quibus ipsi eam commisserint. Nullus tamen ea vtetur in ijs locis,in quibus Episcopi resident, nisi Prouincialis ipse in casu aliquo particulari ea vtendum iudicaret. Et animaduertatur ea conditione nobis concedi huius facultatis vsum, dummodo nostri, nihil vnquàm eius modi bonorum, in proprium, aut Societatis vsum, conuertere possint. Ex Compendio Indico Societatis.

2 ¶ Gregorius. 14. Romę apud Sanctum Marcum sub anulo Piscatoris die 21. Septembris anni Domini. 1591. hanc eandem gratiam confirmauit & de nouo concessit ad viginti annos à data præsentium computandos.Hac concessione gaudent etiam alij Mendicantes,& est vtilis pro exonerandis Indorū con-

conſcientijs. Nam res inuentas aut furtim ſublatas vix reſtituere poſſunt.

CONCEPTIO VIRGINIS *immaculatæ.*

1 ¶ Leo 10. conceſſit, ꝙ toties quoties Fratres Minores de obſeruantia dicunt Miſſam Conceptionis Virginis Marię, ac intendunt orare pro ſua Sanctitate, & vniuerſali Eccleſia, habeant Indulgentiam plenariam. Et idem Leo. 10. ampliauit ſupradictam Indulgentiam pro Fratribus eiuſdem Ordinis audientibus præfatam Miſſam Conceptionis, ac etiam pro Monialibus Sanctę Clarę in congregatione viuentibus: ſimiliter audientibus præfatam Miſſam. Ex Comp. verbo Indulgentię plenarię quo ad Fratres. nu. 17. & 18.

2 ¶ Sixtus. 4. ſtatuit et ordinauit, ꝙ omnes & ſinguli Chriſti fideles vtriuſque ſexus, qui Miſſam & Officium feſti Conceptionis Marię Virginis, cuius initium eſt: Sicut lilium inter ſpinas. &c. in feſto eiuſdem Conceptionis deuotè celebrauerint, & dixerint, aut illius horis Canonicis interfuerint, eandem prorſus indulgentiam, & remiſſionem peccatorum

con-

consequantur, quàm Vrbanus. 4. et Martinus 5. & alii Romani Pontifices concesserunt illis, qui Missam, Officium, & horas Canonicas in festo Corporis Christi à primis Vesperis, & pro illius octaua [iuxta Romanę Ecclesię institutione] celebrāt & dicunt, aut Missę, aut Officio & horis huiusmodi intersunt. Ita habetur in lib. Monumenta Ordinum, in 2. impress. fol. 115. concess. 252.

¶ Istę autem Indulgentię vt colligitur ex quadam Bulla Eugenij. 4. quę habetur in Supplemento Ordin. fol. 137. concess. 578. sunt in sūma. Pro matutinis et vtriusq; Vesperis diei, festi, & Missa, quadraginta dies, pro reliquis horis, hoc est pro qualibet ipsarum, centum sexaginta. Et in quibuslibet octauarum diebus pro singulis matutinalium, Missarum, et Vesperorum ducenti dies. Ac pro reliquis horis octoginta, dies. Item sequentibus processiones, ac Missas deuote celebrantibus, tam in festo, quàm in octauarum diebus pro pace, ac tranquillitate Ecclesię, ac Sacramentum in festo huiusmodi sumentibus conceduntur ducenti dies indulgentię.

¶ Sixtus. 5. Omnibus & singulis Monialibus Conceptionis Beatę Marię Virginis, ac om-

ac omnibus & singulis aliis vtriusque sexus Christi fidelibus verè pęnitentibus & Confessis, qui singulas, seu quamlibet Ecclesiarum Monasteriorum Monialium huiusmodi in festo Conceptionis eiusdem Beatæ Mariæ à primis Vesperis vsque ad occasum Solis eiusdem festi annis singulis deuote visitauerint, & ibi pro pace inter Christianos Principes con seruāda, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatio ne, Hęresumque extirpatione, pias ad Deum pręces effuderint, si eo die Sanctissimum Eucharistię Sacramentum sumpserint, Indulgen tiam plenariam, & omnium peccatorum remissionem, quo ad eos omnes perpetuo illis ō nibus concedit & elargitur. ¶ Frater Emanu el. To. 1. qq q. 57. art. 3. hanc refert concessionē concessàm à Sixto. 5. anno Domini. 1586. pro ut dicit Collector Capuccinus in suo Compendio, & aduertit, ꝙ licet in hac gratia & in dulto concedatur omnium peccatorum remissio: non propterea conceditur ad absoluendum à peccatis reseruatis, facultas.

¶ Secundo dicit, ꝙ vbi Bulla Cruciatę publicatur, non possunt sęculares supradictas Indulgentias lucrari, nisi habeant Bullam Cruciatæ.

¶ Iulius

4 ¶ Iulius.2.concessit omnibus Christi fidelibus verê pęnitentibus et confessis in regno Castellę cõstitutis,qui imaginẽ Beatæ Marię Virginis[quam Moniales Ordinis Sanctę Cõceptionis in Scapulario,et homines in pectore deferre consueuerunt]detulerint,& nouies salutationem Angelicam deuotè recitauerint, similes & prorsus easdem Indulgentias consequantur, quas consequerentur, & consequi possent,si decies Salutationem Angelicam in honorem decem virtutum eiusdem Beatæ Mariæ Virginis recitarent. Ex Supplemen. fol. 89.concessio. 254. ¶ Circa hanc concessionem aduerte quod Leo.10. concessit recitantibus singulis vicibus decies Salutationem Angelicam in honorem gaudiorum & virtutum Beatę Marię non solum decem millia dierum[vt antea concesserat Iulius.2.]sed etiam decem millia annorum. Ex Supplemento. fol. 63. concess. 204.

5 ¶ Leo.10.concessit,q̃ viri deferentes imaginẽ Cõceptionis BeatæVirginis,et mulieres Scapulariũ eiusdẽ Ordinis cũ prædicta imagine, easdẽ gratias obtineant & consequãt,quas consequuntur & consequi possunt deferentes Chordam Fratrum Minorum,& Corrigiam Sancti

Sancti Augustini. Ex Supplemen. fol. 61. concess. 188.

6

¶ Idem Leo.10. prout habetur in Supplemen .fol. 122. concessione, 566. concessit ꝙ viri & fęminę deferentes Zonam Fratrum Sancti Augustini datam ab aliquo Prælato eiusden Ordinis ad hunc finem lucrari possint Indulgentias prædictis Fratribus cō cessas. Et idem Leo.10. Extendit præfatam concessionem ad illos, qui detulerint Chordam Sancti Francisci datam similiter ab aliquo Pręlato Ordinis Minorum, vt supra dic tum est deZona Sancti Augustini. Et hoc fuit impetratum priuilegium, ad instantiam Cardinalis Sanctę Crucis bonę memorię. Ex quibus constat deferentes imaginem Conceptionis Beatæ Mariæ, & mulieres Scapularium eiusdemOrdinis cumprędicta imagine etiam deferentes lucrari indulgentias Fratribus Minoribus, & Augustiniensibus concessas vs que ad datam prædictę concessionis. Secûs vero est de indulgentijs quas Sixtus.5. Chordę Confratribus concessit: namillas non lucrantur nisi qui sunt prædictę confraternitati ascripti.

¶ Leo

7 ¶ Leo.10.cōcessit, q̄ tempore interdicti quauis auctoritate, & ex quibusuis causis pro tempore appositi in quibusuis Hispaniæ Ecclesiis ac locis à primis vesperis diei festi Conceptionis vsque ad illius totalem octauam inclusiuê Missas, et alia diuina Officia apertis ianuis, & pulsatis campanis, atque alta voce [excommunicatis dumtaxat, et nominatim interdictis expulsis] celebrare possint. Et quod singuli Christi fideles non excommunicati, neque nominatim interdicti ad Missas, & alia diuina Officia audienda præfato tēpore, libere admitti & licitê possint. Ex Supplemento fo.24 concess. 67. Hoc idem concessit pro tempore cessationis à diuinis, vt docet Pater Emanuel. Tom.1..qq.q.57. art. vlt. & 1. p. Summæ ca. 116.concl. 8. num.9.

CONCILIVM TRIDENTINVM.

1 ¶ Aliqua priuilegia Ordinum Mendicantium Concilium Tridentinum omnino abstulit, aliqua restringit, alia vero modificauit, vt patet in suis Sessionibus. Quæ omnia refert Pater Emanuel Tom.1. qq. regul. q. 8. art.7. Reliqua vero Regularium priuilegia quæ nō con-

contrariantur dicto Concilio approbauit & confirmauit Sessione. 25. de Reformatione, ca. 22. vbi dicit. In cęteris omnibus præfatorum Ordinum priuilegia & facultates, quæ ipsorum personas loca, & iura concernunt, firma sint, & illæsa. Hoc Concilium auctoritate Apostolica confirmauit Pius. 5. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę millesimo quingentisimo sexagesimo tertio, septimo Kalendas Februarij, Pontificatus sui anno 5. Confirmationis Bulla incipit, Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi. &c. quę habetur in Concilio Tridentino, post vltimam Sessionem.

2 ¶ Idem Pontifex tertio decimo Kalend. Martij, Incarnationis Dñicę anno. 1565. Pontificatus sui anno. 6. in Bulla quę incipit: In Principis Apostolorum Sede. &c. quę habetur etiam vbi supra. Motu proprio & ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis, omnia & singula priuilegia, exemptiones, immunitates, facultates, dispensationes conseruatorias, indulta Confessionalia, Maremagnum, & alias gratias concessas, tam Cathedralibus etiam Metropolitanis, quàm

quàm Collegiatis Ecclesijs, Monasterijs, Con uentibus & aliis Religiosis, etiam Fratrum Mendicantium Domibus, & Ordinibus, Hospitalibus, militiis, eorumque Capitulis, & con uentibus, ac Vniuersitatibus etiam studiorum generalium Collegijs, tam sęcularibus, quàm Ecclesiasticis, confraternitatibus, Societatibus, et tam Principis Apostolorum de Vrbe, quàm aliis fabricis Sanctę Crucitatę aliisque Pijs locis et operibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Pręlatis, Abbatibus, et Abbatisis, Prioribus Prępositis & alijs Ecclesiasticis, tam sęcularibus, quàm diuersorum Ordinum & militiarum Regulari bus, ac etiam Laicis cuiuscunque dignitatis, & status, & gradus & excellentię, etiam Ducali, Regia, et Imperiali dignitate fulgentibus vtriusque sexus personis in his omnibus, & singulis, in quibus illa statutis & decretis Concilij Tridentini contrariantur, ipso iure, reuocata cassata, et annullata, ac ad ipsius Concilij terminos atque limites reducta sint, & esse censeantur. Nec quidquam aduersus ipsa decreta & statuta, quominus vbique & apud omnes, obseruentur in aliquo suffragari posse,

posse, sed ea perinde haberi & reputari debere, ac si nunquam emanassent, auctorite Apostolica declarauit ac etiam statuit & ordinauit. Hæc Pius. 4. En qualiter Pontifex priuilegia, exemptiones, immunitates, facultates, indulta, confessionalia, Maremagnum, et alias quascuuq; gratias, quibuscunque locis & personis concessas reuocat, in his, in quibus statutis et decretis Sacri Concilij Tridentini contrariantur.

3 ¶ Sed Pius. 5. gloriosæ memoriæ, Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentisimo sexagesimo septimo, decimo septimo Kalendas Iulij Pontificatus sui anno secundo, ex certa scientia, & de plentudine potestatis omnia & singula Regularium & Monialium priuilegia [etiam Viuæ vocis Oraculo] immunitates indulgentias, facultates, libertates, indulta, dispensationes, fauores, & gratias quæ decretis Concilij Tridentini, non contrariantur expresse confirmauit innouauit, et de nouo concessit, atque perpetuam roboris firmitatem obtinere, et firmiter obseruari præcepit, etiam Viuæ vocis Oraculo in genere vel in specie tam per Eugenium. 4. Sixtum etiam. 4. Leonem. 10. Paulum.

lum.3. Paulum.4.& Pium etiam.4.quàm alios quoscunq; Romanos Pontifices prædecessores suos, ac eum,& Sedem eandem quomodolibet concessa, confirmata & innouata. Confirmat ergo, & de nouo concedit Regularibus omnia priuilegia quę decretis Concilij Tridentini non contrariantur expresse, illis exceptis quę contra Concilium Tridentinum Regularibus ibidem concessit. Hoc Breue habetur authenticum in Archiuis Sancti Dominici, Sancti Francisci, & Sancti Augustini de Mexico. ¶ Et Philippus. 2. Catholicus Hispaniarum & Indiarum Rex peculiari regiaque Schedula huius Breuis vsum Fratribus permitti, nec quicquàm cõtra illud [dum modo Regio Patronatui non repugnet] admitti pręcepit, vt patet ex sequenti Schedula.

EL REY.

¶ *Nuestros Visorreyes Presidentes y Oydores de las nuestras Audiencias Reales, de las nuestras Indias Islas y Tierra firme del Mar Occeano, y nuestros Gouernadores, y otros qualesquier Iuezes y Iusticias dellas, aquien esta nuestra Cedula o su traslado signado de Escriuano publico*

fuere mostrado: Sabed que por parte de los Religiosos de las Ordenes Mendicantes fue presentado ante nos enel nuestro Consejo Real de las Indias, vn traslado de la Bulla de Confirmacion y nueua Concession de todos los Priuilegios de las dichas Ordenes proprio Motu vltimamente concedida por nuestro muy Sancto Padre Pio Papa. 5 su data en Roma a 15. de Mayo del año passado de 1567. y segundo de su Pontificado y senos a suplicado le diessemos licencia para que las pudiessen passar a essas partes, y en ellas vsar della segun que por su Sanctidad estaua concedido, y por que hauiendose visto por los del dicho nuestro Consejo y la dicha Bulla de que de suso se haze mencion lo hauemos tenido como por la presente lo tenemos por bien. Vos mandamos a todos y a cada vno de vos segun dicho es, que enel vso y execucion de la dicha Bulla contenido no les pongais ni consintais que les sea puesto ningun impedimento, con tanto que no sea en perjuyzio de nuestro patronazgo, por que con esta condicion les damos la dicha licencia, y los vnos ni los otros no fagades, ni fagan ende al. Fecha en Madrid. a 27. de Enero de 1572 años. Yo el Rey.

Por mandado de su Magestad,
Antonio de Erasso.

¶Qua

¶Quæ originalis habetur & asseruatur in Conuentu Sancti Dominici de Quatimala: & Mexici habetur authentica apud Augustinienses, & Minoritas. Est autem aduertendum, quod hoc Regium mandatum in Ordinum Mendicantium fauorem, Apostolici priuilegij naturam induit ex concessione Pauli, 4. Fratribus Prædicatoribus & Minoribus facta. De qua supra ver. Communicatio priuilegiorum.

5 ¶ Postea vero idem anno Domini 1571. Octauo idus Augusti Pontificatus sui anno, 6. aliqua ex parte prædictum indultum modificauit, & ordinauit circa Confessariorum Regularium, etiam Mendicantium approbationem iuxta Concilij Tridentini decretum faciendam, & etiam Lectores, aut in Theologia laureatos non posse secularium Confessiones audire, nisi fuerint ab Ordinarijs approbati. De quo infra. verb. Confessores. Ita habetur 2. Tom. Constitutionum Pontificalium Pij. 5. Constitutione. 135.

6 ¶Et tandē die. 23. Septembris eiusdē anni Motuproprio & ex certa scientia omnes lites, causas, controuersias, & quęstionum materias super pręmissis, & eorum occasione

inter Fratres, seu etiam Moniales ex vna: nec non Episcopos, & locorum Ordinarios ac Canonicos siue Capitulares personas, Parochialium Ecclesiarum, Rectores, & alias quascunque personas Ecclesiasticas & seculares Apostolica auctoritate ad Sedem Apostolicã advocauit eaq; omnia & singula cassauit, extinxit, ac pro cassis, et penitus extinctis haberi voluit & declarauit, Episcopis, & aliis Ecclesiasticis & secularibus personis desuper perpetuum silentium imponendo. Et omnia & singula Fratrum Prædicatorum priuilegia exemptiones. &c. de nouo confirmat. Hoc patet Tom.2. Constitutionum Apostolicarum, Constitutione.140.fol.1135.

7 ¶ Gregorius.13. Romę apud Sanctum Petrum Incarnationis Dominicę anno.1572. Kalen. Martij Pontificatus sui anno primo, prædictas Pii. 5. constitutiones reuocauit, & ad iuris communis, & Concilij Tridentini terminos reduxit, vt patet in sua constitutione. 15. fol. 1208. Quæ incipit: In tanta rerum: & negociorum mole. &c. In qua dicit. Nos hac varietate cognita, & infra. Statuimus, de prædictis, & aliis omnibus literis, & constitutionibus, quę ab eodem prædecessore eisdem de

rebus,

rebus pro quorumcunq; Regularium, etiam Mendicantium Ordinibus,& congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscunq; in eis contentis, eam deinceps dispositionem atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Cõcil. decretis, siue alias legitimé ante dictarum literarum, & constitutionum editionem erat,& si ipsę non emanassent futura fuisset, ad quã dispositionẽ & decisionẽ, suũq; pristinũ & integrũ statũ, ac terminũ, illa õnia reducimus. Quin etiã abrogamus omnia irritantia,& alia decreta, & quęcunq; alia nostris, statuto, Ordinationi, et reductioni aduersantia. Decernentes illa pro infectis haberi, ac omnes lites, coram quibusuis iudicibus.&c. motas necdum decisas, & iam decisas, si modo tractum habeant successiuum, & futura dubia quandocunque orientur, ad nos referenda esse. Hæc Papa.

8 ¶ Circa hanc Gregorij. 13. constitutionem magna est inter aliquos & graues Doctores concertatio, vtrum fuerit sufficienter publicata ita, q̃ habeat vim legis per quàm indultum Pij. 5. sit abrogatum,& Motus proprius omnino cassatus?

9 ¶ Noster Emanuel,To.1.qq.q.8.art.1.asserit in hac constitutione aliqua reuocari à Gregorio.13.eorum quę contra Cõcilium Tridẽtinum Pius.5.Regularibus concesserat. Creditq; Romę publicatam fuisse huiusmodi constitutionem Apostolicam, prout colligitur ex Nauarro in suo Enchiridione.cap.21. num.6. Ait enim ipse.s.Nauarro,ꝙ tenorem huius cõstitutionis ponet in fine Enchiridionis si publicetur.Vnde cum ipse ponat dictam constitutionem eius promissionem adimplens, clare colligitur ꝙ fuit publicata,& sic habet vim legis. Hęc ille.Sed hęc ratio[pace tãti viri dixerim] nihil valet: qiua ipse Nauarro in fine cap.27 antequam Gregorij.13. constitutionem apponat,ita dicit. Quoniam vero promisimus inserere hic tenorem cuiusdam Bullę. fęl. reco. Pij.5.& moderationis eorũ,de quibus in subjecta Gregor.13. Bulla,si exiret interea: quæ quia non exiuit,solam hanc subijcimus: prout supra etiam promisimus. Ecce quomodo prædictam constitutionem adducit quamuis non exierit,neq; publicata fuerit. Et quidem Doctor Enriquez To.2.lib.9.de Missa.ca.25. num.9.litera.F.& G.dicit,Gregorium.13.pręḍictę. Pij.5.constitutioni in fauorem Mendi-

cantium concessę noluisse efficaciter derogare, Et in Glossa. Gregorij. 13. proprius Motus non fuit promulgatus, nec vsu receptus, vt refert Nauarro, in vlti. edit. anni. 84. capit. 27. fin. quamuis istius reuocationis interdum mentionem facit, vt capit. 21. num. 5. fin. cap. 25. numero, 68. & edit. vlt. cap. 27. num. 179. Hęc ille. Et in eandem sententiam allegat Felicianum & Pasarellum Generalem Minimorum, lib. de Priuilegiis Minimorum. fol. 133. & 169. In eadem est sententia Doctissimus Pater Magister Alphonsus à Veracruce in Compendio Indico & multis in locis, vt postea videbimus verb. Reges Catholici in expossitione indulti Pij. 5. concessi ad instãtiã Regis Philippi. 2. Ecce quid Doctissimi viri sentiant circa hanc difficultaté. Pro qua etiã videãtur quæ supra diximus ver. Absolue re &, Absolutio. §. 43. fol. 162. & fol. 163. Et infra ver. Cõcil. Prouinciale. in Resolut. Priuilegiorum. Mẽdicantium. nu. 28. Et Manualia Vallisoleti excussa anno Domini. 1589. non habent ad finem Gregorij. 13. constitutionem [eam fortasse ob causam quam assignat Nauarro] quia non exiuit neque publicata est.

10 ¶ Articulo vero.9.quęst.citatę,dicit Frater Emanuel, ꝙ Gregorius. 13. ſolumreuocauit conceſſa à Pio. 5. inforo exteriori ad euitandas lites & diſcordias, quęinter Eccleſiaſticos,& Regulares ratione illorum priuilegiorum fuerunt poſt Conciliũ Tridentinum exorta. Et ita non reuocauit Viuę vocis Oracula,quę in foro conſcientię tantum erãt conceſſa,cum ex eis non oriantur diſcordię,quæ dictę reuocationis Gregorij. 13. cauſa finalis fuerunt. Quod clare colliget qui attente legerit conſtitutionem,Gregor.13. in qua nullam Summus Pontifex facit mentionem Viuę vocis Oraculi alicuius. Sed tantum literarum Apoſtolicarum, & has ſolum reuocat in quantum contrariantur decretis Concilij Tridentini. Hoc idem docet in Expoſitione Cruciatę.§. 9.num. 32. fol.93. Et in Additionibus ad Cruciatam. fol.98. quem ſequitur Pater Frater Alphonſus de Vega, in ſua Summa ca.62. caſo. 4. fol.575.

CONCILIVM PROVINCIALE.

¶ Secundum Concilium Prouinciale fuit Mexici celebratum Mẽſe Ianuario anni Dñi. 1585. vbi multa ab Illuſtriſſimis Epiſcopis

ſunt

sunt Fratribus Mendicantibus proposita dubia. Quorum aliqua hic inseruntur cum eorum responsionibus ex quibus breuiter apparet quid Fratres Mendicantes valeant suorum priuilegiorum virtute.

DVBIA PROPOSITA FRATRIBVS *Mendicantibus in Concilio Prouinciali Mexicano. Anno Domini.* 1585.

1 ¶ Enel Sancto Concilio Prouincial Mexicano sabbado onse de Mayo de 1585. años, se decreto que el Padre Commissario General, y los Padres Prouincial, y Diffinidores desta Prouincia, cuya cabeça es el Conuento desta Ciudad de Mexico, y Padres doctos y ancianos del, vean estas dichas dudas, y den su paracer firmado para el sabbado que vendra 18. deste presente mes de Mayo. El Doctor Salzedo.

¶ Et inter alia quæ prędictis Religiosis proposita sunt dubia, quæ sequuntur, sextum & septimum locum obtinebant.

2 ¶ Item las Ordenes y Consultores digan, y resueluan lo que las dichas Religiones pueden por priuilegios que tengan cerca del oyr

las Confessiones, y recebir Ordenes, y lo de mas que al ministerio de sus Ordenes hazen ex vi Priuilegij.

3 ¶ Item. A las dichas Ordenes y Consultores se pide el verdadero y Iuridico entendimiento de la Omnimoda de Adriano. 6. cerca de aquellas palabras, [intra duas dietas vbi non residet Episcopus, vel aliquis eius Officialis] de que Vicario se entiende, si es de solo el Prouisor, o otro qualquier Vicario.

4 ¶ Para respuesta de la sexta y septima dudas que en suma contienẽ dos puntos. El primero que las Ordenes se resueluan, lo que las Religiones puedẽ por priuilegios que tienen cerca de oyr Confessiones, y recebir Ordenes y lo de mas que al ministerio de sus Ordenes haze ex vi priuilegij. Lo segundo, piden el verdadero y juridico entendimiento de la Omnimoda de Adriano. 6. en especial cerca de aquellas palabras. Intra duas dietas, vbi non residet Episcopus, vel aliquis eius Officialis. Deque Official, o Vicario se entiende? Si es de solo el Prouisor, o, Vicario de Mexico, o otro qualquier Vicario? Respuesta. Por quanto estas dudas requieren la noticia de los Breues concedidos por la Sede Apostolica a los

Reli-

Religiosos Mēdicantes q̃ viuen en las Indias, se sigue vna breue Recopilacion dellos. Por la qual se responde a las sobre dichas dudas, y a otras, que al proposito pueden recrescerse, supuesto que al fin de la primera duda se pone vna generalidad, que dize: Y lo de mas que al ministerio de sus Ordenes toca ex vi priuilegij. Y porque enesta recopilacion no se haze mencion de la vltima particula de la segunda duda, que pregunta de que Official se entienden aquellas palabras scilicet, vel aliquis eius Officialis. A esta se responde primero, diziendo, que solamente se entiende del Prouisor y Vicario que reside en Mexico, y no de otro. Lo qual parece claro por vna Cedula Real concedida por la Princesa Doña Ioana, el anno de mil y quinientos y treinta y siete. En la qual manda, que no aya nouedad a cerca de la administracion de los Sacramentos en los pueblos de los Indios. Lo mesmo se colige del Breue de Pio. 5. concedido el año de mil y quinientos y sesenta y siete, a supplicacion del Rey Don Phelippe nuestro Señor, para este Nueuo Orbe. Enel qual manda su Sāctidad q̃ los Diocessanos ninguna cosa innouē en los pueblos assignados a los Religiosos.

Por

Por lo qual parece claro ſer la voluntad del Summo Pontifice, y del Rey nueſtro Señor, que los Señores Obiſpos no innouen coſa en los ſobre dichos pueblos a cerca de poner nueuos Vicarios, o Prouiſores, ni a cerca de otra coſa.

RESOLVCION, DONDE ESTA RECOpilada *la ſuſtancia de los Breues concedidos a los Religioſos Mendicantes que eſtan en las Indias.*

1 ¶ Lo primero es de notar, que los Prouinciales de las Ordenes Mendicantes, y a quien ellos lo cometieren, tienen autoridad de diſpenſar en las Indias en grados de Matrimonio, en todo lo que no es prohibido de derecho Diuino, y natural, ſino humano. Y aſſi pueden diſpenſar enel ſegundo grado de conſanguinidad, y affinidad ſin que ſea para eſto meneſter, vſo de la Omnimoda de Adriano, por conceſſion de otros Summos Pontifices.

2 ¶ El primero que ſe ofrece es de Inno. 4. que fue concedido ala Orden delos Predicadores, y eſta impreſo, y auctorizado con Sello authentico enel libro de ſus priuilegios, que mando imprimir en Roma el Maeſtro General

ral

ral Stephano Vsus Maris anno de 1556. fol. 16. y fol. 30. Donde expresamente dize el Papa, que en aquellas tierras donde los dichos Religiosos fueren a predicar entre infieles, y en qualesquier otras partes del mundo, puedan dar licencia a los infieles rezien conuertidos, que puedan tener sus mugeres, aunque fuessen en grados prohibidos, con tal que no fuessen de derecho Diuino, ni natural. Y alli dize, que de todas las causas, y negocios Matrimoniales puedan conocer. Donde haze mẽcion, aunque aya Obispos. Y el mismo Innocencio. 4. despues de lo suso dicho añade. Qui ex vobis sunt presbyteri, cum necesse vobis fuerit omnia facere, quæ ad augmentum diuini nominis, & amplitationem Catholicę fidei sunt, pro loco, & tempore videbitis expedire. Esta clausula in virtute contiene la Omnimoda de Adriano. 6. sin limitation de intra, o extra duas dietas. Pues dize, ꝙ possint omnia facere, quæ pro loco, & tempore viderint expedire ad augmentum diuini nominis. &c. De donde se infiere claramente; que los Religiosos, que con licencia de sus Pręlados estan entre gente nueua para su conuersion, y manutenẽcia, y aprouechamiento en las cosas

de

de nuestra sancta Fe Catholica, pueden, y deuen administrar todos los Sacramentos, que non requirunt dignitatem Episcopalem, sin otra licencia del Ordinario requisita, pues la tienen del Supremo, y primero Ordinario, que es el Papa. Y assi exceptando el Sacramento de la Confirmacion, todo lo de mas libremente pueden hazer. Y si fuera desto de administrar Sacramentos, se offrece algun negocio, que es para mayor augmento de la honra de Dios, y su sancta Fe Catholica, por la clausula sobre dicha, aunque no vbiera expecificacion de poder dispensar con dos primos hermanos, en gente nueua se podra hazer con que se entienda, que es seruicio de nuestro Señor, Y aduiertase, que alli dize. Que si ay Obispos dellos reciban Aras consagradas, Calices, y Ornamentos. Donde se da a entender que el ministerio sobre dicho les es concedido, aunque aya Obispos, donde estan.

3 ¶ Luego se sigue otro priuilegio tambien ala mesma Orden de los Predicadores concedido por Nicolao. 4. como parece enel dicho libro de los Padres Predicadores. fol. 64. y enel libro Monu. Ordinum Fratrum Minorum. fol. 261. para los Religiosos, que fueren

a tier-

a tierras de fieles, y infieles a todas las partes del mundo. A los quales concede, que puedan dispensar en qualquier grado de Matrimonio, que no es prohibido de derecho natural, ni diuino y puedan conocer en todos los casos de Matrimonio, que a ellos vinieren, y a los que excedieren, puedan compeler con censuras, y castigar. Y al fin pone aquella clausula sobre dicha de Inno. 4. Que de los Obispos [si ouiere Religiosos] los que estuuieren alli reciban las Ordenes, y Aras consagradas. Y donde no los ouiere que ellos las pueden consagrar, y hazer todo lo de mas, que conuiniere al augmento del diuino nombre, y ampliacion de la Fe Catholica. Donde parece lo sobre dicho, y sin limitacion ninguna. Hagamos cuẽta, q̃ estos dos priuilegios agora emanaron de Greg. 13. segũ dicho es. Quiẽ dudaria estar el ministerio en los Frailes Mẽdicãtes para los nueuamẽte cõuertidos, sin limitaciõ alguna no poniẽdola el Papa? Pues estos dos priuilegios cõ otros muchos q̃ despues la Silla Apostolica a cõcedido a los dichos Religiosos al mesmo tenor, y aũ mas fauorables, a la letra estã confirmados por N. S. P. Gre. 13. Y antes del, por otros muchos Sũmos Põtifices.

Luego

Luego esta claro los Religiosos no exceder en lo que hazen.

4 ¶ Despues Sixto.4. por dos Breues suyos concedidos, el vno ala mesma Orden de los Predicadores año de. 1471. y el otro ala mesma Orden, y ala de los Menores año. 1479. confirmo los sobre dichos priuilegios de Inno.4. y Nico. 4. como parece enel dicho libro de los priuilegios de los Padres Predicadores. fol. 141. fol. 163.

era justo que no quedasse diligencia por hazer, y que conuenia tener mas cumplida relacion de la que consta destos nueuos recaudos, he acordado de escreuiros sobre ello, y assi os encargo q̃ con vuestros Religiosos eligiendo para ello aquellos de cuya vida, letras, exemplo, ê intelligencia tengays mas entera satisfacion y de que miraran por la honrra y seruicio de Dios nuestro Señor, y bien de las almas: sin aduertir a otro fin ni pretẽsion: Trateys de lo que a esto toca, y estado que conuernia tuuiesse: y me embieys relacion muy particular de lo que os pareciere conuiene proueer en essas Prouincias, cerca de la execucion de la dicha Cedula, y de que doctrinas tienen en essa Prouincia del sancto Euangelio vuestros Religiosos, y de que pueblos, y de todas las demas cosas, de que a cerca desto y para mayor claridad entendieredes ser necessario. Para que vista esta relacion, y otras muchas que se esperan, y los papeles q̃ aca estan, y consultadose comigo por los del dicho mi Cõsejo de las Indias y las de mas personas q̃ me pareciere nõbrar para ello prouea lo q̃ mas cõuẽga, y ordenareys exortareys a todos los Religiosos de essas Prouincias que

con

con gran inſtancia ſuppliquen a nr̃o Señor guie y encamine el effecto de eſte negocio, como ſea mas para ſu ſeruicio, buen gouierno ſpiritual de eſſos Reynos, y bien de las almas de los naturales y habitãtes en ellas, y propagacion del Sancto Euangelio. Y por que yo eſcriuo a los dichos Prelados que enel entre tanto que eſto ſe haze y determina ſuſpendan la execucion de la dicha Cedula, y dexen las Doctrinas a las Religiones y Religioſos libre y pacificamente, para que las que han tenido tienen y tuuieren las tengan como haſta aqui, ſin que ſe haga nouedad alguna, ni en la forma de la preſentacion y prouiſion, y que por ſus perſonas [ſin cometerlo a otras] viſiten las Yglesias de las Doctrinas donde eſtuuieren los dichos Religioſos, y en ellas el Sãctiſſimo Sacramento, y pila del Baptiſmo, y la fabrica de las dichas Ygleſias, y las limoſnas, dadas para ellas, y todas las de mas coſas tocantes a las tales Ygleſias y ſeruicio del culto diuino. Y que a los Religioſos que eſtuuieren en las dichas Doctrinas anſi miſmo los viſiten y corrijan en quanto a Curas, Fraternalmente, teniendo particular cuenta de mirar por el honor y buena fama de los tales Religio-

ligiosos en los excessos que fueren ocultos y que quando mas que esto fuere menester o conuiniere, den noticia a sus Prelados para que lo castiguen y que no lo haziendo, lo hagan ellos, conforme a lo dispuesto enel sancto Concilio de Trento, y passado el termino y tiempo enel contenido. Vosotros de vr̃a parte y los inferiores [a quiẽ lo ordenareys assi] de la suya, estareys muy atẽtos al cũplimiẽto de lo q̃ es de vr̃a parte. Y todos haureys de ẽtẽder que los Religiosos q̃ hizieren Officio de Curas le han de hazer, non ex voto Charitatis [como alla lo platicays] sino de iusticia y obligacion. Y q̃ han de administrar los Sãctos Sacramentos: no solamente a los Indios, pero tambien a los Españoles que se hallaren viuir entre ellos. A los Indios por los indultos Apostolicos sobre dichos: y a los Españoles por Commission que para ello daran los Prelados. Que yo les escriuo q̃ la dẽn, y ellos lo cumplirã assi. De Barcelona a veynte y cinco de Mayo, de 1585. YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.
Antonio de Erasso.

¶ Ecce qualiter Rex Catholicus has gentes sibi cõmissas, Fratribus Mẽdicãtibus in fide instruen-

strueđas tradit, nõ quomodocũq; hoc est, ex caritatis voto, sed ex iustitia & mera obligatione ita ꝙ postq; Ordinũ Superiores eiusmodi Officiũ acceptarũt, & suis humeris imposuerũt [vt supra visũ est] ad ea õnia tenentur Indis ad quę Parochus suis parochianis. Et certe cũ simꝰ modo Curati & Parochi in populis nobis signatis & assignandis à Regia Maiestate, maiorẽ solicitudinẽ debemꝰ apponere in officio quod exercemꝰ, & ea õnia memoria tenere, & opere prestare, quę ad Parochi Officiũ spectãt pertinẽt, & cõsequũtur. Cuiusmodi sũt, residere cõtinuo [quãtũ fieri potest] in populis nobis commissis, prędicare diebus saltim Dominicis, & festis sollẽnibus, docendo quę scire omnibus necessarium est ad salutem: annunciando populis cum breuitate & facilitate sermonis, vitia, quę eos declinare & virtutes quas sectari oporteat, vt pęnam ęternam euadere, & cęlestem gloriam parochiani consequi valeant. Deinde Parochi officium est diebus festiuis Missas celebrare, & exponere ea quę in Missa leguntur, explicare decreta Matrimonij, pueros fidei rudimenta & obedientiam erga Deum, & parentes docere: vim, & vsum Sacramentorum explicare,

Sacra

Sacra eloquia & salutis monita explanare, Ecclesię ieiunia ad mortificandam carnem instituta pręnunciare & commendare, & quę faciunt ad pietatem augendam vt dierum festorum deuota, & Religiosa celebratio, admonere populos crebrò obedire Prępositis suis: quos qui audiunt, Deum remuneratorem audiēt: qui vero contemnunt, Deum ipsum vltorem sentient: pro his sacrificiū offerre, & bono exemplo pascere: pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere: infirmos visitare: eosq; inquirere ad audiendas eorum confessiones, & vbi existunt eò se conferre, ne aliquis sine Sacramento pęnitentię moriatur: decreta Matrimonij obseruare: nuptias benedicere: librum Matrimonij habere, inquo coniugum, & testium nomina, diemq; & locum contracti Matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat, vt pręcipit Concilium Tridentinum Sess. 24. de Reformatione cap. 1. librum etiam habere debet inquo tam baptizati quàm suscipientium [hoc est patrinorū] nomina describat, docereque eos quam cognationem contraxerint baptizantes cum baptizato & eius patre & matre, vt statuit dictū Côc. Tri. Sess. cita. c. 2. Hospita-

pitalitatis officium à Sanctis Patribus frequenter commendatum quantum fieri poterit prompte benigneq; exercere assuefcãt, memores, eos, qui hospitalitatẽ amant, Christum in hospitibus recipere. Vel saltim curam & diligentiam adhibere debent vt in populis sibi assignatis hospitalia erigantur, inquibus infirmis, egenis & peregrinis [quorum in magnis ciuitatibus non parua est multitudo] ad vitã necessaria, vel saltim omnia Sacramenta cum debita reuerentia administrentur. In quo maxime commẽdari debet & cohonestari prouincia Michuacanensis Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, in qua nullus fere est populus [etiam de visita] qui non habeat hospitale inquo summa cura & diligentia omnibus infirmis necessaria prebentur, & quod amplius est Sacramenta Pęnitentię, Eucharistię, & Vnctionis Extremę, administrantur. Et quidem quando nullum aliud commodum infirmis proueniret, illud est magnum, ꝙ omnes in hospitalibus morientes, indulgentiam plenariam omnium peccatorum consequuntur, vt patet ver. Hispitalia. Hęc & alia multa tenentur Parochi suis pręstare ouibus, vt debite suum officium exequantur, vt patet per multas

¶*** Sessio-

Sessiones Concilij Tridentini. Sed ad hęc quis tam idoneus? Non illi profecto qui sine vlla [vel saltim mediocri] diuinarũ literarum cognitione & linguarum peritia, nullum non mouent lapidem vt huic muneri & potius oneri & operi pręficiãt: & pręferãt. Quos quãta maneat vltio & vindicta Sacræ literæ aparte testãtur. Et cũ nos vt in plurimũ causa simus, ꝙ Indi non habeant Parochos, qui eis hæc & alia impendant beneficia: sequitur euidenter ꝙ tenemur de damno dato, etiam si Indorum doctrinas, vt Curati non recepissemus. Quod autem simus causa, patet. Quia totis viribus procuramus ne in nostros populos Clerici, vel Fratres alterius Ordinis intrent, Sacramentaque ibi ministrent. Immo si ibidem Episcopus vel Senatus Regalis Clericos pręficerent in Curatos, nos valde de hoc conquereremur. &. Peto nunc quis tenetur in dictis populis Indorum assingnatis ministrare Indis Sacramenta: diebusque festiuis Missas celebrare? &c. non Clerici: quia inde amoti sunt nostris importunis pręcibus: non Episcopi: quia ab sunt: ergo Fratres ad supra dicta tenẽtur Indi si sine Baptismo, vel Confessione decederent, cui imputaretur & cuius conscien-

ſcientię talis negligentia aſcriberet? Non Epiſcoporum: qui iam ſe ab hac obligatione exonerauerunt, quando Religioſis aſſignarunt dictos populos. Sicut ſi Curatus vadens ad audiendam ſui ſubditi confeſſionem agonizantis, & Religioſus offerret ſe illi negotio: certe tunc ille Religioſus obligaretur ad audiendam confeſſionem illius infirmi, & non niſi quia ſe obtulit, & impediuit Curatum ne ille adiret infirmum. Sic in caſu noſtro, tenẽt Fratres ad faciendum õnia, quę Clerici, vel Religioſi feciſſent, ſi inde non remoti fuiſſent, & hoc de iuſtitia: ſicut Religioſus ille qui obtulit ſe confeſſionẽ infirmi auditurum, & hoc vt dixi, quia ſe obtulerunt facturos, & quia impediuerunt, ne Indi Curatum, & qui eis Sacramenta miniſtraret, haberẽt. Quia ſicut Fratres Mendicantes confeſſiones ſęcularium audientes [per Clementinam Dudum, de Sepul] licet non audiant dictas confeſſiones de iuſtia in principio, cum autem cęperunt conſcientias pęnitentium ſcrutari, tenentur de iuſtitia perficere confeſſionem cęptam ſi pęnitens dignus abſolutione apparuerit: ſic nos licet de Charitate cęperimus Sacramenta Indis miniſtrare, verbum Domini pręd

dicare postquam per nos eiecti vel impediti sunt Curati, vel alij Sacerdotes apopulis nobis assignatis, tenemur quidem & de iustitia, peragere officium Curati, Sacramenta ministrando, verbum Dei prędicando. Quia iniuriarentur Indi, nisi hęc illis impenderemus: cũ fuerimus causa quod inde apopulis eorum Sacerdotes tollantur, vel ibi non pręficiantur pro his faciendis. Et vt appareat quãta nobis insit obligatio populos Indorum docendi & instruendi, afferam hic aliqua, & primum erit ex Siluest. Confessor. 3. §. 11. Quod etiam tenent alij Doctores, tam Theologi, quàm iuristę. Quęrit ergo Siluester, Pro qua culpa teneatur Cõfessor ex ignorantia in confessione delinquens? Et respondet quod qui se ingessit ad hoc officium, tenetur de omni exacta diligentia: quia qui se obtulit deposito, tenetur de leuissima culpa: vbi alias non teneretur, nisi de dolo & lata culpa. ff. de Depositis lege prima. §. sępe: secùs si non se ingessit sed requisitus, aut compulsus exercet ex Charitate, quia non videtur teneri nisi inquantum scit, vel potest commode scire. Hęc ille. Quantum vero ad scientiam quam debet habere Confessor, eundem Siluestrum lege ver. Confessor. 3.

inprin-

inprincipio, & Doctorem Nauarro in Enchiridione cap.4.& cap.25.num.113. vbi dicit ꝙ peccat mortaliter, qui non discit ea, quę necessario scire tenetur ratione beneficij, vel officij, neq; vult illud renuntiare. Porro ꝙ Sacerdos quatenus est solum sacrificus, est obligatus scire, legere, cantare, & construere; quatenus vero minister est Sacramenti, scire debet cuiuscunq; Sacramenti forman, materiam, & modum debitum administrandi. Et quatenus Confessarius, & judex fori conscientię, scire debet ea, quę ad hoc munus recte obeundum sunt necessaria. Quo fit primó, vt Religiosis, & quibus non est onus curę animarum neq; audiendi confessiones, satis sit scire, quę sunt necessaria presbytero. Secundò, ꝙ qui habet predictum onus, ignorans ad id necessaria, tenetur discere illa: aut relinquere onus vt dictum est. Et ità qui licet sit idoneus ad aliquòd beneficium, si tamen non est idoneus ad id quod obtinet ratione loci, aut personarum subditarum, & non vult discere quo fiat talis, non debet absolui. Hęc Nauarro. Vides ergo quāta obligatione ligetur, qui se ingessit ad confessiones audiendas. Cum ergo Fratres non solum se ingesserint pro instruēdis

populis Indorum, eisque Sacramentis minis-
trandis, sed etiam instantissime instent apud
Episcopos, apud Reges, & apud Papam tene-
buntur certe de leui culpa, & per consequẽs
ad adhibendam maiorem & solicitiorem soli
citudinem apud Indorum populos. Nec excu
santur qui ex Charitate faciunt. Quia etiam
qui se ad audiendas confessiones ingerit fa-
cit ex Charitate: nihilominus tenetur de leui
culpa. Secundum autem quod hic adducam
est ex Panor, super. cap. De multa, de Preben-
dis nu. 24. vbi dicit quod ille dicitur Paro-
chus & Curatus qui astringitur ministrare Sa
cramenta, & alij tenent ad eum recurrere, vt
etiam dicit nota Glossę in Cle. Dudum, de Se
pul, & iste est proprie Curatus, & propter hoc
Fratres Mendicantes non sunt Curati, quia
nec ipsi tenentur audire confessiones: nec a-
lij ad eos recurrere. Hæc Panor. Cũ ergo nos
Fratres Mendicantes Indiarum teneamur Sa
cramenta Indis ministrare, ratione oblationis
quia nos obtulimus, dum acceptauimus po-
pulos Indorum inbuendos à nobis Sacramẽ
tis, & verbo Dei, & nolumus quod Episcopi
ibi alios pręficiant Sacerdotes, Parochiales, &
Curatos. Et Indi teneantur ad nos pro Sacra-
mentis

mentis suscipiendis recurrere: quia nec Clerici aliorum populorum nec Fratres aliorum Ordinum possunt ibi officium Parochi exercere: sequitur profecto quod nos sumus proprie Parochi & Curati. Hęc ex sententia Doctissimi Patris Fratris Alphonsi de Noreña in Expositione indulti Pij.5.ad instantiam Regis Philippi. 2. impetrati. Dubio. 7. vbi etiam dicit q̄ dato Fratres Mendicantes Indiarum non essemus Curati, nihilominus debemus facere in dictis populis Indorum vbi residemus totum illud, quod alias fecissent ibi Clerici Curati, vel Religiosi inde per nos amoti, vel impediti ne ibidem intrent, & officium suum peragant. Quia ipsa ratio naturalis dictat, quod vnus quisque resartiat damnum, quod sua causa illatum est: sed Fratrum causa factum est quod in populis eis assignatis non resideant Clerici. Curati, vel alij Religiosi qui Indis Sacramenta ministrent, & verbum Dei prędicent: ergo debent & tenentur ad resarciendum hæc omnia, de iustitia: Quia sunt causa horum: vel relinquant dictos populos. Et sic esset maximus conscientię scrupulus, & intolerabile damnum, si Fratres,

peterent ab Episcopo vel à Rege sibi assignari aliquem populum cuius linguam sciebat aliquis Clericus, vel Religiosus ibi prefectus si ibidem non assignarent alium Religiosum linguam dicti populi callentem, & tante sufficientie sicut ille qui inde àmotus est. Et hic quidem scrupulus etiam esset, si Fratres aliquem Sacerdotem impedirent ne intraret populum eis assignatum, cuius linguam nullus dictorum Fratrum sciret: vel in proxima dispositione non speratur scire. Que omnia notent Fratres tam illi qui animarum curam ex voto, & obligatione suis humeris imposuerunt: quàm qui in hoc munus ex Charitate tãtũ exercere se predicant, & iactant. Et omnes Mendicantes & non Mendicantes Religiosos qui animarum curam exercent, & Neophytorum instructioni, profectui, & manutentioni intendunt, exoratos velim, ne hec moleste aut egrê ferant, quandoquidem vera sunt, & iuxta Sanctorum Canonum & Conciliorum decreta.

¶ Est autem aduertendum schedulã istam à Regia Majestate ordinatam vt Episcopi possint corrigere, Fratres, & Curatos in eo quod deliquerint, circa Ministerium curatus, con

sonam

sonam esse Concilio Tridẽtino.Sess.25.de Regularibus & Monialibus cap. 11. vbi conceditur facultas Episcopis corrigendi & castigandi illos, qui animarum curam exercent, tam Regulares, quàm sęculares, si deliquerint in Sacramentorum administratione, & in alijs ad Parochi officiũ pertinentibus. Verba concilij sunt, In Monasterijs, seu domibus virorũ, seu mulierum quibus imminet animarum cura personarum sęcularium, pręter eas quę sũt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia, personę, tam Regulares, quàm sęculares, huiusmodi curam exercentes, subsint immediate in ijs, quę ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Dięcesi sunt sita. Hęc Concilium Tridentinum. Exquibus verbis patet manifeste Episcopos procedere posse, & punire Religiosos animarum curę pręfectos, si in Sacramentorum administratione, & alijs rebus ad officium curatum pertinentibus, deliquerint.

¶ Quoniam vero Concilium statuit, ꝙ qui exercent curam animarum subijciantur iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcoporum in his quę spectãt ad animarum curam

& Sacramentorum administrationem: addens quod sine Episcoporum licentia non deputentur aliqui alicui loco ad Sacramenta administranda, nisi fuerint prius per Episcopum vel per eius Vicarium examinati, licet etiam essent amouibles, vt patet præ allegato loco vbi dicitur. Nec ibi aliqui, etiam ad nutum àmouibles, duputentur, nisi de euisdem consensu, ac præuio examine, per eum, aut eius Vicarium faciendo, excepto Monasterio Cluniacensi. &c. Sciendum est, q͏ si hoc secundum obseruaretur, vt Religiosi non possent amoueri à locis inquibus animarum curam exercent, vel etiam non possent illis deputari, & assignari nisi de Episcopi consensu ac præuio examine, per eum, aut eius Vicarium faciendo, deturbaretur Ordinis status, & totus Religionis cãdor & spendor tenebresceret, corrueret & prorsus periret. Quod autẽ hoc in õnimodam Religiosi status ruinam, & destructionem vergeret, probatur. Nam Prouinciales non possent cum suis Diffinitoribus in suis Capitulis, siue extra, suis Monasteriis et Conuentibus Presidentes, Priores, Præpositos, siue Guardianos assignare, sine Episcoporum assensu et preuio examine, exquo in electionibus

nibus Prælatorum,præfatorum,et Curatorum esset standum Episcopi voluntati, et non Prælatorum Ordinis. Secundo sequeretur, ꝙ Prælati Superiores liberam non haberent super suos subditos potestatem, illam scilicet quam sibi tradit regula, et quam Fratres se præstaturos suis Superioribus, promisserunt. Ex quo Prouincialis nulli loco posset deputare quemuis suum subditum pro exercenda animarum cura, sine Episcopi cõsẽsu, ac præuio examine. Deinde ex hoc sequeretur, ꝙ quando pro aliqua iusta causa aliquis subdit9 esset de aliquo loco remouendus, siue vt ex subdito fiat Prælatus, siue pro alia causa, inqua Prouincialis forsan vtitur dicto Scoti in.4.d. 21. quęst. 2. loquentis de Abbate sciente, ꝙ non expedit alicui suo monacho in aliquo manere loco, hoc nõ posset facere Prælatus, sine Episcopi licencia: quoniam ipse Episcopus non sineret alios Fratres intrare loca, inquibus de pręsenti aliquem detinet Fratrem ouium curã exercentem, & sic esset in præiudiciũ obedientiæ, & in præiudicium Ordinis, & monastici status.

Quia forte talis esset persona, quam Episcopus in aliquo detinet loco, nolens alium sui ordinis Fratrem ibi ingredi,

qui

qui merito a sua Religione esset ad maiora sublimandus: vel forsan talis esset, cui conueniret pro sua salute egredi locum. Cuius honorem seruans Prelatus, cautè a loco eijcit. Quod tamen facere non posset, nisi forsan subditi faman lędendo. Item is, qui curam animarum exercet, peioris esset conditionis, quam omnes Layci sui Ordinis, & quam omnes Iuuenes, & quam alij curam prefatam nō exercentes, quoniam subijceretur Episcopo in prefatis, & etiam suo Prelato, alij autem soli Prelato. Deinde forsan daretur occasio aliquibus Fratribus remanendi in aliquo loco, in preiudicium animarum suarum, vtpote quia ibi forte non fideliter curant animas: quod scit Prelatus suus, & Episcopus ignorat: & ideo credens eos recte agere, non permitteret alium illius ordinis illum ingredi locum: & sic ille Frater putabit se in hoc absolutum ab obedientia sui Prelati: & sic forte ibi plus suis prouidebit consanguineis, & amicis, vel alias, ab istis miseris Indis, pecunias, aut alia extorquebit indebite, quàm curam exerceat animarum, sciente hoc suo Prelato, & non valente remedium adhibere, prohibente Episcopo, ne aliquis alius sui ordinis illuc

illuc ingrediatur. Et licet hoc denuncietur ip si Episcopo, vel non credet, sed suggerēte tali Fratre, dicet, ꝙ talia de eo per inuidiā & odium dicuntur, vel dicet, ꝙ talia quę de eo dicū tur sunt leuia, & ꝙ propter hęc remoueri non debet: neq; hoc permittet, putans in hoc illius Fratris honorem seruare, & per eum suis in hoc melius prouidere ouibus. Hęc & alia multa sequerentur incommoda, & inconuenientia, quę prudentioribus relinquo examinãda: Quare Rex Catholicus harum Indiarum Dominus & patronus, Apostolicusq; Delegatus magno consilio per suas Schedulas statuit & ordinauit vt Fratres Mendicantes qui Neophytorum instructioni intendunt, Episcopis subiicerentur in iis quę nudum Parochorum ministerium, Sacramentorumq; administrationem concernunt: in cęteris vero Fratres omnino ab Episcoporũ iurisdictione exemptos reliquit. Et quando hac de re aliquod subiret dubium Summus Pontifex, & Rex consulendi essent, & eorum standum determinationi & decreto. Illud autē sine formidine dico, ꝙ in casu quo Fratres subiici Episcopis cogerentur, quoad deputationem & assignationem, vel remotionem a locis, in quibus habitant

bitant potius doctrinas, domos, Conuẽtus, sup pellectillem, & patriam etiam deserere & relinquere deberent, quam in eiusmodi discrimẽ & periculum [ne dicam totalem Religionis destructionem] ordinem suum aduocare. Hac de re doctissimus Pater Focher confecit opusculum, cui nomen. De Veris Indiarum Occidẽtalium ministris. In quo docet, inquibus conueniunt ministri qui ex officio, & illi qui ex Charitate animarum curam exercent. Vbi ad interrogationem, quid est curam animarum ex Charitate exercere? Respondet, ꝙ is dicitur ex Charitate curam exercere animarum, qui ad hoc se obligare non intendit, nisi inquantum eum ad hoc Charitas proximi eum obligat, qua tenetur proximum sicut se ipsum diligere. Qui scilicet videns aliquas oues Pastorẽ non habentes, eas suorum Superiorũ facultate pascit, volens semper in suorum Superiorum obedientia remanare, & in nullo se Episcopo talium ouium subdere, vt fuerunt hactenus in istis Indiis Fratres Mendicantes. Quorum affectum ad hoc multi Summi Pontifices suis prouocauerent gratiis, & priuilegiis, quatenus ex animo transirent ad. Infideles conuertendos. Sed & Hispaniarum Reges, quibus

con

concessum est à Papa prouidere de ministris, non minus vsque in hodienum diem ad hoc onus subeundum eorum incitant animos, pro curando a suis Generalibus in Hispania, vt ad has partes mittant Fratres idoneos ad curandas has oues, ad exonerandam suam conscientiam per eos. Sed & eos tanquam huius Ecclesiæ ministros hic tenet, & fouet Rex noster: quos etiam magnis expensis huc mittit, & non nisi vt Sacramenta his ministrent Indis, & curam exerceant animarum, suis conformiter priuilegiis. Quæ si non habuissent, huc nunquam aduenissent. Sed & ipsi Hispaniarum Reges in tantum in hoc studuerunt Religiosis Mendicantibus, fauere, quod multis suis beneficijs, & Cedulis eos communierunt, & cohonestarũt. Quas quidẽ Cedulas ad maiorũ ipsorũ Fratrũ consolationem vult Paulus. 4. in duobus Breuibus, quæ legi, & exposui, ꝙ tantum habeant vigorem, ac si in mediate à Sede Apostolica emanassent. Et per illam fuissent fratribus concessa.

Quod valde est notandum. Ecce ergo quid ciuntur exercere hic curam animarum ex Charitate, ipsi enim sunt Fratres Mendicantes, qui horum Indorum & Papæ aucto

auctoritate, & Regis Hispaniarum curam hactenus ex Charitate exercuerunt, eos ad fidem summis laboribus adducendo, & ad fidem conuersos docendo, & eis Sacramenta administrando. In nullo tamen propter hoc se subiicientes Episcopis. Quandoquidem si sciuissent, qui ab Hispania huc aduenerunt ad hanc adiuuandam Ecclesiam, ꝙ subiici debeant Episcopis, nunquam huc venissent. Sed scientes, ꝙ Fratres hic curam exercentes Indorum remanebant exempti penitus ab Episcopis, sicut in aliis Ecclesię partibus, ideo huc venere, alias vt diximus, nunquam venturi. Sed & istum eorum modum, scilicet curandi animas ex charitate, vt credibile est, neque ignorabant Summi Pontifices, neque Reges Hispaniarum, qui eos huc miserunt. Notanter dixi ꝙ Fratres huc à Rege Missi, sunt huius Ecclesię ministri, in locis. s. in quibus Sacramenta ministrant. Quod patet, quia Rex tenetur de ministris prouidere in his Indiis. Mittendo enim Fratres, aut suo satisfacit oneri, & suam exonerat conscientiam, vel non. Si non, frustra igitur laborat mittendo Fratres, & frustra in hoc magnos facit sumptus, quod non est dicendum de tanto Principe

Chri-

Christianissimo. Si vero suam in hoc exonerat conscientiam, ex hoc sequitur, ꝙ Fratres ab eo missi, sunt huius Ecclesię veri ministri, in locis vbi curam exercent animarum, ad quod ab eo mittuntur, licet Episcopis non subijciantur. Neque probabile est, ꝙ Rex ipse velit, molestentur nunc, memor suorum, [quos hanc plantãdo Ecclesiam per plures ãnos sustinuere] laborum. Et ar. 1. dicit. Quãdoquidem Episcopus tenetur ex officio ad suam exonerandam conscientiam, procurare suarum salutem ouium per meliorem ministrum, quem ad hoc magis idoneum inuenire poterit, si eas potest per Clericos, teste conscienciа, melius in omnibus, quę ad earum salutem pertinent, & fidelius curare, quàm per Fratres Mendicantes, in his Indijs: vel si teste conscientia potest eas melius curare per Fratres Mendicantes, quoniam vtrumque potest, tenetur eas curare per meliorem: siue talis sit sęcularis, siue regularis, hoc enim nihil facit in proposito: tantum curandum est, ꝙ oues melius quàm fieri poterit curentur, quia ad hoc obligatus est Episcopus: alias si rejecto meliore ministro, suis prouidet ouibus de bono, suam non exonerat conscientiam,

¶ **** quia

quia tenetur meliorem eligere in foro conſcientię, ſecundum Sanctum Thom. 2. 2. q. 60. in art. 2. Sil. Electio. §. 16. ſecundum enim quod ibi dicitur de electione, intelligitur etiam in noſtro propoſito, quoniam vtrobiq; eſt eadem ratio, ſcilicet, q́ melior præferatur bono, ergo vtrobiq; idem eſt iudiciū. c. Cum dilecta de confir. vti. vel inuti. Hic non loquor de locis, in quibus iam eſt creatus Parochus ab eo, cuius hoc intereſt, vt eſt Rex Hiſpaniarum in his Indijs. Neq; in propoſito refert, an ex officio Miniſter oues curare velit, vel tantum ex Charitate. Neq; refert, an Miniſter ipſe ſi eſt Regularis, velit ſe ſubiicere iuriſdictioni Epiſcopi [maxime in his, quæ attinent ad ouium curam, & ad Sacramẽtorum adminiſtrationem;] an non. Sed tantum propoſito ſeruit, quomodo melius, & fidelius in omnibus curabuntur oues, meliori ſcilicet Miniſtri exemplo, potioriq; pabulo doctrinę, & Sacramentorum adminiſtratione ſecuriori. Quandoquidem hæc ad oues attinent, & non q́ curentur per eum, qui ex officio, vel ex charitate eas curet. Non enim quęrunt oues, niſi q́ melius eas ſuus curet Epiſcopus, vel per ſe, vel per alium à ſe deputatum

tatũ,ſcilicet ab alio habente ad hoc poteſtatẽ, vt eſt Rex Hiſpaniarum, in his partibus,& cũ Epiſcopus ad hoc ſit obligatus, ſcilicet eas curare per ſe, vel per alium meliorem Miniſtrum à ſe deputatum,vel à Papa mediate,vel immediate, ſolicitê curare debet,vt ipſę oues melius q̃;fieri poterit, curẽtur. Et circa hoc potiſsime debet attendere ſuarum ouium cu ram potiorem, & non ad hoc, ꝙ earum Miniſter eas, l.ex officio,vel ex Charitate curet. Hoc nimirum nihil facit, neq; ad exonerandam ſuam conſcientiam, neq; ad meliorẽ ipſarum ouium curam, & profectum : ſed tantum attendat Epiſcopus ad meliorem, & potiorem ſuarum ouium curã, quia in hoc ſua conſiſtit obligatio. Neq; his obſtat : ſi quis dicat,ꝙ ſecurius quis cõmittit rẽ ſuã cuſtodiẽdã illi, qui ſe obligat eã cuſtodire q̃; ſi cõmittat eã cuſtodire ei, q ſe offert eã cuſtodire ex ſola Charitate,& dilectione nolens aliter ſe obligare : qui tamẽ ꝓbabiliter credit,ꝙ rem ſuã melius cuſtodiet,q̃; ille q ſe obligat eã cuſtodire. Ideo à ſimili, ſecurius,& melius facit Eps cõmittẽdo ſuas oues illi,q ſe obligat eas cuſtodire ex officio,& ad hoc ſe obligat, q̃; ſi eas cõmittat illi,q ad hoc ex officio nõ vult

¶**** 2 earum

earum curam suscipere, sed ex sola Charitate, licet credat probabiliter, q̃ ipsę oues melius curabuntur per hunc quam per alium, qui adhoc se obligat, & earum curam in se recipit. Hoc videtur fundatum in Aristotele dicēte in Topicis.cap,29.De similibus [inquit] idem est iudicium. Ad hoc dici potest, q̃ illa Maxima Aristotelis secundum Petrum Tataretum & Titelmanum, intelligitur, quando id, quod assumitur, cum eo, quod probatur, ęqualem habet similitudinem, idest, quando vtrobique est ęqualis apparentia veritatis. Aliàs illa Maxima non habet locum. Inde est, q̃ communiter dicitur: Argumentum a simili claudicat vno pede. In nostro autem proposito, non est ęqualis similitudo, neque ęqualis ratio possessoris ad rem possessam, maxime si est inanimata: qualis est Pastoris, & Episcopi ad oues suas: ideo illa ratio & argumentum, nihil probat, sed potius debet in hoc dici illud, quod idem Philosophus dicit in ipsis Topicis.cap.22.quando dicit, q̃ de similibus non idem est iudicium, quandoquidem longe aliter se habet possessor ad rem suam in animatam, in animatam dico, propter seruos, quam Pastor, & Episcopus ad suas oues. Et

hęc

hęc dissimilitudo est in multis. ¶ Primo inter possessorem, & rem suam inanimatam non est mutua obligatio, quia neque possessor habet obligationem ad rem ipsam possessam, quia ei in nullo est obligatus, neque res possessa, [maxime si est inanimata] habet obligationem ad possessorem. Sicut neque diues est obligatus suo auro, neque aurum diuiti Domino suo est obligatum. Pastor vero suę obligatus est oui, vt eam vitę bonę exemplo, & doctrinę, & Sacramētorū ministerio pascat, etiam vsque ad mortem. Bonus Pastor animā suam dat pro ouibus suis. Ouis autem suo est obligata Pastori, vt ei in pertinentibus ad suā salutem, obediat, ad Hebre. 13. Obedite Prępositis vestris, et subijcite illis. ¶ Item est illi obligata ad sustentationem corporalem ministrandam. Nemo suis stipendijs militat vnquam. Ex hoc enim patet, ꝙ Pastoris ad ouem, & ouis ad Pastorem mutua est obligatio, licet sit dissimilis Domini ad rem suam, rei possessę ad Dominum. ¶ Secundo possessor rem suam pro sola voluntate sua, alteri dare potest: Pastor autem, semper Pastor remanens ouem suam alteri dare pro sua sola voluntate non potest, renunciando ius quod habet super

eam. ¶ Tertio, Dominus potest rem suam per dere sine peccato, puta ludẽdo causa recreatio nis: Pastor autem ouem suã nulla occasione potest perdere. ¶ Quarto, Dñs potest rem perditam recuperare vel similem, vel equalẽ. Pastor autem ouem perditam, per culpã mortalem, aut sua negligentia notabili aut alio quouismodo, nulla tenus potest recuperare: quoniam ei vitam gratię in pręsenti dare nõ potest. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia. Neque si in suo mortua fuerit peccato, vitam ei glorię dare potest, quia in Inferno nulla est redemptio.

Et ideo ille Achiles, siue illud argumentũ, quod tam forte quidam ęstimant, euacuatum est, quoniam ex dictis liquido patere puto, ꝙ dissimilis est ratio Domini ad rem suam, & Pastoris ad ouem suam. Ideo dissimile debet esse judicium secundum Philosophum, vt supra est dictum. Ex his concludi potest, id quod diximus, scilicet ꝙ Episcopus per meliorem Ministrum, quem inuenire potest, tenetur suas curare oues quicunq; sit ille, siue sęcularis, siue Regularis, siue ex officio earũ curam suscipiat, siuę ex charitate, quia quanto me

to melius curantur oues, tanto melius suam exonerat conscientiam Episcopus corã Deo, & hominibus. Hæc ille Doctissimus vir & vtriq; Sanctus. Cuius verba non me tęduit huc transferre, tum vt intelligant Domini E piscopi non minus eorum exonerari consciẽ tiam per fratres animarum curam ex charitate exercentes, q̃; per Parochos ex iustitia & obligatione administrãtes. Tum etiam prop ter verba illa Catholici Regis ad venerabiles Episcopos in iam relata Epistola in fine. Ya mi [scilicet] me dareys muy particular relacion si cumplẽ de su parte, esto que a ellos toca, y han de hazer precissamente y de obligacion: con lo qual parece os podran ayudar y cumplir con vuestros officios pastorales: mirando por la salud de las almas que estan a vuestro cargo, y de que aueys de dar tan estrecha cuenta a nuestro Señor. Quæ verba manifeste ostendunt Episcoporum scrupulos ante Regiam majestatẽ præsentatos Regẽ permouisse, vt fratres ad animarũ curã acceptãdã ex iustitia & obligatione induxerit, & concitarit. Ipsi vero filiorum Neophytorumq́ue imminentem ruinam timentes, multis percalcatis & pessundatis difficultatibus, & quod

non minorem adhibuerunt diligentiam in excolendis vineę Domini Sabbaoth germinibus & plantis nouellis, ex charitate administrantes: quàm ex iustitia & obligatione, Regijs mandatis obtemperantes.

¶ Sed quia nonulli Reuerendissimi Episcopi non solum per se, sed etiam per suos Commissarios, & Visitatores, Fratres [animarum curam exercentes] visitare contendebant, à Regia & Catholica Majestate fuit illis secundó interdictum, & prohibitum ne amplius id attentarent: sed priorem Shcedulam, & ordinem in ea prefixum omnino obseruarent, vt patet in sequenti Schedula. Et non dubito quin Rex Catholicus Fratres Mendicantes [qui in quantum possunt illius exonerant conscientiam] multis alijs foueret, & prosequeretur fauoribus, sicut Carolus. 5. fecit, si illius adirent presentiã, & continuorũ laborũ [quos in predicatione, manutẽtione, & Neophytorum defensione continuo perferunt] partem aliquam referrent.

CEDVLA DE SV MAGESTAD PARA *que quando los Obispos por sus personas no pudieren visitar las Doctrinas de sus Obispados en que asisten*

asisten Religiosos no puedan embiar Clerigos o Religiosos de otras Ordenes, sino a los de las mesmas Ordenes delos que asisten en las dichas Doctrinas.

EL REY.

Reuerendo in Christo Padre Obispo de la Ciudad de Antequera del Valle de Huaxaca de la nueua España de mi Consejo. Porque he entendido que los Religiosos que residen en essas partes ocupados en la Doctrina y cõuersion de los Indios, dan a entender que les es causa de mucha inquietud y desasosiego embiarlos vos a visitar [en quãto Curas] con Clerigos, o Religiosos de otras Ordenes: y conuiene escusar todas las occasiones que los puedan diuertir de su principal fin: mayormente que [segun dizen] es esto contra sus institutos, y occasion de que viuan con desconsuelo, y seã molestados, Os ruego y encargo que quando por vuestra persona no pudieredes visitar las doctrinas de esse Obispado conforme alo proueydo en la Cedula mia de primero de Iunio de mill y quinientos y ochenta y cinco, [donde mas en particular se trata desto] embieys alas dichas visitas de Religio-

Religiosos que estuuierẽ en las doctrinas en quanto a Curas, y del sanctissimo Sacramento Pila del Baptismo, y fabrica de las Yglesias y demas cosas tocantes a ellas, y del culto diuino: cõ Religiosos de las mismas Ordenes. Demanera que donde vuiere frayles Dominicos, vaya frayle de la misma Orden por Visitador: y que la misma forma se guarde cõ los Augustinos, Franciscos, Mercenarios, y de la Compañia, y esto para los casos, y en la forma que se contiene en la sobredicha Cedula. Fecha en Madrid a veynte y vno de Deziembre de mill y quinientos y nouenta y cinco años. YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro Señor.
Ioan de Ybarra.

¶ Hæc Schedula originalis habetur in Archiuo R. Patris Commissarij Generalis Nouę Hispanię. Et ad omnes Episcopos Nouę Hispanię similiter rescripsit Rex Catholicus. Sed & hoc suam habet difficultatem, si Episcopi aliquem eligerent in visitatorem Religiosum ambitiosum, honoris & pecuniarum cupidum & auidum, & erga religionem suam

male

malê affectum. Vnde eligi non debet ad tale munus subeundum qui sibi summit- honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.

CONFESSOR.

¶ Circa hanc materiam hoc ordine procedam. Primo notabilia prę feram. Secundo dubia vtcunq; absoluā. Et tertio facultates & priuilegia concessa ordinū Mendicantium confessoribus, per conclusiones explicabo.

1 ¶ Notādum est primo, ꝙ vt constat ex perpetua Ecclesiæ traditione ab Apostolis vsq; in pręsens seruata, quam etiam recenset simulq; approbat Sacra Tridentina Synodus, Sessione. 14. cap. 7. ad absoluēdum aliquem a peccatis, duplex potestas ex parte Sacerdotis requiritur. Altera dicitur potestas Ordinis altera vero iurisdictionis. Quarum si altera desit, omnino nihil fit in peccatorum absolutione. Potestas Ordinis etiam distinguitur du pliciter, in potestatis Clauem, & in Clauem sciētię. Clauis potestas est auctoritas siue potentia collata in Sacramento Ordinis ad absoluendum & remittendum peccata. Cla-

Clauis autem ſcientię dicitur poteſtas & auc toritas Sacerdotis quam habet ad cognoſcendum in confeſſione omnia peccata, tã occulta quam manifeſta, ideſt auctoritas qua poteſt Sacerdos peccatorem compellere vt ſibi manifeſtet omnia peccata. De qua re ſatis diſſerũt Doctores in 4. in materia de Clauibus, diſt. 20.21.22. &c. Poteſtas autem iuriſdictionis [quę ſimpliciter eſt neceſſaria, & requiſita ad abſoluendum aliquẽ a peccatis] poteſt haberi dupliciter. Vno modo ex officio: alio modo ex commiſſione illius qui poteſt committere. Ex officio habet hanc poteſtatem primo Papa qui eſt Chriſti Vicarius in terris ſuper omnes Chriſtianos, nullo excepto. Deinde habẽt hanc poteſtatem vniuerſi Epiſcopi, vnuſquiſque ſupra ſuam Diœceſim ſeorſum & ſigillatim. Tertio loco habent hanc poteſtatem vniuerſi Plebani ſeu Parochi ſupra ſuas particulares Parochias, vel Eccleſias ſibi commiſſas particulares. Igitur vniuerſi alij confeſſarij qui non pertinent ad aliquem horum trium iuriſdictionem debent accipere & petere, ſcilicet à Papa vel ab Epiſcopo, vel à Plebano. Hi enim tres tantum poſſunt illam committere, vnuſquiſque reſpectu ſuorum ſubditorũ.

2 ¶ Secundo est notandum, ꝙ quia Superior non dependet ab inferiori, sed potius inferior dependet a Superiori : hinc sequitur ꝙ inuito Episcopo, & inuitis Plebanis potest Papa cõferre auctoritatem iurisdictionis, cuicunque voluerit in toto Orbe. Immo potest etiam sibi reseruare aliquos casus, à quibus nõ possint absoluere Episcopi, etiam suos subditos. Et similiter Episcopus potest conferre auctoritatem iurisdictionis absoluendi quoscunque sibi subditos in sua Diecesi cuicunque voluerit, etiam inuitis Plebanis, & potest sibi reseruare aliquos casus à quibus non possint absoluere Plebani suos Parochianos. Et similiter Episcopus potest conferre auctoritatem iurisdictionemq; absoluendi aliquem cuicunq; voluerit.

3 ¶ Tertio est notandum ex Concilio Tridentino Sessio. 23. cap. 15. ꝙ quanuis presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant, nullum tamen etiam Regularem posse confessiones secularium [etiam Sacerdotum] audire, neque ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopo per examen [si illi videbitur necessarium esse] sit approbatus, aut certe à Ge-

à Generali Vicario Episcopi, aut ab eo Ordinario qui in suas oues habet quasi Episcopalem iurisdictionem, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem [quæ gratis detur] obtineat: priuilegiis, cõsuetudine quacunq; etiã immemorabili non obstantibus. Forma autem pręsentandi confessores habetur in corpore iuris inserta in Clementina Dudum de Sepulturis. §. Statuimus. De qua supra ver. Communicatio priuilegiorum.

4 ¶ Quantum ad secundum sit primum dubiũ. Quæ nam sit illa forma seruanda & pręcepta in illa Clementina Dudum, ad hoc ꝙ confessarij assumpti ex Ordinibus Mendicantibus censeantur legitime pręsentati Episcopis, vt audire possint confessiones? Respondetur, ꝙ forma præsentandi eiusmodi confessarios duobus vel tribus punctis explicatur. Primum est, ꝙ Prouinciales, vel Commissarij Ordinum Mendicantium debent se conferre ad Episcopos, & ab eis humiliter petere, vt quos ipsi elegerint ad confessiones audiendas, Episcopus approbet, & acceptet in tota sua diecesi. Secundum est, ꝙ facta hac petitione, ipsi Prælati eligãt viros probos & eruditos moribus, & scientia probatos ad tã

salu

salubre ministerium. Tertium est, quod Prælati Fratres à se electos & examinatos presentẽt Episcopis, vt ab eis acceptati & approbati possint confessiones audire. Et ex tali approbatione & acceptatione Episcoporũ, manent legitimę confessarij in diœcesi, vel diœcesibus illius Episcopi, vel illorũ Episcoporum à quo vel à quibus fuerunt acceptati. Formã autem præsentandi Confessores juxta prealle gatam Clementinam Dudum, præscribit Do ctor Nauarrus in Manuali Hispano, cap. 27. num. 267. & illam adauget iuxta Concilij. Tridentini decretum Pater Frater Emanuel. 1. Tom. qq. q. 59. art. 3. Vbi etiam aduertit prædictam Clementinam concedere Episcopis vt examinent Fratres cum ipsis concedat auctoritatem ad negandã licentiam presentatis, iusta id causa suadẽte, vt dicit Glossa. Ex quo Regularis Sacerdos Ordinis Predicatorũ & Minorũ à suo Prælato expresse, aut tacite presentatus Episcopo, si dignus reperiatur sciẽtia, nec cõstet indignũ esse defectu prudẽtiæ & morum, approbandus est semel ab Episcopo, vt idoneus cõfessarius pro secularium confessionibus audiendis. Si vero Episcopus viros plane idoneos & doctos Regulares

Ordi

Ordinum Prędicatorum reijceret ex maleuo lentia, & sine causa, cum sint à Prę̨lato suo legitime prę̨sentati, habet in Religionis fauorem, ipso iure à Papa Clemente.5.in Cle.Dudum. De Sepult. approbationem & iurisdictionem: quia in proposito licentia legitimê petita, si iniuste negetur, censetur concessa ipso iure. Hoc manifeste probatur per verba dictę Clementinę. §. Si vero, vbi dicitur. Si vero ijdem Prę̨lati prę̨fatis Fratribus ad confessiones [vt prę̨mittitur] audiendas electis huiusmodi exhibere licentiã recusarint: nos ex nunc ipsis vt confessiones sibi confiteri volentium liberè licitèquè audire valeant, & eisdem pę̨nitentias imponere salutares: atque eisdem beneficium absolutionis impartiri gratiosê concedimus de plenitudine Apostolicę potestatis. Nec Concilium Tridentinum intendit iuri communi derogare. Tum quia huiusmodi prę̨sentatus, & sine caussa ab Episcopo rejectus, habetur pro approbato ab eo, sicut & regularis petens licentiam transeundi ad regulam strictiorem, negata ea sine iusta causa, habetur pro licentia donato: provt dicitur in iure, cap. Licet. de Regula. Et sicut Abbas qui petijt tertio benedictionem ab Episcopo,

Episcopo habetur pro benedicto, si eam sibi deneget, vt patet ex cap. 1. de Suppl. negli. prelat. Sic in proposito, Papa concedit Minoribus, & Predicatoribus secundum formã Clementine, Dudum jurisdictionem supposita approbatione Ordinariorum: negata sine causa tali approbatione, ipsis sine dubio injuriam facit: quo casu Summus Pontifex vt pater omnium voluit injuriæ satisfactionẽ dictis Regularibus condonare, ipsis iurisdictionẽ cõcedendo, & pro approbatis eos habendo. Tum etiam, quia Concilium Tridẽtinum non videtur voluisse derogare iuri cõmuni, & conciliari: Concilio [inquam] Vienensi in dicta Clementina contento. §. Si vero, neq; Concilio Lateranensi sub Leone. 10. Sess. 11. quod requirit derogationem expressam Concilij, ad hoc vt illi censeatur derogatum: de quo latê Felinus in cap. Nonulli, de Rescrip. Tum tertiò, quia expedit iura concordare, vt dicitur cap. Cum expediat de Elect. lib. 6. vt euitetur correctio juris, quoad fieri potest. Et possumus hæc jura commodè concordare dicendo, ꝙ Concilium Tridẽtinum limitetur per alia duo predicta ob rationem specialitatis, quæ colligi-

tur ex eis, ad frenandã aliquorũ Episcoporũ duritiem, vt in dicto cap.1. de supplenda ne gli. præla. statuitur: cum etiam posteriores leges limitentur per priores, leg. Sed & posteriores. ff. de Legibus. At Concilium Tridentinum derogat priuatis quorundam priuilegiis extra corpus juris vagantibus, quæ restringi debent, cum censeantur odia juris: non autem legi generali & communi & corpori juris insertæ. Ita docent grauissimi Doctores in primis Doctor Nauarrus Ecclesiæ Catholicę pręclarum lumen in Enchiridione Latino, cap.27. nu. 264. &.265. Et Doctor Henriquez Tom. 1. lib. 6. &. 3. de Sacramento pœnitentię. cap. 6. num. 5. Frater Emanuel in Additionibus ad Cruciatam. §. 9. num. 29. folio. 87. & Tom. 1.qq. regul. q. 59. art. 2. quibus in locis rem ex-professo versat. Quod autem prędicta forma pręsentandi confessores secundum dictã Clementinam & Decretalem Concilij Vienensis non sit à Concilio Tridentino sublata, aut reuocata, probatur deinde. Quia fratribus Minoribus & Prædicatoribus de quibus solum loquitur Clementina, competit confiteri sęculares virtute delegationis, & commis

missionis Sanctæ Romanæ Ecclesię : quæ commissio & delegatio ipsis est commissa in dicta Decretali,& statuto Concilij Vienensis. Quę Decretalis est inserta in corpore iuris, sicut sunt insertę alię leges communes Ecclesiasticę : & habet eandemmet vim ac virtutem, quam habēt alię leges, propter quod sub dicto nomine priuilegij minime venit intelligēda. Et probatur manifestê : nam in rebus moralibus verba interpretari debemus, secūdum communem, & moralem modum loquendi, vt dicitur in jure cap. Ex literis, de Sponsalibus. Atqui secundum communem & moralem loquendi modum juris peritorum, per hoc nomen priuilegium simpliciter & absolute dictum, nō intelligimus illud,quod est in corpore juris insertum : cō cluditur ergo Concilium Tridentin. in illis verbis [priuilegiis] Decretalem supra dictam comprehendere noluisse. Si enim ipsam vellet comprehendere, aliquid aliud adderet : cum priuilegium in ea contentum sit ius commune in Concilio Generali Lateranensi confirmatū. Item hæc sentētia āplius corroborat, & fulcitur, si consideremus dictā Clementinam fuisse sententiam quandam,

datam ratione cuiusdam controuersię, & con certationis ortæ inter Clericos plebanos, ex vna parte, & Fratres Prędicatores & Minores ex altera, vt colligitur ex eadem Clemētina: quæ cum sit sentētia diffinitiua & executorialis, minime sub nomine priuilegii contineri, aut comprehendi debet. Et Sixtus. 4. in Extrauagant. Vices illius. De Treuga, & pace, dictam Clementinam ius commune vocat, dicens. Per hoc tamen ipsi Fratres Mendicantes non censeant̃ exclusi, quo minus secundum iuris communis, & priuilegiorum eisdem concessorum dispositionem confessiones audire valeant, & pœnitentias iniungere. Quæ verba [iuris dispositionem] ad Clementinam supradictam referuntur, cuius virtute Minores, & Prædicatores confessiones sęcularium audiant. Quid? quod & Concilium Vienense, & ipse Summus Pōtifex Clemens vocat eam Decretalem, vt patet ex verbis ibi, Dudum à Bonifacio octauo prędecessore nostro infra scripta dicta Decretali. Et Summus Pontifex Bonifacius vocat eam statutum & ordinationem, vt patet ex eius verbis ibi. Diligenti cum Fratribus nostris deliberatione præhabita super eo

ad he

ad honorem Dei, & exaltationem Catholicæ Fidei, quietum statum partium prędictarum ad salutis animarum fidelium incrementum de ipsorum fratrum Concilio auctoritate Apostolica statuimus, & ordinamus. Quæ verba satis clarè designant hoc nō esse priuilegium, sed legē communē, maximo cōsilio & consideratione ab Ecclesia Romana editā. Et in proemio Clemētinarū pręcipit Sūmus Pontifex, ꝙ omnes Clementinę [nulla excepta] recipiantur, vt in scholis, & in iudicio per eas gubernentur: quod solum dicitur de legibus Ecclesiasticis. Item probatur: Nam Concilium Tridentinum loquens de quarta funeralium à Mendicantibus soluenda, pręcepit, quod soluatur non obstante quocunq; priuilegio. Ex cuius mente colligitur, Concilium appellare dictam Clementinam, legem, prout distinguitur contra priuilegium. Quod probatur. Quarta enim soluitur per dictam Clementinam: & Conciliū Tridentinum vocat priuilegia ōnia indulta contra eam obtenta, supponens ipsam esse legem communem. Et confirmatur. Nam quęro à Dominis Episcopis, quo iure debet quarta Parochis? Certe respondent, quod iure cō-

communi. Quęro deinde, vbi est hoc ius commune? Non est aliud, nisi dicta Clementina. Si igitur dicta Clementina secundum ipsos Dominos Episcopos est vere ius commune respectu quartę funeralis, quare respectu pręsentationis confessorum regulariũ erit dicenda priuilegium, & non ius commune, cũ in ea non solum statuatur id, quod pertinet ad quartam funeralem, sed etiam id, quod pertinet ad confessariorum pręsentationem & approbationem.

¶ Tandem tribus aliis viis firmissime ꝓbat noster Emanuel hanc eandem sentẽtiam. Primo ex Bartholo in forma hanc mouente quęstionem: vtrum lex de nouo instituta deroget priuilegia posita in corpore iuris dicẽdo, non obstantibus priuilegiis? Et respondet, quod non: nisi specialiter de ipsis mentionem faciat, etiam si apponat quascunque non obstantias generales. Talia enim priuilegia in corpore iuris inserta iam induunt sibi aliud nobilius nomen. Non etiam solum sunt leges priuatę sed etiam leges communes, & generales. Eandem sententiam tenẽt Paulus de Castro, Felinus, & Nauarro vbi supra, & in Miscela. 1. de Pręsentatione confes.

confes. reg. & Quintilianus Mandosius, & Beroius. Secũdo probat ex patribus & viris grauissimis & in vtroq; iure eximiis qui Cõcilio affuerunt Tridentino, & optime prę oculis hanc habebant doctrinam: & intelligebant Clementinam Dudum, non derogari per illam non obstantiam priuilegiorum generalem. Tertio probat ex Horatio Lucio Caliensi iurisconsulto præstantissimo, & additionatore Concilij, qui in Sessione 23. cap. 15. ponit pro concordata ad marginem dicti capituli decimi quinti Clementinam Dudum. §. ac deinde, de Sepulturis, innuens dictũ Decretum decimum quintum in nullo derogare dictam Clementinam Dudum. Ex quo etiam si talis constitutio dictæ Clementinæ solum concernat rem particularem [Religiones inq; in ea expressas Fratrum Prędicatorum, & Minorum] nõ propterea amittit nomen Canonis & legis Ecclesiasticæ, nã sufficit quod sit in corpore iuris, & ex eius definitione aliquod bonum commune resultet, vt doctè probat noster Pater Frater Alphonsus de Castro lib. 1. de lege pœnal. cap. 1. circa mediũ. Et non est dubium dictam Clemẽtinam fuisse editam in fauorẽ populi Xpiani

¶§ 4 ad sa

ad ſalutem animarum, cum in prędictis Religionibus ſint viri illuſtres in doctrina & ſanctitate, potentes in opere & ſermone, ad exhortãdum in omni bono. Qua ratione Summus Pontifex. ibi ordinat eos coadiutores propriorum Sacerdotum. Et Magiſter Soto in. 4. diſt. 18.q. 4. art. 3. reſoluit cõmiſſionem ipſis Fratribus ad audiendas fidelium confeſſiones cõceſſam, eſſe maximê cõſonam & conformem decreto capituli, Omnis vtriuſq; ſexus, in quantum dicit confeſſiones debere audiri à proprio Sacerdote, vel de licentia ipſius proprij Sacerdotis. Hęc dicta ſunt ad mẽtem prędictorum doctiſsimorum virorum.

5 ¶ Secundũ dubium eſt: An omnes iſtę cęremonię iam relatę ex dicta Clemẽtina ſint ex neceſſitate ſeruandæ? Ad quod reſpondetur ꝙ non: ſed quomodocũq; & qualitercũq; Epiſcopi acceptent & approbent eiuſmodi cõfeſſarios tãquã, ſibi legitime pręſentatos iuxta prędictam formam, hoc ſufficere. Et ratio eſt, quia illa Extrauagans, Dudum, de Sepulturis, ita eſt in fauorem Epiſcoporum, vt eis debita reuerentia præbeatur à Pręlatis, & Fratribus Ordinum Mendicantium, vt ſint

eis

eis coadiutores ad tam salubre ministerium ergo possunt illi huiusmodi cęremonias renunciare. Quia quod alicui conceditur ex gratia, non debet retorqueri in eius dispendium. Ex quo sequitur, ꝙ stando in rigore iuris quomodocũq, quis acceptetur ab Episcopo vt sit confessarius in sua Dięcesi, hoc satis est, vt censeatur legitimê pręsentatus. Pręsertim dum acceptans, & acceptatus intelligant acceptationem iuridicam secũdum formam illius Clementinę, Dudum, de Sepulturis. Et hęc omnia aduertant Prælati, ad tollendos magnos scrupulos. Quapropter Pater Emanuel Tom. 1. qq. regul. q 59. art. 1. dicit. Quod ad tollendas difficultates, & ad euadendum ambages quę in confessorum pręsentatione suboriri solent, securius est, ꝙ Prouincialis per se, vel per aliũ, accedat ad Episcopum, rogans eum, quod admittat tot confessores, quos ipse determinatos habeat in sua intentione: supplicans ipsi, quod eos acceptare dignet̃: ac si in omnibus, & per omnia seruata esset forma iuris, contenta in Clementina, Dudum, & in Concilio Lateranensi, & in Concilio Tridẽtino. Quod si dignetur facere, tales confessores

ſores habent [dumtamẽ ipſe intendat, quod facit] omnem auctoritatem, quæ confeſſariis regularibus in dicta Clementina conceditur. Si autem Epiſcopus noluerit acceptare hanc formam præſentationis, oportebit ſeruare formam traditam, & collectam, ex dicta Clemẽtina. Aliàs non poſſent Fratres audire cõfeſſiones de iure, & perconſequens, neq; abſoluere ſicut conceditur in dicta Clementina. Si vero Prælati nõ expectata præſentatione pręmonentes dicant. Non præſenteris aliquos, quia non admittemus, secũdum Cardinalem audire poſſunt, ſine alia præſentatione. Si vero expreſſê non recuſant admittere, ſed non dant licentiam, vel negligunt ſecũdũ gloſſã, locum habet hic priuilegium, poſt trinã monitionem, l. requiſitionem. Pr̃. Noreña, & Pr̃. à Veracruce in ſuis Compendiis ver. Confeſſor, Concl. 1. aſſerunt etiam, ꝙ poſt legitimã Fratrum præſentationem velint, nolint Epiſcopi, ſunt confeſſores auctoritate Papæ, & Concilij Vienenſis per dictam Clementinam Dudum. Silueſter ver. Confeſſor. 2. §. vltimo. Dicit, ꝙ ſi Epiſcopi datam licentiam confeſſoribus ſecundum formã prædictæ Clementinę pręſentatis, reuocare intentarent, nihil

nihil omnino facerent, & Fratres nihilominus licentiam haberent, quia in fraudẽ legis esset talis reuocatio sine iusta causa. Ex ea tamen posse vtiq; datas licentias reuocare, vt puta, si aliquis ex dictis Fratribus post licentiam scandalosè conuersaret vel efficeret surdus, aut mẽtecaptus, & huiusmodi, qa textus requirit personas idoneas, & vita probatas.

6 ¶ Tertium dubium est, circa auctoritatẽ talium confessariorum, quænam sit & quanta illis in dicta Extrauag. Dudum, concessa? Et respondetur, ꝙ tales confessarij eandem habent auctoritatem, & potestatem ad absoluendum, quam habent ex iure presbyteri Curati, vel Sacerdotes parochiales. Habent tamen Parochi ex iure auctoritatem ad absoluẽdum ab omni peccato, & excommunicatione maiori à iure lata, quæ non reseruatur alij Superiori, & perconsequens eandem habent auctoritatem Mendicantes debitê præsentati, & approbati, prout tenẽt D. Thomas. D. Bonauẽtura, Syluester, Gutierrez, & Nauarro prout dicit Pater Emanuel To. 1. q. 61. ar. 2.

7 ¶ Quartum dubium est, An Priores cõuentuales, & Guardiani possint facere eiusmodi confessariorum pręsentationem coram Epis-

Episcopo, vel eius Officiali ad id deputato? Ad hoc communiter respondetur: prędictos non posse ex propria auctoritate, sed tantum ex commissione Prouincialium, vel Commissariorum; & tunc [scilicet] ex commissione Prouincialis, aut Vicarij Generalis, non solum ipsi Priores, & Guardiani, sed quicunq; Frater posset talem prę sentationem facere.

8 ¶ Quintum dubium est, An auctoritas huiusmodi confessariorum Ordinis Prędicatorum & Minorum sit perpetua, ita vt duret post mortem Episcopi àquo fuerunt approbati? Ad quod breuiter respondetur, quod sic, sicut expresse habetur in Extrauagan. Inter cunctas, de Priuilegiis. Vbi Benedictus. 11. loquens de fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, dicit. Datam vero licentiam per Diœcessanorum mortem nolumus terminari. Cum autem in prędictę Extrauagantis capite, & resolutione dicatur eam per Clementinam Dudum de Sepulturis fuisse abrogatam res satis dubia, & ambigua videtur, & non ita certa, sicut à nobis asseueratum est. Hoc tamen non obstante dicendum est in Concilio Vienensi [vt constat ex dicta Clementina. §. Si vero] concessum esse Fratribus

tribus Prędicatoribus, & Minoribus, ꝙ semel prę sentati & admissi, non indigent noua præsentatione, etiam si aliquoties exirent Diœcesim, ad quam fuerint præsentati. Ita docet Cardinalis. q. 1. & doctissimus Nauarro, cap. 27. num. 264. in Summa Hispano sermone conscripta, & in Latina num. 266. Et doctissimus Frater Antonius de Corduua in Additionibus ad Compend. Tit. Pręsentatio confessorum, & Magister Soto in. 4. dist. 18. q. 4. art. 3. pag. 86. colum. 1. hoc idem tenent. Et noster Emanuel Tom. 1. qq. regul. q. 59. art. 4. in eadem est sententia & eam communem appellat. Vbi etiam docet in nullo quoad præsentationem confessariorum dictam Clementinam reuocari à Concilio Tridentino [Sess. 23. cap. 15.] ordinante ꝙ nullus Regularis possit audire confessiones sęcularium, etiam presbyterorum, nisi ab Episcopo obtineat approbationem: vbi solum præcipit Concilium vt examinentur, & approbentur confessores ab Episcopo, nõ autem pręcipit vt toties quoties Episcopi voluerint examinare, nouæ approbationi ipsi Regulares subdantur. Et hoc idem Clementina Dudum concedit Ordinariis, videlicet vt pos-

vt possint Regulares examinare, causa ad id interueniente, cum ea subsistente possint ab ipsis reprobari, & repelli, vt in dicta Clementina ipsis expresse conceditur. Et Pius Quintus hanc eandem confessorum perpetuitatem confirmat in Motu proprio. Et si Fratrum Mendicantium, &c. edito in Ordinum Mendicantium fauorem, vbi statuit, quod ille qui semel in vna Diœcesi admissus per Episcopum fuerit, semper in eadem Diœcesi habeatur pro admisso, nec amplius examinari, vel presentari, in dicta Diœcesi debeat, tam quoad prædicationes faciendas, quàm quoad confessiones audiendas, nec aliquid pro predictis exigi vel recipi debeat. Et ita seruatur in vsu, qui est legum interpres. Neq; reuocatur per Gregorij decimi tertii, constitutionem priuilegiorum Ordinum Mẽdicantium ad ius commune, & ad terminos sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini reductiuã. Quia cum hoc priuilegium [seu potius ius commune prout concernit Prædicatores, & Minores] non sit contrarium sacris Canonibns, nec Concilij Tridentini decretis, sequitur manifeste non esse per Gregorium decimum tertium reuocatum. Et in

huius

huius rei confirmationem addùcit noster Frater Emanuel loco citato declarationem Illustrissimi Camilli Caietani Patriarchę Alexandrini, & Sanctissimi Clementis Papę octaui in Hispaniarum Regnis Nuntij Delegati. Quę declaratio quia non solum rei de qua propositus est sermo, sed & multis aliis deseruire potest, eam hic insero.

❋

¶ RESCRIPTVM IN FORMA BREVIS.

¶ *Domini Camilli Caietani Nuntij Apostolici in Hispaniarum partibus, quo præcipit sub excommunicationis maioris latæ sententiæ pœna, aliisq; censuris, ne Ordinarij locorum quomodolibet Fratres Prouinciæ Conceptionis quomodolibet molestent circa audiendas sœcularium prædicationes, & confeßiones, aßociationes funeralium, atq; earum rata percipienda cōtra constitutiones & priuilegia a Sede Apostolica ipsis Fratribus cōceßa. &c.*

¶ Camil

¶ Camillus Caietanus Dei & Apostolicę Sedis gratia Patriarcha Alexandrinus, & S. D. N. Clementis diuina prouidentia Papę octaui, eiusdemque Sedis in Hispaniarũ Regnis cũ potestate Legati delatere Nuntius vniuersis & singulis Ordinariis locorum, eorumque officialibus generalibus, seu foraneis, nec non Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, seu Vicariis perpetuis eorum loca tenentibus infra limites & terminos Prouincię Conceptionis, Ordinis fratrum Minorũ S. Francisci constitutis salutem in Domino. Noueritis pro parte discreti viri Fratris Bartholomęi de la Peña Prouincialis dictę prouincię nuper graui quęrela, & relatu ad audientiam nostram peruenisse, quod licet fratres dicti ordinis semel prędicatores, & cõfessores ab aliquo Episcopo ipsi iuxta quandam Cõstitutionem perpetuam fęlicis recordationis Pij Papę. 5. desuper editam, amplius examinari non possint nec debeant, & iuxta sua antiqua priuilegia per diuersos Sũmos Pontifices concessa defunctorum corpora & cadauera quando Ecclesię sepulturę tradenda asportantur, si quando ex defunctorũ dispositione, aut alias vocantur associare ac

certam ratã quartę funeralium accipere possint ac debeant, nec desuper à quocunq; contra constitutionem ac priuilegiorum huiusmodi formam & tenorem molestari, perturbari, ac inquietari possint: Nihilominus multi vestrum Fratres & professores Ordinis. S. Francisci ac Prouincię huiusmodi circa præmissa vijs in directis molestare perturbare & impedire pręsumunt. Quare fuit pro parte ipsorum exponentium ad nos recursum, nobisq; humiliter supplicatum, quatenus eis in pręmissis efficacis defensionis auxilio assistere dignaremur. Nos igitur executionem, & debitum effectum constitutionum Apostolicarum desiderantes circunspectionibus vestris, venerabiles Patres, Episcopis & Archiepiscopis, atq, alijs etiam maioribus Pręlatis in virtutæ Sanctę obedientię, & sub interdicti ingressus Ecclesiæ, nec nõ vobis officialibus, Vicarijs, ac Rectoribus, & Vicarijs perpetuis Parochiarum Ecclesiarum ac loca tenentibus, omnibusq; alijs, quos pręmissa quomodolibet concernunt sub excommunicationis maioris latę sententiæ alijsq; censuris, & pœnis arbitrio nostro imponendis, & applicandis districtê pręcipiendo mã

¶ §§ damu

damus, ne dictos Fratres Sancti Francisci dictę Prouinciæ circa audiendas sęcularium prędicationes & confessiones, associationes funeralium, atq; earum rata percipienda contra constitutiones & priuilegia eisdem exponentibus, dictoq; Ordini per Sedem Apostolicam concessa, quouismodo directê, vel indirectè, mediatê, vel immediatê per se, vel per alium, seu alios, aut interpositas personas impedire perturbare, aut inquietare pręsumatis, aut audeatis, seu aliquis vestrum audeat seu pręsumat: contrariis non obstantibus quibuscunq;. Datę Madriti Toletanæ Diœcesis, anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, die vero secunda Mensis Aprilis, Pontificatus eiusdem S. D. N. Papæ, anno tertio.

¶ Camillus Patriarcha Alexandrinus, Nuntius Apostolicus.

Antonius Bolle Abbreuiator.

¶ Hoc trasumptum ex authentico originali propria manu se transcripsisse fatet̃ prædictus Pr̃. Frater Emanuel. Ecceergo qualiter Illustrissimus Nuntius constitutionem in fauorem Mendicantium à Pio. 5. editam

sub

ſub pœna maioris excommunicationis latæ ſententiæ ab Ordinariis in hoc articulo, obſeruari præcipit, & ne quoquo modo illos moleſtent, mandẽt: ne quis per Gregorium decimum tertium reuocatam efficaciter fuiſſe, aut ad ius cõmune redactã credat. Et licet vi prædictum teſtimonium ſatis ſufficiens videatur ad ſatis faciendum in contrarium obiectis: tamen art. 4. q. citatę: Et in Additionibus ad Explicationem Cruciatę. §. 9. num. 30. fol. 87. & num. 37. fol. 93. & 94. [vbi latê hanc diſputat quęſtionem] ad argumenta in oppoſitum reſpõdet. Vbi etiam docet prędictam Clementinam, Dudum, & Extrauagant. Inter cunctas, Benedicti. 11. non reuocari per Concilium Tridentinum, vt docent Cardinalis, Nauarro, Corduba, & Magiſter Soto.

6 ¶ Sextũ dubiũ eſt: An Religioſi Mẽdicãtes pręſentati ſecundum formã Clementinæ Dudũ, poſſint abſoluere ab omnibus caſibus Epiſcopis reſeruatis de iure, & ſpecialiter? Ad hoc reſpondetur, ꝙ licet dubij huius ſolutio ſit manifeſta ex his quæ dubio tertio diximus, nihilominus reſpondemus per dictam Clementinam [Dudum] confeſſoribus

Regularibus non eſſe facultatem conceſſam abſoluendi fideles à caſibus jure Epiſcopo reſeruatis. Hoc probatur per dictam Clementinam vbi ait Clemens. 5. Nolumus poteſtatẽ in hoc illis [ſcilicet Fratribus Prędicatoribus & Minoribus debitê pręſentatis & ab Epiſcopis acceptatis] impendere ampliorem, quam eam, quę Parochialibus Sacerdotibus & Curatis à iure conceſſa eſt. Et Benedictus. 11. in Extrauagant. Inter cũctas de Priuilegijs hoc idem ſtatuerat dicens in. §. Vt autem. Per hoc autem non intendimus ꝙ ſępe dicti Fratres qui ad hoc eligẽtur officium exercendum, plus habeant in audiendis confeſſionibus & pœnitentijs iniungendis : q̃; Parochiales Sacerdotes noſcuntur habere. Sicq; de caſibus Epiſcopis & Superioribus quos inferius ãnotamus ac Sedi Apoſtolicę reſeruatis, ſe nullatenus intromittant. Hæc ibi. In quam ſententiam omnes Doctores [nullo excepto conſpirant. Videat Frater Emanuel. Tom. 1. q. 61. art. 2.

10 ¶ Septimum & maius dubium eſt. An Epiſcopi poſſint reſeruare Fratribus confeſſoribus expoſitis, & acceptatis ſecundum formam prędictę Clementinæ aliquos caſus vltra

tra

vltra illos qui sunt sibi reseruati à iure: sicut potest reseruare multos casus presbyteris Curatis: ita vt seclusis alijs priuilegijs expensa dumtaxat potestate quam à iure communi habent Mendicantes, possint adhuc absoluere ab istis casibus specialiter ab Episcopis reseruatis? De hac re duplex est opinio. Prima, ꝙ sicut potest Episcopus reseruare casus aliquos, quos voluerit. A quibus: nõ possint absoluere Plebani, & Parochiales Sacerdotes, ita potest reseruare sibi aliquos casus, à quibus non possint absoluere Religiosi pręsentati, etiam si tales casus non sint reseruati in jure sed solum ab Episcopo specialiter. Et quod in hac parte confessarij Religiosi expositi approbati non habent maiorem auctoritatem stando in sola illa Clementina Dudum quam ipsi presbyteri Parochiales. Ita sentit Panormitanus, Nauarro, Ledesma, & alij quos citat Pater Emanuel To. 1. q. 61. art. 2. ¶ Secunda, opinio est negatiua, ꝙ Episcopus non potest reseruare Fratribus debite pręsentatis, & acceptatis aliquos casus qui non sunt sibi à iure reseruati. Hanc tenent Panormitanus reuocans priorẽ sententiam, Diuus Antonius, Syluester, An-

Angelus, Tabiena, & Armilla, & est communis Thomistarum & aliorum Doctorum opinio, vt Syluester & alij testantur, qui constanter affirmant se iure & absq; vllo conscientiæ scrupulo hanc opinionem esse practicandam & seruandam. Quã etiam tanquã probabiliorem & omnino securam, vt dicit noster Frater Pater Emanuel ipse sequitur. Et inter alias & efficaces quas ad hoc probandum adducit rationes, tertio loco corroborat & cõfirmat. Quia Papa in prædicta facultate non habuit respectum ad constitutiones Episcoporum, quæ secundum temporum diuersitatem & varia loca variantur, & reuocantur. Tum etiam, quando Pontifex in dicta Clementina hanc potestatem Mendicantibus fecit, Episcopi plures alios casus sibi reseruatos habebant. Et confirmatur ex illa Extrauaganti. Inter cunctas de Priuilegiis, in qua Extrauaganti plures casus Episcopis ex consuetudine erant reseruati quàm ibi à Papa approbantur. Sed hæc, quorsum obsecro? quando plura extant Mendicantium priuilegia quibus non solum à cassibus Episcopis reseruatis, sed etiam Sũmo Pontifici, absoluere possunt, vt patuit supra

ſupra, verbo, Abſolutio, & Capitula Prouincialia, & infra, hoc titulo, in Concluſionibus. Multa enim & varia ad hoc ſunt Mendicantium priuilegia.

11 ¶ Octauum dubium eſt: Approbatus in vno Epiſcopatu ad audiendas confeſſiones, an poſſit virtute Bullę Cruciatę in alio Epiſcopatu eligi in confeſſarium, abſq; noua approbatione huius Epiſcopatus? Verbi gratia: an pęnitens Archiepiſcopatus Mexicanenſis qui hic Mexici confiteri vult, poſſit virtute dictę Bullę eligi in confeſſarium approbatum per Ordinarium de Tlaxcalla hic exiſtētem, non tamen per Mexicanenſem approbatum, nec reprobatum? De hac difficultate duplex eſt opinio. Prima affirmatiua, videlicet, ꝙ confeſſor approbatus ab vno Ordinario virtute Bullæ poſſit eligi in confeſſarium in alio Epiſcopatu, licet ab Ordinario huius Epiſcopatus non ſit approbatus: ita quòd approbatio vnius Ordinarij ſufficiat, vt eligi quis poſſit in Confeſſarium virtute Bullæ, in quibuſcunque aliis Epiſcopatibus, abſq; alia approbatione. Hanc ſententiam tuentur, & de-

& defendunt grauissimi Doctores in primis Doctissimus Pater Frater Ildephonsus de Noreña, & pater Magister à Veracruce in suis Compendiis Indicis ver. Confessor, & Pater Magister Bartholomeus à Medina, & Magister Frater Ioannes de Guenara, & Pater Gaspar de Vzeda Sacrę Theologię pręlector in illustri Conuentu Sancti Francisci Salmanticensis. ¶ Secunda opinio est negatiua videlicet Confessarium approbatum ab vno Ordinario, non posse eligi etiam virtutę Bullę, in alio Episcopatu in Cõfessarium vbi non sit approbatus ab illius Ordinario. Huius sententię primarium auctorem se prędicat Doctissimus Ioãnes Gutierrez in suis Cononicis quęstionibus lib. 1. cap. 27. quẽ sequitur noster Fr. Emanuel in Explicatione Cruciatę. §. 9. num. 5. & in Additionibus ad dictam Cruciatam §. 9. num. 12. &. 13. videatur ibi. Huius sententię ratio potissima est quia facultas concessa à Bulla eligendi cõfessarium quemcunque presbyterum sęcularem vel regularem, ex approbatis per Ordinarium, intelligi debet per Ordinarium illius loci vbi pœnitens confessarium eligere vult, vt illic confiteatur, vt reddeantur singula

gula singulis. Et hoc primo, nam inquam plurimis iuris Canonici partibus, & capitibus Sacri Concilii Tridentini, fit mētio simpliciter Ordinarij, & nihilominus certissimū est intelligendum fore de Ordinario loci nec vllus vnquam dubitauit, nec dubitare potest de hoc, quià in dubio Ordinarius loci est, qui aliquid facere debet, nō vero Ordinarius alterius loci. Solis enim Apostolis vniuersum terrarum Orbem ad prędicandum suum Euāgelium & salutiferis pręceptis imbuendum Dominus Iesus tradidit, iuxta illud Marci vltimo. Euntes in vniuersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturę. Et Lucę. 10. Missit discipulos suos binos āte faciem suam, in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipse venturus. Et ad Apostolos, Ioannis 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisseritis peccata remissa erunt, & quorum retinueritis, retenta erūt: quilibet enim principatum habuit à Deo sibi decretum magnæ Prouincię vel Regni, vt refert Chassaneus in Cathalogo glorię mundi. 3. par. cōsideratione. 29. & . 30. vbi Principatum & Prouinciam vniuscuiusq; commemorat. Nihilominus ex traditione Ecclesię habemus ꝙ Apostoli post

passio

passionem Domini, diuiserunt sibi per sortes omnes Prouincias, & vnusquisq; ibat ad prędicandum Euangelium Christi in Prouinciã quæ sibi sorte obtigerat, vt auctor est Nicephorus in Histor. Ecclesiast. lib. 3. cap. 1. in prin. & Eusebius Cęsariens. Episcopus lib. 3. Hist. Ecclesс. cap. 1. & Socrates lib. 1 Hist. Ecclesiasticę cap. 15. & tamen non legimus, quod vnus in Prouincia alterius prædicaret, nec se intromitteret [præter Paulum] quamuis possent, ac valerent: omnes enim Apostoli erant, ac fuerunt vniuersales Pontifices totius Orbis, eandẽq; potestatem habebãt [sub Petro tamen] in vniuersum mũdum, quamuis non habuerint successores in eandem, prçter Diuum Petrum cui, suisque successoribus tantum, nomine Ecclesiæ data est eadem potestas, iuxta illud Matthe. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam, &c. Et tu es pastor ouium, Princeps Apostolorum, tibi tradidit Deus omnia regna mundi, & ideo traditæ sunt tibi claues Regni cœlorum. &c. Quamuis enim Dominus Noster Iesus Christus omnibus Apostolis in communi claues dederit, vt habetur Ioannis. 20. & Matthe. 18.

Simi

Similiter omnibus discipulis præcepit prędicare Marci. vlt. & Matth. vlt. soli tamen Petro fuit dictum, Pasce oues meas, eo ꝙ ipse fuit Prę latus Apostolorum, Petro enim primo Pontificatus in Ecclesia Christi datus est, vt constat ex verbis Domini prędictis. Tu es Petrus, &c. hic ergo ligandi soluendiq; potestatem primus accepit à Domino, primusq; ad fidem populum suę prędicationis virtute adduxit, verboque instituit: cęteri vero Apostoli cum eodem pari consortio honorem & potestatem acceperunt, ipsumq, Principem eorum esse voluerunt, qui etiam iubente Domino in toto Orbe terrarum dispersi, Euangelium prędicauerunt.

12 ¶ Nonum dubium est: Vtrum pręsentatio hęc Regularium in vno Episcopatu sufficiat pro omnibus Episcopatibus, ita ꝙ pręsentatus in vno Episcopatu non indigeat pręsentari, & approbari in aliis vt idoneus censeatur confessarius? Noster Doctissimus Pater Frater Antonius de Corduba Prouinciç Castellę olim Minister Prouincialis in Annotationibus ad Compendium ver. Absolutio, quo ad sęculares. §. 16. refert opinio

opinionem Collectoris recensentis concessionem Clementis. 7. & opinātis, quod sit stricte intelligenda sic, quod confessor semel pręsentatus non teneatur iterum in eadem Diœcesi se pręsentare & censeatur pręsentatus in eadem Diœcesi. Verum ipse Frater Antonius dicendum esse putat, vt dicit quidam primo, in materia priuilegiorum satis eruditus & fidedignus, quod debeat intelligi late sic, scilicet, ꝙ confessor semel debite pręsentatus, non tenetur amplius se pręsentare in eadem Diœcesi, nec in alia quacunq; ad quam se trāstulerit ad morandum ad tempus vel in perpetuum: sed quod iam censetur semper & vbiq; debite præsentatus. Et ratio est, quia intentio impetrantis hanc concesſionem fuit talis [vt ipsemet impetrator dixit] & intentio Papę concedentis conformatur intentioni impetrantis, nisi aliunde sit dolus, vt est communis practica Iuristarum. Sed re vera ex Concilio Tridentino Sess. 23. cap. 13. statuit neminem etiam regularem posse audire sęcularium confessiones, nisi ab Episcopis; & Ordinariis locorum approbationē obtineat priuilegiis & consuetudine quacunq; etiam immemorabili non obstantibus. Quę verba

verba non sufficere cuiuscunq; Episcopi ap
probationem sed Episcoporum Diœcesium,
vbi confessiones audiuntur manifeste desig-
nant: prout communiter Doctores intelli-
gunt. Neq, Clementina Dudum iam sępius
repetita in fauorem Prędicatorum & Mino-
rum aliquod circa hoc continet priuilegium
quod iuris communis naturam induat & sor
ciatur. Nam licet ibi à Summo Pontifice Cle
mente. 5. Concilio Vienensi præsidente ip-
sis Fratribus iurisdictio concedatur nolenti
bus Episcopis eos sine causa admittere & pro
expositis habere: non tamen ipsis conceditur
iurisdictio pro aliis Diœcesibus, in quibus
non sunt approbati. Et confirmatur hęc sen
tentia ex eadem Clementina, vbi Fratribus
Prædicatoribus & Minoribus iurisdictio cō
ceditur ad modum Curatorum atqui cum ipsi
Curati ouium alterius Diœcesis minime pos
sint confessiones audire: perspicuum est ne
q; Fratres hoc posse sine licencia & approba
tione Ordinariorum locorum in quibus cō
fessiones audiunt. Hanc sententiam tuetur
Nauarrus in Inchiridione cap. 27. nu. 265.
Et noster Emanuel Tom. 1. q. 59. art. 4.

13 ¶ Decimum dubium est, Vtrum pręsen

tatio

tatio & approbatio perpetua competens Prę dicatoribus, & Minoribus ratione prædictę Clementinę, & Extrauagantis Inter cunctas aliarum Religionum confessariis concedat? Noster Emanuel. q. citata art. 6. duo circa hanc difficultatem asserit. Primum, ꝙ cum dicta Clementina respectu aliorum Religiosorum sit priuilegium,& in Concilio Tridẽtino priuilegia, & consuetudines in contrarium reuocent [vt præcedẽti dubio diximus] nolentibus Episcopis admittere & approbare [etiam sine causa] confessores aliorũ Ordinum, non habentur pro pręsentatis & approbatis, nec habẽt actualem iurisdictionem ad audiendas confessiones sęcularium, ad imponendas pęnitentias salutares, neq; ad absoluendum à peccatis : sicut Fratres Prędicatores & Minores eiusmodi facultates habẽt eo ipso quo debitè pręsentati Episcopis sine causa respuuntur & non admittuntur. Sed Pater Doctor Henriquez. Tom. 1. lib. 6. & 3. de Pęnitentia cap. 6. num. 4. expresse docet eiusmodi præsentationem & approbationem perpetuam [si Fratres sine causa nõ admittãtur] omnibus Religiosis esse cõmunem & generalem, quod his verbis docet. Si E pis-

Episcopus viros plane idoneos & doctos Regulares Ordinum Mēdicantium reijceret ex maleuolentia & sine causa, cum sint à Pręlato suo legitime pręsentati, habent in Religionis fauorem, ipso iure à Papa Clement. 5. in Clementina Dudum. de Sepult. approbationem & iurisdictionem : quia in proposito licētia legitime petita [si iniustê negetur] censetur concessa ipso iure : per Clementinā Dudum. §. Si vero. Etiam post Tridētinum. Nauarro, cap. 27. num. 262. Palacios. dist. 17. q. 7. Medina, Nauarro iunior, & alij. Hęc ille. Et in Glossa dicit hanc opinionem cōmunem esse apud Doctores Salmanticenses, & Complutenses. Nec Clementem. 5. in Clementina Dudum de Sepulturis reuocasse simpliciter Extrauagantem Inter cunctas [vt putant Cardinalis & Paulus] sed in eo tantum, vt teneantur pręsentari Episcopo vni : manere autem, quia illo Episcopo mortuo, vel amoto, non tenentur præsentari successori. De qua re videatur Frater Emanuel allegatus ab Henrico in Expositione Bullæ. §. 9. nu. 32. &. 33. & in Additionibus etiam. Secūdo dicit noster Frater Pater Emanuel, ꝙ constitutio Pij quinti, determinans confessores

Regu

Regulares, etiam Ordinum Mendicantium semel ab vno Episcopo approbatos ab eodẽ Episcopo, sine iustissima causa non posse reprobari, at posse à successore eorum iuridictio suspendi, licet non habeat locum in confessoribus Ordinum Prædicatorum & Minorum, habet tamen locum in confessoribus aliarum Religionum. Probat primum ex iure communi in Extrauaganti Intercunctas de Priuilegiis per quam approbationis perpetuitas conuenit ipsis Fratribus Prædicatoribus & Minoribus. Quæ Apostolica constitutio non solum non reuocatur per Clementinam Dudum, vt supra visum est, verũ etiã approbatur: cum nihil circa hoc innouet, licet innouet quoad alia ibi contenta. Secundum probat. Nam præsentatio & approbatio perpetua concessa aliis Religiosis [prę̨ter Prædicatores & Minores] respectu ipsorum est tantum priuilegium & in dicta constitutione Pii. 5. priuilegia tantum reuocantur. Henricus vero loco citato num. 6. vniuersaliter docet Regularem non excipiendo hunc vel illum semel approbatum non posse sine causa reprobari ab eodem Episcopo, cum exemptus ipso iure in fauorem Religionis habeat

beat à Papa iurisdictionem, & confirmatio nem approbationis per Episcopum factę: id q; in foro conscientię, quod non est contra Concilium Tridentinum, & ideo non reuoca tur per illud: videatur ibi, nam multa & no tanda dicit, & pręcipue in glossa.

14 ¶ Vndecimum dubium est. An Ordinarij Regularium Confessariorum approbationem possint restringere ad certum locum, tempus & personas? Doctor Henriquez. Tom. 1. lib. 6. &. 3. de Pœnitentię Sacramento cap. 6. num. 8. dicit. Sęcularis Sacerdos non habet iurisdictionem extra villam aut oppì dum sibi expressê designatum. Sed si Episco pus ita regularem Sacerdotem Mendicantem restringeret ad certum oppidum, & prohibe ret audire fœminas, aut moniales, dicunt vì ri docti, quod rationabiliter est interpretan dus, ita vt restrictio locum habeat quantum ad iurisdictionem ab Episcopo delegatam, quandoquidem non potest impedire, aut re- stringere amplissimam iurisdictionem, quam regularibus Mendicantibus, si modo sunt ab Episcopo semel approbati, à Sede Apostoli ca habent: prout pro terra, & pro mari con cessit Gregorius. 13. Societati Iesu, anno Do

¶§§§ mini

mini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, de qua in superioribus iam egimus mentionem. Ita tenet Henriquez. Ac proinde ait, quod virtute dicti priuilegij Episcopi impedire non possunt [non obstante Cõcilio Tridentino] quod confessarij Regulares Mendicantes dum iter agunt per loca, vbi non adest Episcopus, quamuis per dies morentur in vno aut alio loco, non habeãt prædictam iurisdictionem, & vbiq; sint eo modo idonei. Sicut neq; Episcopus infrau dem & odium Regularium potest his reseruare plures casus, quam Parochis reseruat, vt esset nimis excessus reseruationis. Non enim in hoc casu tenentur obedire in ea restrictione, & limitatione, prout tradunt Soto, Ledesma, Syluester, Palacios, Felicianus. Sed Pater Emanuel art. 8. q. citatę eiusmodi opinionem Henrici Henriquez libẽter reciperet, in casu quo, sine causa Episcopi dictas limitationes faciunt. Nam Clementina & sacri Canones eas cum causa solum facere posse, testantur. Tunc autem sine causa eas facere censebuntur, quãdo cum omnibus Regularibus generaliter, sine diferẽtia ita se habuerint, approbationes tantum annua

annuales eis indulgentes ad confessiones virorum eos tantum approbantes. Si vero cũ causa, atq; iusta, Regularium approbatio limĩtetur ipsam limitationem omnino seruandã esse docet Angelus ver. Confessor. 4. nu. 25. Nam si Domini Episcopi possũt ex causa pręsentatos omnino repellere: poterunt vtiq; a fortiori ex causa limitare, coarctare, & taxare huiusmodi approbationem: ita vt sit approbatus ad certum locum, quia est insufficiens ad alia, vbi maior scientia & experientia requiritur: & sit approbatus ad confitendos viros & non mulieres, propter defectum prouectæ ętatis. Et art. 9. dicit nullum Prouincialem posse renuntiare iuri omnibus confessariis sui Ordinis concesso, videlicet vt non habeant iurisdictionem immediatam à Papa, & quod semel approbati, velint vt possint ab eodem Episcopo iterum approbari. Et probatur ex cap. Cum tempore, de Arbit. Vbi dicitur, quod exemptus non potest renuntiare exẽptionem, sine licentia Papæ. Et periculum est in rebus diuinis cedere iuri suo, Cap. Quam periculosum. 7. q. 1. Et arti. 10. dicit quod lectores graduati Religio-

¶ §§§ 2 num

gradnati Religionum pręter Religiones Prędicatorum, & Minorum tenentur se coram Ordinariis pręsentare & ab ipsis approbationem obtinere. Ratio est, quia Fratribus aliorum Ordinum communicatur ex priuilegio facultas Clementinę Dudum, & Priuilegia & consuetudines immemoriales in dicta constitutione & in Concilio Tridentino tolluntur. Neq; obstat, ꝙ dicit Concilium vel aliàs idoneus iudicetur vel reputetur, nã ex dictis verbis non summitur efficax argumentum ad credendum Regulares Episcoporum examini non esse summittendos, nam nõ tantum dicit vel aliàs idoneus iudicetur sed etiam, & approbationem quę gratis detur obtineat. Quę verba plane designant non sufficere iudicium idoneitatis, nisi etiam approbatio Episcoporum ipsam idoneitatem calificantium concurrat. Verum quo ad Fratres Prędicatores & Minores dicit, ꝙ cum ipsi ratione iuris communis in Clementina Dudum expressì sine causa ab Episcopis reprobati & reiectì possint præsentari iuxta formam ipsius iuris facere omnia illa, ac si essēt admissi, quod priuilegium siue ius commune non est abrogatum per Concilium Tridē

tinum

détinũm neq; ipsis Fratribus reuocatum, & presupponatur nullam esse causam, ratione cuius reijciantur vel non admittantur, liquido constat predictos Fratres Predicatores inquã & Minores eo ipso, ꝙ presentati non admittantur per Sedem Apostolicam approbari & idoneos confessores in tali Episcopatu effici & iudicari à Sede Apostolica à qua accipiunt eiusmodi potestatem, & facultatem audiendi confessiones. Quam tantam credit Marcus Antonius Cuquus, vt dicat, ꝙ licet aliarum Religionum confessarij habeant ad absoluendum iurisdictionem delegatam, cõfessarij tamen Ordinum Predicatorum & Minorum [presentati & approbati iuxta terminos Clemẽtine] habent iurisdictionem ordinariam. Illi ergo confessarij, qui possunt ab Episcopis iterum examinari, approbari, & reprobari, sunt illi, qui à iure nõ habent idoneitatem, non autem confessarij Ordinum Predicatorum & Minorum, qui à iure habẽt, quorum approbatio perpetua est: de quo Pater Emanuel, art. 4. q. 59. dicit tandem nõ modicam Regularibus graduatis irrogari iniuriam si reppellantur. Cui occurrit Summus Pontifex Clemens, 5. impredicta Clemen

mentina Dudum concedens ſua conſtitutio
ne, vt ſine cauſa eiecti pro præſentatis &
approbatis habeantur: & eandemmet habe-
re iuriſdictionem, quam ſi admitterentur ſta
tim conſequerentur.

15 ¶ Vltimum dubium eſt, de Confeſſori-
bus Neophytorum, vtrum in eorum præſenta
tione ſit ſeruanda forma prædicta in Conci-
lio Vienẽſi, & Tridentino pręcepta, vt fiant
confeſſores cum approbatione & aſſenſu E-
piſcoporum Diœceſis? &c. Ad hoc reſpon
deo, ꝙ Capitula Prouincialia Ordinum Mẽ
dicãtium in Prouinciis Indiarum maris Oc
ceani poſſunt cõmunicare & committere ſuis
Fratribus, vt poſſint prędicare, & confeſſio
nes audire, & officium Parochi exercere, Ma
trimonia celebrare, & cętera Sacramenta In
ſulanis miniſtrare in ſuis monaſteriis, & in
locis ſibi aſſignatis, & aſſignandis: de ſuorũ
Superiorum licentia in capitulis Prouincia-
libus obtenta Ordinariorum locorum, vel a-
liorum quorũuis licentia minime requiſita.
Ita conceſſit Pius Papa. 5. ad petitionem Re
gis Philippi. 2. in Bulla, quę incipit: Pius Pa
pa. 5. Chariſsime in Chriſto fili noſter ſalu
tem & Apoſtolicam benedictionem. Ex po

ni

ni nobis nuper fecit tua maiestas Regia. &c. Et hæc Bulla non est hactenus derogata, & ita viget, & manet in suo robore & firmitate, estq; in obseruantia viridi. Hæc autem auctoritas solum intelligitur quantum ad Insulanos & Neophytos: quia solum pro illis concessa est: & ità tenent pater Alphonsus à Noreña & Pater Magister à Veracruce, & alij Doctissimi viri, & ita obseruatur in hac Noua Hispania.

¶ MODO STATVVNTVR CON *clusiones de varia, & multiplici confessorum Mēdicantium debite præsentatorum auctoritate per Summos Pontifices illis concessa.*

1 ¶ Prima conclusio, seu primum priuilegium Fratrum Mendicantium. Fratres Mēdicantes debite expositi & præsentati possunt audire confessiones sęcularium vndecūq; venientium in Diœcesi in qua sunt expositi, ea auctoritate, quam habent ab Episcopo in cuius Diœcesi existunt. Ita habetur in Supplemento folio. 96. Concessione .325.

2 ¶ Secunda conclusio, Fratres Mendicantes auctoritatem habent audiendi in confessionibus omnes quarumcunq; Diœcesum, & in illis extraneos ac forenses absoluendi etiam à casibus quos Diœcesani locorum in quibus Fratres ad hoc deputati fuerint duxerint committendos. Nicolaus.5. sic concessit Fratribus Minoribus Obseruantię : vt patet in Compendio ver. Absolutio, quo ad sęculares. 1. num. 7. & sequentibus, & hoc idẽ confirmauit Leo. 10.

3 ¶ Tertia conclusio, seu tertium priuilegium. Fratres Mendicantes debitè pręsentati vel gratiosè ab Ordinariis in confessores acceptati, possunt extra Diœcesim subditos illorum audire sicut possunt Curati de iure. Hoc cõcessit Sixtus.4. Fratribus Minoribus, quo priuilegio gaudent cęteri Mendicantes. Ex Compendio, vbi supra, num. 9.

¶ Hoc idem concessit Vrbanus. 4. Fratribus Carmelitis. Et Paulus. 3. Fratribus Societatis ab Ordinario approbatis, vt existẽtes in Dięcesibus vbi sunt approbati, possint quorumcunq; fidelium ad eos recurrentium confessiones audire, & absoluere à reseruatis etiam Papę exceptis casibus contentis in

Bulla

Bulla Cœnę Domini.

4 ¶ Quarta conclusio. Confessores debitê pręsentati & acceptati ab Ordinariis possunt audire in illo Episcopatu vbi sunt præsentati confessiones omnium fidelium vndecunq; venientium: & illos absoluere ab omnibus casibus, illis exceptis propter quos Sedes Apostolica merito esset consulenda. Vide Armillã. ver. Absolutio. §. 22. 23. &. 25.

5 ¶ Quinta conclusio. Confessores Ordinum Mendicantium acceptati ab Ordinariis in confessores sęcularium, dato non fuissent acceptati secundum formam Clementinę Dudum, habent omnes gratias & priuilegia in audientia confessionum ac si essent pręsentati secundum formam Clementinę Dudum de Sepult. Tabiena ver. Absolutio. 1. §. 34. se vidisse authenticam hanc concessionem testatur. Vnde Pater Noreña, & Pater Magister à Veracruce aduertunt, ꝙ quando Fratres vel Pręlati petunt aliquam gratiam ab Episcopis, ꝙ semper petant sibi concedi in nomine dignitatis, & vsq; ad beneplacitum sedis: quia talis gratia taliter concessa, est de iure perpetua, vt habetur in cap. Si gratiose, de Rescriptis in Sexto. Et Sylu. ver. Con-

fessor

Confessor.1. §. 7. Nauarro cap. 27. nu.264. Immo non potest illam auctoritatem datam postea tollere sine causa rationabili, vt iam dictum est. Quia ius cui Episcopus est subditus mandat, quod sit perpetua, vt patet allegato cap. Si gratiose, & est regula. Beneficium Principis decet esse permansurum, de Regulis iuris in. 6. Vbi Glossa dicit, quòd decet, importat necessitatem in inferioribus Papæ.

6 ¶ Sexta conclusio. Fratres Mendicātes debite præsentati & à suis Superioribus expositi & deputati ad audiendas confessiones sæcularium, possunt absoluere omnes Christi fideles in locis vbi sunt expositi, ab ōnibus & singulis peccatis: præterq̄; Sedi Apostolicæ dumtaxat reseruatis. Nec non eis [pœnitentia & satisfactione iniunctis] quoties oportuerit absoluere ab omnibus & singulis peccatis: prēterq̄; Sedi Apostolicæ dumtaxat reseruatis. Nec non à quibuscunq; suspensionum: excommunicationum, interdicti sententiis: aliisq; Ecclesiasticis censuris & pœnis, quas [à iure vel ab homine latis: satisfactione iniuncta] incurrisse, quomodolibet censebuntur. Insuper & vota omnia permuta-

re: ac in omnibus & singulis casibus: etiam [Ordinariis, aut per Synodale, vel Prouinciales constitutiones reseruatis] cum eis dispẽsare, preter eas censuras & pœnas, vota & casus de quibus esset merito Sedes Apostolica consulenda. Eisq; ac omnibus qui ad prefatos Mendicantes ob huiusmodi deuotionem recurrerint, Eucharistie Sacramẽtum ministrare valent. Hoc concessit Eugenius. 4. Monachis Sancti Benedicti per Italiam constitutis, de specialis dono gratie, in fauorem obseruantie regularis, ex Compendio, ver. Absolutio quo ad seculares. 2. num. 19. Et hoc priuilegio gaudent Mendicantes debite expositi per communicationem priuilegiorum, quam habent cum Ordinibus Mẽdicantibus & non Mendicantibus.

¶ Hoc est maximum & singulare priuilegium: per quod possunt primo eiusmodi confessarij Mendicantes absoluere ab omnibus peccatis & censuris, à quibus possunt Episcopi, vel Ordinarij locorum absoluere etiã si illa peccata vel censure reseruentur Episcopis per Synodales. l. aliàs quomodolibet. Est tamen caute, & prudenter hoc priuilegio

vtē

vtendum in commodum & salutem animarum, & non in dissolutionem vel in scandalum proximorum, aut Episcoporum. Itaq; meminisse debent confessarij illius Apostolici documenti. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licēt, sed non omnia ędificant. Multoties enim expedit vt Religiosi non vtantur hac auctoritate, sed in casibus reseruatis Episcopis exhibeant se difficiles & remittāt fideles ad suos Ordinarios vt sic cautius viuant, & timeant talia crimina committere, quoniam facilitas venię incentiuum prębet delinquendi.

¶ Secundo possunt Mendicantes [& eorum priuilegiis gaudētes] commutare vota extraneorum ad se pro confessione recurrentium. Circa quod aduertendum ex Patre Emanuele Tom. 1. qq. q. 60. art. 6. quod licet prędicti confessores commutare valeant vota extraneorum, hoc est aliarum Diœcesum in quibus non sunt pręsentati ad se pro confessione recurrentium: non tamen in his possunt dispensare quia licet ipsis Fratribus cō cedatur vt possint dispensare in casibus reseruatis: appelatione tamen casus minime vota reseruata Episcopis comprehenduntur

iuxta

iuxta doctrinam Armillę ver. Caffus, num. 1. quem ſequitur Nauarrus in Manuali cap. 27. num. 252. Vt autem hęc & quę ſequuntur faciliius intelligātur aduertendum eſt ex doc tiſsimo Nauarro in Enchiridione cap. 12. num. 63. diſpenſationem, commutationem & irritationem inter ſe differre. Nam irrita tio non aliam cauſam expoſtulat, quam vo lūtatem illius, qui ad irritandum habet fa- cultatem. Diſpenſatio vero, cauſam iuſtam & rationabilē requirit: quia qui habet auc toritatem diſpenſandi, poterit omnino votū relaxare abſque eo, quod loco voti aliquid iniūgat vouenti, & tunc tam vouens, quàm qui diſpenſat manent in conſcientia ſecuri. Commutatio autem, vel redemptio voti exi git, vt id in quod votum eſt commutandum, redimendum ve, ęque bonum ſit, aut melius, quam id quod vouit, tunc autem ęque bo- num exigitur, tunc vero melius requiritur, quando ſine aliqua cauſa ſed ſolum ex mera voluntate eſt faciēda commutatio, iuxta mē tem omnium, quam optime Cardinalis Ca- ietanus explicuit. Vnde infertur, eum qui ha bet poteſtatem ad diſpenſandum & commu tandum, poſſe partim diſpenſando, partim vero

vero commutando relaxare votum ſine cauſa omnino iuſta, ad votum ipſum omnino relaxandum, imponendo aliquid loco eiuſdem vouenti, licet minus ſit eo, quod vouit. Ex dictis autem Armillæ & Nauarri duo inferri ait predictus auctor. Primo infertur, ꝙ confeſſores debitê preſentati poſſint diſpenſare in omnibus votis, in quibus poſſunt Epiſcopi, exceptis votis peregrinationum vltra duas dietas: ſicut habetur in Compendio ver. Abſolutio quo ad ſeculares. 2.nu.12. hoc tamen non poſſunt efficere cum extraneis illarum Diœceſum, in quibus non ſunt præſentati, licet confeſſiones ipſorum audire poſſent. Hoc enim non eſt ita neceſſarium, ſicut receptio Sacramentorum neceſſariorum. Infertur ſecundo, quod licet presbyteri Societatis Ieſu auditis confeſsionibus omnium ad ipſos accendentium, poſsint eorum vota pro tempore emiſſa [vltramarinis, viſitationis liminum Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum de Vrbe, ac Sancti Iacobi in Compoſtella, nec non Religionis & Caſtitatis votis dũtaxat exceptis] in alia pietatis opera commutare, non tamen poterunt in ipſis votis diſpenſare cum his, qui ad eos recurrũt ex alie

nis

nis Diœcesibus, vbi neque sunt presentati, neque approbati. Tum, quia illis, quibus committitur commutare, non committitur dispensare. Tum, quia dispensatio votorum & commutatio non potest fieri ab Episcopis cum exteris, qui ad suas Diœceses accedunt, iuxta dicta in superioribus. Vnde concessa facultate ipsis presbyteris ad predicta vota commutanda, cum sit præter ius respectu votorum exterorum, non debet illud extendi ad ipsorum dispensationem. Paulus enim. 3. Romæ apud Sanctum Petrum die. 3. Iulij anni Domini. 1545. Pontificatus sui anno. 2. Presbyteris confessoribus Societatis concessit facultatem quorumcunq; fidelium ad eos accedentium confessiones audire, & eorum singulos ab omnibus & singulis eorum peccatis quantumcunq; granibus etiam Sedi Apostolicæ reseruatis exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini potestatem absoluendi, atq, eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungendi, vt supra visum est. Nec non vota quæcunq; per eos pro tempore emissa [vltramarinis, visitationis liminum beatorum Petri & Pauli Apostolorum de Vrbe, ac Sancti Iacobi in

Sancti Iacobi in Compostella, nec non Religionis & Castitatis votis dumtaxat exceptis] in alia pietatis opera commutandi, &c. Doctor Henriquez To. 1. lib. 7. de Indulgẽtiis cap. 28. nu. 4. hanc concessionem sic explicat. Huic confessario, scilicet regulari debite presentato, & ab Ordinario acceptato preter absolutionem à peccatis & censuris conceditur, commutare in rem fere equalem vota omnia, excepto voto vltramarino, idest in subsidium terre sancte, & B. Petri & Pauli in Vrbe. S. Iacobi, in Compostella, Castitatis & Religionis, secũdo extẽdit hec facultas ad commutanda similia iuramenta, que principaliter fiunt Deo, non tamen si id cedat in preiudicium tertij: commutat vota etiam iurata, que ex duplici vinculo sunt firmiora. Nec cẽsetur preiudicium tertij, si quis voueat aut iuret Deo dare calicem huic monasterio, potest enim excommutatione Episcopi dare alteri monasterio, aut pio operi. Nauar. cap. 12. nu. 78. & multi Doct. quia hinc nõ est quesitum ius monasterio, sed Deo & potest Dei Vicarius moderare restitutionẽ Deo debitam, non ita debitam homini. Palud. 4. distinct. 15. q. 5. colum. 2.

¶Et

¶ Et Sixtus. 4. concessit Fratribus Ordinis Minimorum auctoritatē confessiones audiendi, & ab omnibus casibus excommunicationis, suspensionis, interdicti, ac super quacunq; irregularitate Ordinario [tam à iure quàm ab homine] reseruatis, totiens quotiens opus fuerit, absoluendi, & dispensandi, ac vota quęcunq; permutandi, & relaxandi & pœnitentiam salutarem iniungendi, sicut potest Diœcesanus. Ex Compēdio, ver. Absolutio, quo ad sęculares. 1. §. 20. & in Cō pendio Archiepiscopi num. 19. ¶ Circa quam concessionem est aduertendum, ꝙ licet Collector Compendij dubitet eiusmodi auctoritatem extendi etiam, ad sęcularium vota. Nihilominus tamen tenendum est, prędictam facultatem ad sęculares etiam & eorum vota extendi & protrahi, vt patet ex Iulij. 2. concessione, quę habetur in Supplemē to. fol. 11. concessione. 36. De qua re videatur noster Emanuel in Explicatione Cruciatę §. 9. num. 140. 141. &. 142. Et in Additionibus ad. §. 9. num. 120. fol. 169. Videatur etiam Henricus, loco pręallegato, num. 5. vbì hanc refert Sixti. 4. concessionem, per quā Pręlatus Minimorum [seu qui communicat

illorum priuilegiis] ita potest perseipsum suos, aut externos ab occultis casibus absoluere, dispensareq; in irregularitate, sicut potest Episcopus circa Clericos, & laicos sibi subiectos. Et quidem quando esset dubium, an talis potestas ad dispensandum, & cõmutandum vota, ad sęcularium vota, etiam extenderetur, illud est certum, hanc auctoritatem habere Mendicantes ex Bulla Pauli. 3. iam relata. Videatur Frater Emanuel, Tom. 1. qq. regul. q. 61. art. 3.

¶ Tertio possunt Mendicantes [per prædictum Eugenij. 4. indultum, Fratribus Benedictinis concessum] omnibus fidelibus ad se recurrentibus Eucharistię Sacramẽtum ministrare. Circa quam concessionem, & præcedentem dubitatur Vtrum confessores Regulares potentes confiteri omnes, [etiam aliarum Dięcesum] ad se recurrentes, possint vti hac auctoritate extra sua monasteria existentes, illisq. Eucharistiæ Sacramentum ministrare. Hanc difficultatem mouet noster Emanuel. 1. Tom. qq. regular. q. 60. art. 7. Et in Additionibus ad Cruciatam. §. 9. nu. 121. fol. 171. pag. 2. Pro cuius explicatione diffe-

ren-

tentiam quæ versatur inter exemptionem datam ratione loci, & inter datam ratione personę considerari debere, dicit. Iuxta quam Panormitanus in cap. Tuarum, de Priuileg. dicit, ꝙ quando exemptio datur ratione loci, puta Ecclesię, vel monasterij, virtute eius extra talem locum vel monasterium non potest vti exemptione. Quādo vero datur exēptio ratione personę, & non loci, vbicunque, tali exemptione vti potest: priuilegium enim personale sequitur personam. Et sic priuilegium concessum personis ratione loci, non extenditur vltra locum: quia censetur potius reale, quàm personale, vt notat Panormitanus, in. c. Cum Capella. de Priuileg. secus in exemptione ratione personę.

¶ Ex his infero primo, ꝙ cum priuilegia concessa confessoribus regularibus pro pœnitentibus ad se vndique accedentibus, non concedantur ratione monasteriorum, sed ratione suarum personarum [vt ex eorum litera satis patet] extra sua monasteria, possunt vti vbicunque, voluerint dictis priuilegiis.

¶ Secundo infertur, quod confessores, & quilibet alij Religiosi Sacerdotes Mendicantes possunt Sacramentum Eucharistiæ ministrare

niſtrare vbicunq; extra ſua Monaſteria : quia hoc eſt priuilegium perſonale ſequens ipſos vbicunque fuerint, prout ſupra in quęſtione de communione Euchariſtię ſatis diximus.

¶ Tertiò infertur, ꝙ priuilegia conceſſa Fratribus tempore interdicti ad celebrandũ officia diuina, non habent locum, niſi in ſuis monaſteriis, iuxta eorum conceſſiones. Hęc autem reſponſio quantum ad primam partem confirmatur, primo ex conceſſione Fratribus Minimis facta à Iulio. 2. prout habetur in Supplemento fol. 11. conceſſione. 36. In qua conceſſit, ꝙ Patres Minimi quarumcunque perſonarum, tam Religioſorum, quam Eccleſiaſticorũ & ſęcularium vbilibet audire poſſint confeſſiones, & illis auditis perſonas ipſas, & earum quamlibet iuxta formam & tenorem priuilegij per Sixtum. 4. Ordini Minimorum huiusmodi, ac illius perſonis, & Fratribus dudum conceſsi & confirmati abſoluere, ac pœnitentiam ſalutarem illis iniungere valeant. Secundo confirmatur per Motum proprium Pij. 5. Etſi Mendicantium Ordines. &c. Romę apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicę. 1567. 17. Calendas Iulij, Pontificatus ſui anno ſecundo,

vbi

vbi dicit. Quod vero in Sessione. 23. cap. 15. circa confessiones à regularibus non audiendas statuitur, hoc etiam dictorum Ordinũ Fratres, à prefatis suis Generalibus, vel Ministris Prouincialibus ad audiendas confessiones vtriusq; sexus Christi fidelium approbatos [vt præmittitur] minime comprehendat: ita vt à confessionibus audiendis, tam intra eorum Ecclesias, & domos, quàm extra minime prohibeantur, super hoc literas felicis recordationis Pauli Papę. 4. etiam prædecessoris nostri, concedentes eisdem Fratribus Mendicantibus regularis obseruãtię posse confessiones sęcularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, & monasteria sua, & vbilibet audire, approbando & de nouo concedendo.

7 ¶ Septima conclusio. Confessarij Mendicantes [si sint viri docti & iuxta formam Concilij Tridentini approbati] possunt ex commissione Prouincialis dispensare [in foro conscientię] ad petendum debitum cũ his qui consanguineum vel consanguineam sui coniugis post Matrimonium carnaliter cognouerunt. Probatur ex viuę vocis Oraculo, Pij. 5. facto [die. 27. Septembris anni Do-

Domini. 1569. Fratri Ioanni de Aguilera Procuratori Romano. Per quod concessit q ministri Prouinciales possint committere viris Religiosis & doctis,ac iuxta Concilij Tridentini decretum approbatis,auctoritatē dispensandi, cū viris, seu mulieribus incestuosis, qui carnaliter peccauerunt, cum consanguineis alterius coniugis intra quartum gradum : ad hoc quod possint petere debitum, & hoc in foro conscientię tantum. Habetur authēticum in Archiuo Sancti Augustini de Mexico, & etiam in conuentu Sancti Francisci. ¶ Circa quod illud obseruandum est [ex quo multi forsan scrupuli rescindētur] nempè, q hodie si coniux rem habeat cum consanguinea, vel consanguineo alterius cōiugis, vltra primum & secundum gradum, putà in tertio, vel quarto, sicut in vlteriori, non erit dispensatio vlla necessaria ad exigendum debitum à proprio cōiuge, cuius cōsanguineam, vel consanguineum, post suum Matrimonium consummatum, vel ratum tantum, carnaliter cognouerit: nam cum impedimentum ex illicita copula contractū in tertio, vel quarto gradu, ad matrimonia contrahenda, iam sit sublatum à Sacro Concilio Triden

Tridentino Seff. 24. cap. 4. de Reformatione Matrimonij, ac libere in illis gradibus matrimonium contrahi possit, & præterea etiam incestus non committatur: consequitur manifestê, quod ex hac copula illicita vnius coniugis cum consanguinea, vel consanguineo alterius coniugis, non orietur impedimẽtum aliquod affinitatis inter prędictos coniuges; ac proinde matrimonio cõtracto vti poterunt à fortiori, & non erit necessaria dispensatio. Superest igitur, vt in primo & secundo gradibus tantum ea opus sit. Ita tenent viri doctissimi, in primis Doctissimus Pr̃ Magister à Veracruce in suo Speculo coniugiorum art. 21. de impedimento affinitatis, & Frater Emanuel in Explicatione Cruciatę. §. 9. nu. 143. Et. 1. p. Sũmę cap. 223. cõcl. 3. nu. 4. Et. 1. To qq. q. 63. art. 1. Doctissimus Ioãnes Gutierrez lib. 1. Canonicarum. qq. ca. 23. circa finẽ. Nauarro lib. 4. Consiliorũ de Consanguinitate, & affinit Cõsilio. 3. nu. 3. &. 4. Candelabrum aureũ. 1. p. Tit. de Affinitate, nu. 209. Et ita consulti te nuerũt Magistri Salmãticenses & Cõplutẽses & eandẽ opinionẽ sequunt̃ Guerrero Archiepiscopus Granatensis, & Blancus Archiepiscopus

copus Compostellę. Et est communis, & indubita sententia.

8 ¶ Octaua conclusio. Confessarius Regularis [approbatus ad audiendas confessiones sęcularium, iuxta formam Concilij Tridẽtini] ex commissione sui Prouincialis potest dispensare cum his qui post votum simplex castitatis matrimonium contraxerunt ad petendum debitum, & hoc inforo conscientiæ. Probatur ex viuę vocis Oraculo Pij. 5. facto Patri Fratri Ioanni de Aguilera Commissario Romano, die. 26. Octobris anni Domini 1569. per quod concessit Ministris Prouincialibus Ordinis Minorum, vt possint committere confessoribus approbatis [iuxta Cõcilij Tridẽtini decretum] auctoritatem dispẽsandi cum his qui ante matrimonium vouerunt castitatem, vt licite possint petere debitum, & hoc in foro conscientię tantum. Habetur authenticum in conuentu Sancti Augustini de Mexico, & in Archiuo Sancti Francisci. ¶ Circa hanc concessionem tria aduertit noster Emanuel Tom. 1. qq regul. q. 63.art. 2. Primum, ꝙ ille qui post votum castitatis matrimonium contraxit, non potest ab vxore sua debitum petere licet possit red

dere

dere vt communis tenet opinio. Secundum, ꝙ licet Episcopus possit dispensare cum coniugatis, qui post matrimonium contractum consensu vtriusq; cõtinentiam promisserũt, vt scilicet possint petere debitum: non tamẽ Fratres Mendicantes possunt dispensare in hoc casu. Quia facultas hęc pro illis tantum impetrata fuit qui ante matrimonium contractum votum simplex castitatis emisserũt: non tamen pro illis qui post contractum matrimonium votum continentię fecerunt, prout etiam ãnotauit in Summa. 1. Tom. cap. 238. conclus. 14. pag. 680. Sed saluo semper meliori iudicio, ego credo Fratres Mendicantes confessarios habentes auctoritatem à suis superioribus Prouincialibus posse dispensare in eiusmodi votis quomodocunq; Episcopo reseruatis. Ex concessione Eugenij. 4. & Martini. 5. Fratribus Benedictinis facta prout hr̃. in Cõpen. ver. Absolu. quoad sęcul. 2. §. 16. Et doctissimus Nauarro in Enchiridione, cap. 12. num. 79. refert concessionem nobis factam ab Innocentio. 8. [qua etiam gaudent Fratres Prędicatores, & qui priuilegiorum nostri Ordinis sunt participes] & habetur in Compendio ver. Absolutio quo

ad sęculares. 2. num. 12. in Compendio Archiepiscopi num. 11. concessit ergo confessariis rite pręsentatis ex Ordine Fratrum Minorum, vt possint in omnibus votis dispensare in quibus possunt Episcopi, pręterquam in voto peregrinationis vltra duas dietas. Et confirmatur ex Henrico, To. 1. lib. 7. de Indulgentiis, cap. 28. num. 6. vbi dicit. Cõfessarius regularis generaliter dispensat cum externis dum causa subest, non tantum in voto peregrinationis citra duas dietas [seu. 14. leucas] sed in omni voto Episcopis reseruato. Ex Compendio Claudij Prępositi Generalis, ver. Dispensatio. §. 10. &c. Tertio ait Pater Emanuel confessarios debere aduertere illis cum quibus dispensarunt, vt possint petere debitum [nõ obstante voto castitatis, quod ante matrimonium contractum emisserunt] vt mortuo cõiuge, illum qui votum emissit cum sua remanere obligatione, quam ante matrimonium contractum habebat, videlicet quod non potest contrahere matrimonium sine peccato, & post contractum minime potest debitum petere, sine noua dispensatione Episcopi, aut confessoris Ordinum Mendicantium ab Ordinario approbati, & a suo

à suo Prouinciali ad hoc specialiter deputa ti. Et quarto ꝙ causa legitima ad dispensan dum in huiusmodi votis, erit, quando coniu ges non possunt se continere.

9 ¶ Nona conclusio. Confessarius regularis ab Ordinario approbatus & designatus per suum Generalem [licet non sit gradu Academię in signitus] potest aperire literas Sacrę pęnitētiarię destinatas magistris in Theologia, vel in Iure Canonico Doctoribus, & auditis confessionibus recurrentium ad ipsum imposita illis pœnitentia in literis expressa, vel de iure infligēda, eos absoluere, ac in foro cōscientię quascunq; sibi verbo, vel scripto commissas absolutiones, dispensatio nes, & pęnitentiarum iniunctiones excipere, & exequi. Sic fuit concessum per Greg. 13. Fratribus Societatis. Vt refertur in eorum Compendio, verbo, Cōfessarius. §. 3. Quo priuilegio gaudent cęteri Mendicantes à suis Generalibus designati. Qui in eiusmodi designatione tenentur esse maxime circunspecti, ne tantum negotium [nisi doctis & expertis confessariis] committant. De quo videatur noster Frater Pater Emanuel in sua Summa.

¶ Deci-

10 ¶ Decima conclusio· Sixtus. 4. concessit Fratribus Minoribus prȩsentibus & futuris tam Professis q̃; Nouitiis qui tamen habent propositum profitendi [& per cõsequẽs omnibus Mẽdicantibus] vt quilibet eorum possit semel eligere cõfessorem Ordinis sui, qui audita eorum confessione dispenset cum eis in omnibus irregularitatibus: homicidio volũtario & mutilatione membri semper exceptis. &c. Et hoc bis: semel in vita, & semel in morte. Ex Compendio priuilegiorum ver. Absolutio extraordinaria quoad Fratres, nu. 5. Hanc concessionem supra retulimus ver. Absoluere & Absolutio. §. 34. fol. 155. ¶ Circa hanc concessionem aduertit Collector Compendij Mendicantium, ꝙ licet Sixtus. 4. non excipit in ea irregularitatem ex bigamia prouenientem, tamen pro excepta debet sẽper haberi: quia est grauior reliquis ad dispensandum: & quia idem Sixtus. 4. in quodã indulto [facto Prælatis Ordinis Minimorum ad dispensandum cum Fratribus] excepit bigamiam: prout habetur in eiusdem Ordinis Monumentis. In. 1. impres. fol. 61. & in. 2. fol. 144. concess. 252. Vnde cum Prȩlatis ad dispensandum cũ bi-

gamis

gamis negat facultatem, credendum est à fortiori eam confessariis in hac concessione negasse. ¶ Doctissimi Patres Frater Alphõsus de Noreña, & Magister à Veracruce in suis Compendiis ver. Dispensare, notant concessionem hanc singularem esse, & nullibi reperiri similem ad hoc vt confessor possit dispensare cum fratre in irregularitate contracta, ex eo ꝙ excommunicatus celebrauit diuina, vel ordines sacros recepit, vel homicidium casuale fecit. Vbi notandum verbum illud casuale, vt per ipsum intelligas omne homicidium non ex proposito factum. Vt cũ morit̃ infirmus quia frater in latus reuoluit, vel aquam bona fide dedit. &c. Non sunt hęc homicidium voluntarium, quia non ex proposito fiunt. Vide Caietanum, verbo, Homicidium, & ver. Irregularitas. Et sic virtute huius priuilegij potest Prior & Guardianus, & confessor dispensare cum fratre eiusdem Ordinis, licet sit alterius conuentus. De quo vide quę supra diximus verbo, Absoluere. §. 3. fol. 121. ¶ Verum amplior multo & extensior est facultas concessa Ordini Sancti Hieronymi in Hispania per q̃; cuilibet Mendicantium semel in vita in foro cõscien

cientiæ dispensari potest à confessario per su periorem deputato super irregularitate quacunq; occasione contracta. Ex Compendio Societatis, ver. Dispensatio. § 6. vbi dicitur eiusmodi concessionem desumptam fuisse ex libro Priuilegiorum dicti Ordinis. Tit. 12. fol. 36. Collector Compendij Societatis aduertit primo hanc concessionem & facultatem communicari omnibus Superioribus, & aliis Confessariis, quibus ipsi eam commiserint, preterquam in Bigamia, in morte, in mēbrorum obtruncatione, & enormi sanguinis effussione: quę Preposito Generali reseruantur. Verum noster Emanuel, To. 1. q 62. art. 13. Notat & optimê, Collectorem loqui secundum suę Societatis constitutiones, & literas Apostolicas, quibus usum priuilegiorum potest Generalis limitare. At in aliis Religionibus [vbi Generales dicta concessione minime vtuntur] quemlibet confessarium per Superiorem deputatum posse in his dispensare in foro conscientię. Sed quod non debēt Prælati hoc committere nisi viris doctis & circunspectis. Secundo aduertit Collector, ꝙ per Concilium Tridentinum videtur sublata facultas confessariis dispensandi in irregu

Irregularitate proveniente ex homicidio voluntario, sed ꝙ possumus in foro conscientię, vti hoc modo, cum in foro conscientiæ sint nostra priuilegia contraria Concilio Tridentino iam à Pio Quinto reualidata. Sed noster Fr̃ Emanuel [vbi supra] putat hoc priuilegium non derogari per Concilium: cum tantum loquatur de Episcopis, quibus non committit dispensationem irregularitatis homicidij voluntarij. Nos autem hic loquimur de Prelatìs regularibus, qui erga suos subditos maiorem habent auctoritatem, quam Episcopi.

¶ Deinde nota, ꝙ in Compendio Societatis ver. Dispensatio. §. 1. & in Compendio Claudij Præpositi Generalis, ver. Prælatus. §. 3. dicitur. Præpositum Generalem per se vel per alios confessores Societatis[quibus prępositi Generales duxerint committẽdum] posse cum sibi subditis dispẽsare super irregularitate, si quãdo incurrerint eo ꝙ excommunicati, aut suspensi, aut interdicti, aut in loco interdicto diuina officia celebrauerint: aut Ordines susceperint, nisi excessus dispensandorum sit adeò grauis, vt ad Sedem Apostolicã sit remittendus. Circa quã

con

concessioñe Doctor Henriquez To. 1. lib. 7. de Indulg. ca. 28. lit. l. in Glossa annotat, ꝙ licet Claudius Pręposítus Generalis Societatis restringat hanc concessionem, vt videlicet Pręposítus seu Minister Generalis dispẽset cum subdito tantum Regulari, nihilominus extendi etiam eiusmodi dispensandi auctoritatem ad externos & non subditos pęnitentes, ex Sixti. 4. concessione. Qua praxi vtuntur Minimi Romę, & habetur in eorum priuilegiis fol. 127. vt Episcopus etiã per Tridentinum Concilium Sessione. 24. ca. 6. Dispensat [quoties opus est] in irregularitate ex delicto occulto prouenìente. Vide supra Conclusione. 6.

11 ¶ Vndecima conclusio. Omnes confessores Ordinum Mẽdicantium dispensare possunt cum sęcularibus super quacunq; irregularitate Ordinario reseruata. Sic enim concessit Sixtus. 4. Fratribus Minimis, & postea Iulius. 2. confirmauit & de nouo concessit, vt habetur in eorum Marimagno impresso. Nec oportet fluctuare [dicunt Pater Noreña, & pater Magister à Veracruce ver. Dispensare, Conclusione. 8.] ex scrupulis Auctoris Compendij Absolutio. 1. quo ad sę-

culares

sęculares concessione. 20.

¶ Sed dubium est. An extēdenda sit hęc concessio ad irregularitates super quibus modo Episcopis conceditur in Concilio Tridē tino [Sessione. 24. cap. 6] posse dispensare in foro conscientię. Quid sentiat Doctor Henriquez circa hanc difficultatem, visum est iam in fine pręcedentis conclusionis. Prędicti autem Patres illis esse quam probabilē partem affirmatiuam dicunt. Quia illę irregularitates Concilij Tridētini, Sessione dicta, sunt iam Episcopis reseruatę: cum ipsi soli posint super eis dispensare sicut absoluere ab excommunicationibus iuris eisdem reseruatis, &c. Sed Pius. 5. post cōcilium Tridentinum concessit nobis hoc priuilegium Sixti. 4. & Iulij. 2. ac si de verbo ad verbū insereretur in dicto Motu proprio. Et hoc priuilegium Sixti. 4. & Iulij. 2. concedit nobis absolutionem ab omnibus censuris, & super quacunq; irregularitate Ordinario reseruatis dispensationem posse dare. Negatiuam vero partem probabiliorem credunt. Quia cum priuilegium hoc clare non dicat & ex verbis generalibus non est inferendū absurdum, scilicet, ꝙ confessores simplices

¶ §§§§§ [quorum

[quorum non est numerus in Ordinibus Mē dicantibus] possint absoluere pęnitentes, & cum eis dispensare in tam arduis casibus sicut Episcopi: quibus ob singularem eorum prudentiam hęc conceduntur eisdem. Nec obstat, quod ęqualia conceduntur per Bullam Cruciatę, & per Iubileum: quia hęc non semper sed bis, vel semel in vita, & semel in morte. Et quidem noster Emanuel in Explicatione Cruciatę. §. 9. nu. 135. dicit, ꝙ cū post Concilium Tridentinum Episcopi habeant in casibus in Concilio relatis iurisdictionem ordinariam iure speciali [sicut habebant olim antequam Papa sibi eos casus reseruasset] hi casus Tridentini non censentur iam nunc Episcopales: quia Episcopis speciali iure ob personę industriam, & auctoritatem conceduntur. Quare in his nihil possūt regulares cōfessarij, quibus ex priuilegio conceduntur casus Episcopales.

¶ Hoc idem docet. To. 1 Questionū. Regularium. q. 61. art. 9. Vbi etiam similiter docet, ꝙ cum Episcopus iure speciali ex tacita cōmissione Papę dispenset in voto continentię, cum vrget periculum in impedimento occulto matrimonij contracti, quando non potest

test haberi recursus ad Papam, & scandalum maximum esset si hoc ab aliquibus sciretur: in eo casu, nihil possunt confessarij regulares. Episcopi enim in his casibus iure speciali presumpto dispensant: & sic predicti casus non sunt casus Episcopales, ipsis confessariis priuilegiatis concessi. Vnde dicti confessores nonpossunt absoluere à predictis casibus in foro conscientię sęculares virtute Concilij Tridentini, & suorum priuilegiorum, cum ipsi casus competant Episcopis [vt dictum est] iurespeciali.

¶ Et quęstione. 63. arti. 6. dicit, ꝙ aliqua sunt vota reseruata Sedi Apostolicę, in quibus aliquando Episcopi possunt dispensare, vrgente necessitate id postulante, & interueniente impotentia morali, ratione cuius faciliter ad Summum Pontificem, aut eius habentem autoritatem non potest haberi accessus, vt post Syluestrum, tenent Soto Nauarrus & Frater Antonius à Corduba. lib. 1. quęst. Et hoc modo possunt dispensare in voto simplici continentię, quando est periculum, & sine scandalo ad Papam non potest haberi recursus. In hoc tamen, & in alijs votis Papę reseruatis non possunt commutare, &

dispensare Mendicantes confessarij. Licet enim possint commutare & dispensare in omnibus votis Episcopo reseruatis, hoc intelligitur de votis reseruatis Episcopo iure communi, & ordinario: non tamen de votis ipsi reseruatis iure speciali, in quibus videtur electa industria personæ, iuxta ea, quæ tradunt Abbas, & Felinus, & Alphonsus de Azeuedo. In his enim votis, ne iugum Christi & Ecclesiæ durum videatur, ex benignitate quadam sequentem Sacros Canones, hoc Episcopo Doctores concesserunt, de eorum prudentia & solertia confidentes. Et sic ad confessores [de quorum solertia & iudicio non tãtum confidunt] noluerunt prędictam facultatem, & alias similes extendi.

13 ¶ Duodecima conclusio. Dicti confessores Ordinum Mendicantium possunt dispensare cum sęcularibus super quibuscunq; votis. Hoc enim concessit Sixtus. 4. & Iulius. 2. Fratribus Minimis, vt habetur in Marimagno Prædicatorum Romę impresso. Nam concessit Sixtus. 4. ꝗ possint permutare & relaxare quæcunq; vota: ergo & dispensare. Probatur, quia relaxare iuramentum, est tollere tam vinculum quàm materiam eius: ergo

ergo relaxatio voti erit hoc idem. Patet q[a] dispensare super votum nihil aliud est, quàm tollere vinculum & materiam eius, vt dicit Caietanus, ver. Votum: ergo qui concedit potestatem ad relaxanda vota, concedit potestatē super ea dispensandi. Et aduerte, ꝙ postquam Sixtus. 4. concessit potestatem permutandi vota: addidit potestatem etiam relaxandi: vt aliud intelligas nomine permutationis, & aliud nomine relaxationis cap. Hisq; de Excessibus Prælatorum cap. Ac si Clerici de adulteriis. Ex Patribus Noreña, & à Veracruce in suis compendiis, verbo Dispensare, concl.9. vbi etiam referunt Leonis. 10. concessionem factā Fratribus confratriȩ Rosarij dicentibus qualibet septimana. 150. Aue Maria, &. 15. Pater noster, quod possit confessor Ordinis Prȩdicatorum in festo Incarnationis Christi, Purificationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatis Beatȩ Virginis, & in die Resurrectionis Christi, & in tribus diebus prȩcedentibus dictas festiuitates relaxare quodcunq; iuramentum sine prȩiudicio partis.

14 ¶ Tertia decima conclusio. Possunt confessarij regulares per Generalem Ministrum

deputati dispensare cum Neophytis super voto castitatis [non tamen soléni] ex rationabili legitimaq; causa. Sic concessit Gregorius. 13. ad decennium quarta die Nouembris anni Domini, 1579. et postea Gregorius. 14. die 21. Septembris anni Domini. 1591. extendit ad alios viginti annos, videlicet vsque ad diem. 21. Septembris, anni, 1611.

¶ Circa hanc concessionem aduertendum est, q̃ Auctor Compendij Indici Societatis. §. 4 hanc concessionẽ valde extẽdit his verbis. Possunt presbyteri Societatis, per Generalem Prępositum in India Orientali deputandi, existente rationabili, & legitima causa, dispensare in foro conscientię cum quibusuis, super voto castitatis non solemni. Admonentur tamen nostri à Summo Pontifice, ne hac facultate vtantur, nisi vbi expedire existimauerint, super quo eorum conscientię onerantur. Gregorius. 13. ad decennium. 4. die Nouembris anni Domini. 1579. vt est in literis Apostolicis manuscriptis pagina, 57.

¶ Hac facultate vti poterunt Prouinciales, & ¶. Superiores, aut professi, quibus ipsi eam commiserint: ea tamen non vtentur

in ijs locis, vbi fuerint Episcopi, nisi ipsi dispensare nolint : aut incommodum aliquod euenturum credatur, si ij, cum quibus dispensandum videtur, ad Episcopos pro dispensatione recurrant. Hęc ille.

Quem sequutus Doctissimus Pater Alfonsus à Veracruce hanc concessionem magnam esse asserit, & nunquam aliàs datam. Atque ita eodem fere modo in suo Compendio.ver. Dispensare, post conclusionem. 9. refert. Sed re vera[vt constat ex literis Gregorij. 13. & confirmatione Gregorij. 14.] ad solos Neophytos extenditur eiusmodi dispensandi facultas super voto castitatis, his verbis. Per alias vero literas die. 4. Nouembris millesimi quingentesimi septuagesimi noni Pontificatus sui anno.8. eidem Generali,a nis que per ipsum ex dicta Societate deputandis, vt cum Neophytis, aliisque ad fidem reductis ex rationabili & legitima causa super voto castitatis non tamen solemni dispēsandi. Ex quibus verbis manifestum apparet confessores Ordinum Mendicantium per hanc facultatem dispensare non posse cum quibusuis personis super voto castitatis : sed tantum cum Neophytis & recenter ad fidem conuersis.

15 ¶ Quarta decima conclusio. Ex Compendio Indico Societatis, verbo, Dispensatio num. 6. Possunt nostri, à Prępositio Generali, etiam per alios ad id electi, dispensare [gratis tamen] cum Neophytis vtriusq, Indiæ in quibuscunque iure diuino prohibitis consanguinitatis gradibus, vel alias coniunctis aut se attinentibus, vt impedimentis huiusmodi non obstãtibus: matrimonium inter se contrahere, & solẽnizare, seu si iam scienter cõtraxerint denuo contrahere valeãt: in partibus quidẽ, vbi locorũ Ordinarij de facili adiri possunt, nostri per se in foro conscientię tã tũ, sed perpetuo: Ordinarij vero ipsi in vtroque foro, de consilio tamẽ & assensu nostrorum, tanquã adiutorum & assessorum suorum si nostrorum copia cõmode haberi possit, sed tantum ad annos viginti. In reliquis autem Prouinciis Ordinariorum præsentia destitutis, vel ab eis non minus. 200. millibus passuum remotis, nostri per se in vtroque foro.

¶ Hac in foro conscientiæ vti possunt Prouinciales, & per se, & per alios, quibus eam communicauerint: in foro autem iudiciali, nullus vtetur ea, nisi in ijs locis, ex quibus difficile ad Ordinarios recurri

potest

potest. ¶ Quamuis autem Pontifex, in hac sola dispensandi facultate, addat, gratis faciendã esse: animaduertendũ est tamen idẽ esse in omnibus diligentissime obseruandũ.

16 ¶ Quinta decima conclusio. Ex eodem Compendio. §. 7. Concessum est presbyteris Societatis, per Generalem Prępositum in India Orientali deputandis, vt dispensare possint in foro conscientię cum ijs omnibus, qui in facie Ecclesię illegitimum matrimonium siue scienter, siue ignoranter, contraxerunt, super quouis occulto impedimento, propter quod, tale matrimonium in conscientia fuerit inualidum, imposita eis pro modo culpæ salutari pœnitentia: dummodo ipsi contrahẽtes sine scandalo separari nequeant, & secreto de nouo contrahant, seruata forma Concilij Tridentini, si id sine scandalo fieri possit: alioqui [super quo eorum conscientiæ onerantur] etiam non seruata. Admonẽtur tamen nostri à Pontifice [onerata ipsorum conscientia] ne vtant hac facultate, nisi vbi expedire existimauerint: & vt dispẽsandos contestentur, vt ab huiusmodi matrimoniis Canonica lege prohibitis abstineant Gregori. 13. ad decennium. 4. die Nouembris anni

anni Domini. 1579. vt est in literis Apostolicis manuscriptis pag. 57. ¶ Hac facultate vti possunt Prouinciales, & ij, quibus ipsi eam communicauerint. In iis tamen locis, in quibus fuerint Episcopi, nullus ea vtetur, nisi Episcopi dispensare nolint: aut incommodum aliquod credatur euenturum, si ab eis huiusmodi dispensatio petatur. Hęc ibi. Hoc idem confirmauit Gregorius. 14. die 21. Septembris, anni Domini. 1591.

¶ Circa has duas concessiones tria sunt aduertenda. Primum, q̃ Fratres Mendicantes eisdem prorsus gaudent facultatibus & indultis. Secundum ex Patre Fratre Alfonso à Veracruce, & etiam ex Patribus Noreña & Focher, q̃ hęc omnia possunt Fratres Mendicantes in Nouo Orbe absque istis limitationibus, dũmodo ad id habeant à suis Superioribus Prouincialibus, Commissariis Generalibus, vel Vicariis Prouincialibus auctoritatem, vt patet ex Bulla Adriani 6. & aliorum Pontificũ, de quo verbo Dispensatio.

Tertio notandum est, q̃ Leo. 10. concessit Fratribus Eremitarum Sancti Augustini per totum Orbem, vt in foro conscientię possint dispensare in primo gradu affinitatis tàm in matri-

matrimoniis contractis, quàm contrahendis; dummodo impedimentum sit secretum & non fuerit in iudicium deductum. Quę concessio refertur à Sanctissimo Martyre Ioanne Roffense in libro, quem edidit de Matrimonio Regis Anglię, Compluti excusso. Et certe Concessio hæc inter omnes quę hac de re possunt exquiri, pręstantissima est. Circa quam vide ea quę supra dixi fol. 97.

17 ¶ Sexta decima conclusio. Confessarii & prędicatores Ordinum Mendicantium secundum formam iuris debite & semel approbati ab aliquo Ordinario quando ipsi, siue in mari, siue in terra iter faciunt, possunt prędicare, & quorumcunque Christi fidelium confessiones audire, non repugnantibus tamen Curatis parochialium Ecclesiarum. Sic concessit Gregorius. 13. die 3. Maii. anni. 1575. Pontificatus sui anno. 3. omnibus & singulis ipsius Societatis prędicatoribus ac confessariis, ab aliquo Ordinario semel approbatis & à suis Superioribus ad huiusmodi munera deputatis, vt videlicet quandocunq, siue mari siue terra iter fecerint populos [non repugnantibus tamen Curatis Parochialium Ecclesiarum]prędica-

catione verbi Dei instruere ac consolari, & quorumcunq; Christi fidelium presertim egrotorum & eorum qui in vinculis detinentur confessiones audire, eisq; pro cõmissis salutares penitentias iniungere: dummodo id non faciant in ipsis oppidis, aut locis, in quibus Ordinarij existunt, nisi eorum licentia desuper obtenta, libere, & licite valeant, eadẽ auctoritate etiam perpetuo de speciali gratia concessit. Circa quam concessionem aduertit noster Emanuel, Tom. 1. qq. q. 59. art. 5. in fine hoc priuilegium communicari omnibus Prædicatoribus & confessariis Ordinum Mendicantium, qui etiam fruuntur & gaudent facultatibus, & indultis Societati Iesu concessis. ¶ Et Eugenius. 4. concessit omnibus cõfessoribus Ordinis Minorum, ꝙ quando non possunt commode se præsentare Episcopis, quia sunt in itinere, vel alibi: & non possunt petere casus Episcopales, eo casu possint plenarie vti auctoritate Episcopali. Ex Compendio, Absolutio quo ad seculares primo. §. 3. Pater Magister à Veracruce in suo Compendio, verbo Confessor. 2. conclusione, notandam esse dicit hanc cõcessionem pro Fratribus qui in Nouo Orbe India

diarum distant ab Episcopis.

18 ¶ Decima septima conclusio. Ex Compendio Indico Societatis verbo, Confessarij §. 1. Confessarij semel approbati à Præposito Generali, vel ab aliquo Episcopo, possunt in vtraq; India confessiones audire, sine alia vlteriori approbatione, vel licentia. Grego. 13. 8. Septembris anni Domini. 1573. ad decennium, quam concessionem postea idem Pontifex extendit ad aliud decennium, finiendum tamen. 11. die Augusti, vt patet ex literis Apostolicis manu scriptis pag. 16. & 39. Hac gaudebunt omnes sic approbati, & à Superioribus, ad audiendas confessiones expositi. Hęc ibi. Quam concessionem Gregorius. 14. die. 21. Septembris anni Domini. 1591. ad alios. 20. annos extendit.

¶ Circa hanc concessionem animaduertendum est, q̄ confessores Indorum ex Ordinibus Mēdicātibus à suis Superioribus electi, & deputati in suis Capitulis Prouincialibus ad Indorum confessiones audiendas, vel etiam extra Capitula Prouincialia, electi per Prouincialem ad id habentem auctoritatem à Capitulo Prouinciali, non indigent pręsentatione; sed neq; approbatione Episcoporum

vt ma

vt manifestum est ex concessione Pij. 5. ad instantiam Regis Philippi. 2. facta, & impetrata. Ait enim Pontifex Ordinariorum locorum, & aliorum quoruncunque licentia minime requisita, liberè & licité valeant scilicet, prędicare, ac confessiones audire de suorum Superiorum licentia, in eorum Capitulis Prouincialibus obtenta. Et Pater Magister à Veracruce in suo Compendio Indico, verb. Pręsentatio confessorum ait. Et quidem quo ad confessores Indorum in Nouo Orbe nulla est requisita pręsentatio [etiam semel] quia sic concessit Pius. 5. vt sine assensu Episcoporum in suo Diffinitorio Prouinciales eligant confessores.

¶ Sed dubium est, vtrum confessarij regulares possint modo in foro conscientię frui pręsentatione & approbatione semel obtẽta? Noster Emanuel. To. 1. qq. Regu. q. 59. art. 7. respondet dicendo, ꝙ hoc dubium mouetur propter quoddam Viuę vocis Oraculum Pij. 5. reualidantis omnia priuilegia concessa Minoribus in foro conscientię, etiam si sint contra Concilium Tridentinum. Vnde cum Regulares semel pręsentati examinati & approbati ab vno Episcopo, non possint ab eius

suc-

successoribus suspendi per priuilegium Clementis. 7. quo concessit, quod confessores Ordinis Minorum semel præsentati alicui Episcopo pro confessionibus audiendis, [vt moris est presentari] post vnam presentationem non teneantur amplius presentari. Quo priuilegio gaudent alij Mendicantes. Videtur dicendũ, quod cũ hoc omnibus Regularibus preter Minores, & Predicatores sit priuilegiũ, & reuocatũ per Con. Tri. & Pium. 5 in sua Cõstitutione in foro conscientiç possunt Religiosi eo cum omnibus priuilegijs [etiam si sint contra Concilium Tridentinũ] modo frui. At pro contraria parte facit. Nam reualidatio supra dicta. Pij 5. fuit facta die 13. Martij, anno Domini millesimo quingẽtesimo sexagesimo sexto, prout refertur in Compendio Societatis, & refert Veracruz in suo Speculo coniugatorum in fine. At videmus posteà eundẽ Pium. 5. in Bulla quç incipit. Romani Pontificis prouidentia, data Romç apud Sanctũ Petrum anno incarnationis Dominicç millesimo quingentesimo septuagesimo primo, octauo idus Augusti, Pontificatus sui anno sexto, voluisse eos Regulares [etiã Mẽdicãtes] qui semel ab Episcopo in ciuitate & Diœcesib9 prçuio exa

mine

mine apptobati fuerint ab eodem Episcopo iterum non examinari. Ab Episcopo autem successore pro maiori conscientię suę quiete examinari de nouo poterunt, non obstãtibus quibuscunq; priuilegiis. Hæc pro vtraque parte adduxi vt difficultas proposita melius explicet̃. Et resolutiue dico, quod possumus modo Mendicantes in foro conscientię, vti omnibus priuilegiis, etiam si per Concilium Tridentinum sint sublata. Et perconsequẽs possumus vti hoc, etiam si supponat̃ per Cõcilium Tridentinum esse reuocatum. Et nõ obstat cõstitutio Pij. 5. allegata. Non enim Pius. 5. mortuo Episcopo approbãte, statim suspendit approbationem, imo supponit post eius mortem valere, & durare, donec à successoribus ipsius suspendatur & reuocetur. Vnde si successores talem suspensionem siue reuocationem minimê opere compleuerint, minime etiam finem accipiet approbatio, do nec approbatus decedat, & moriatur. Deni que est necessarium, ꝙ in foro exteriori fiat dicta suspensio, & reuocatio, qua data non ha bet locum vsus ipsius in foro cõscientię cum forũ conscientię supponat quo ad Ecclesiã & forum exterius nullã adesse prohibitionem.

¶ Iuxta

¶ Iuxta hęc Doctissimi Patres Frater Ilde phonsus de Noreña, & Magister à Veracruce in suis Compendiis, verbo, Confessor Conclusione. 4. huiusmodi statuunt cõclusionem. Frates possunt audire confessiones omnium fidelium sola licentia suorum Prelatorũ [Religiosorum dico] neq; est necesse, ꝙ interueniat Episcopi licentia. Hæc conclusio probatur, quia sic concessit Sixtus. 4. & Iulius. 2. Fratribus Minimis, vt habetur authenticê in suo Marimagno impresso. Et similiter Clemens. 7. anno Domini. 1530. cõcessit Prouinciali Sanctæ Crucis de la Isla Española [& perconsequens omnibus aliis Prouincialibus quarumcunq; Prouinciarum] & Vicario Prouincię [absente Prouinciali] & quibus ipsi specialiter, & expresse commisserint, vt possint omnes fideles pro confessionibus ad eos recurrentes ab omnibus peccatis & censuris, etiam Sedi Apostolicę reseruatis, exceptis de Cęna Domini absoluere, non obstantibus quibuscunq, vide supra, folio. 129. numero. 13.

Sed aduertunt predicti Patres primo, ꝙ istę cõfessiones erũt validę in foro cõsciẽtię tãtũ. Nam in hoc foro dũtaxat, possunt Fratres virtute

¶ §§§§§ tute

cute dictorum priuilegiorum cõfeſſiones ſecularium audire ſine approbatione Epiſcopi pręſentationeq; corã eo facta. Propterquod ſcire oportet, quod per Concilium Tridentinum Seſſ. 23. cap. 15. ablata ſunt iſta priuilegia & omnia, alia quibus poteramus audire confeſſiones ſęcularium ſine licentia vel examine, vel approbatione Epiſcoporum. Intentio enim Concilij [vt ibi dicitur] fuit vt Epiſcopi ſcirent per approbationem debitam, & per examẽ de ſcientia, qualitatem illorum qui ſuarũ ouium confeſſiones erant audituri. Et ſi invenirentur ſufficientes cum benedictione Domini audiant ea auctoritate, & licentia Apoſtolica, quam habent. Poſtea tamen anno. 1566. die. 13. Martij Pius. 5. conceſſit nobis omnia priuilegia, vt eis vti poſſimus etiam quo ad derogata & reſtricta per Concilium Tridentinum: ſed hoc in foro conſcientiæ tãtum, vt diximus, & dicemus etiam verbo, Cõfirmatio priuilegiorũ. Ord. Mẽd. Et ſic vti poterimus ſupradictis priuilegijs Sixti. 4. Iulij. 2. & Clementis. 7. & audire confeſſiones omnium fidelium ſine pręſentatione corã Epiſcopo: ſed hoc in foro conſcientię tantũ, quia ſi redduntur nobis noſtra priuilegia &

vſus

vsus eorum. Aduertunt secundo, ꝙ isti pœnitentes sic absoluti virtute horũ priuilegiorum à Fratribus qui Episcopo non fuerunt presentati nec ab eo habuere licentiam sed à suis Prelatis, satis faciunt precepto confessionis, nec tenentur illa peccata confiteri proprio Parocho : quia sunt vere absoluti coram Deo. Et pro hoc agit Glossa notabilis Extrauagãtis, Sedes Apostolica, de officio delegati, verbo, Singulorum, in fine. Vbi dicit, ꝙ illi qui confitẽtur per literas obtentas à Pape Penitenaiario, in quibus dicitur, ꝙ confiteañt quibus voluerint per triennium, ꝙ nontenẽtur cõfiteri illa peccata Parocho semel in anno : quicquid clamẽt Parochi, quia sic habet consuetudo. Hæc Glossa, & certe quando aliàs confessores sunt noti Parocho & sufficienter docti, &c. Sic deberent velle, & approbare: nam quid amplius queritur? In foro autem exteriori si non vult Parochus huiusmodi cõfessiones pro legitime factis, & pro non confessis habere: bene poterit de iustitie rigore. Nam confessiones ille non sunt facte ab exposito confessore in illo foro. Et tunc penitenti remedium detur, vt confiteatur duo vel aliqua peccata coram exposito cõfessore illo

rum peccatorum quæ alias dixit coram isto fratre, & petat schedulam ab eo, quam suo exhibeat Parocho. Hęc illi Doctissimi viri.

21 ¶ Et idẽ Pater Magister à Veracruce verbo, Pręsentatio Fratrum confessorum, postq; dixerat in Nouo Orbe non esse requisitã præsentationem confessariorum Indorum coram Episcopo etiam semel: ex concessione Pij. 5. statim addit. Quo ad alios Christicolas in Nouo Orbe diligenter omnibus priuilegiis consideratis videtur, ꝙ non sit necessaria præsentatio adhuc semel: quãuis consilium est bonum, vt id fiat sicut & fit, saltim semel in vita quilibet qui de nouo eligitur cõfessor pręsentetur. Videat qui voluerit Expositionem Leonis. 10. & Pauli. 3. & Clementinę Religiosi de priuilegiis. Nec obstat, ꝙ in Concilio Tridentino fuerit facta restrictio circa confessores approbandos à Dięcesano, quia sicut dictum est, post dictũ Concilium priuilegia sunt approbata, & iterum confirmata, & omnis restrictio est ablata, maxime in foro consciẽtiæ. Sed iam iam morti proximus ꝓpria manu ad marginem apposuit. Verum quia res maximi momenti est & dato in foro consciẽtiæ õnia priuilegia sint confirmata ablata omni res-

ni restrictione Concilij Tridentini, quia quę ad confessionem non solum forum interius respiciunt, sed etiam exterius pręsentatio cō fessorum pro antiquis Christianis fieri debet sicut Concilium perscribit, hęc sunt dicta re exacte considerata quamuis aliquando cōtra rium apparuit. Quam sententiam vt securio rem & veriorem amplector, priori relicta opinione.

22 ¶ Decima octaua conclusio, ex Compen dio Societatis, verbo, Indulgentiæ. §. 3. Om nes Christi fideles qui corde contriti fuerint, aut confitendi firmum propositum habuerint ac in honorem & Passionis deuotionem Chri sti, pręces deuote effuderint. & postea idoneo alicui Societatis presbytero, aut Societati Pręposito, vel Generali obedientiam pręstanti, cō fitentur, plenariam indulgentiam semel in vi ta consequantur. Paul. 3. in Viuę vocis Ora culis. fol. 3. A.

¶ Videatur Pater Emanuel in Explicatio ne Cruciatę. §. 9. à numero. 126. vsq; ad nu merum. 145. vbi late explicat auctoritatem Superiorum Mēdicantium erga Fratres suos & Fratrum confessorum erga sęculares pęni tentes. Videatur etiam Doctor Henriquez.

Tom.

Tom. 1. lib. 7. de Indulgentiis, cap. 28. vbi late explicat quid possint Prelati Regulares & confessarij Regulares ab his expositi. Vbi etiam docet priuilegia Mēdicantium [legi equalia que Pontifex declarat esse ample interpretanda in fauorem animarum] nō derogari in anno Iubilei etiam centesimi vt consuetudo interpretatur: nec per Bullas Cruciatæ, in quibus expressê excipiuntur facultates quas Prælati Ordinum Mēdicantium suis Regularibus communicant.

23 ¶ Decima nona conclusio. Archiepiscopi & Episcopi harum Indiarū [& quibus ipsi commiserint] auctoritatem habēt absoluendi omnes, & quoscunq; Indos tam viros q̃; mulieres, ab heresis crimine: & ab aliis quibuscunq; criminibus, excessibus, & casibus reseruatis, tam in foro interiori, quàm exteriori. Sic concessit Gregorius. 13. ad instātiam Catholici Regis Philippi secundi; prout refert in Confessonario Concilij Limensis auctoritate confecto anno Domini. 1583. sub finem, his verbis. Por Bulla de Gregorio. 13. a instancia de la Magestad Catholica, se concede a todos los Arçobispos y Obispos de las Indias, y a las personas a quien ellos en esta

esta parte cometieren sus vezes, que puedan absoluer decrimen de Heregia, y Ydolatria, y otros qualesquier casos reseruados, assi en el fuero de la consciencia, como en, el fuero exterior, à qualesquier Indios hombres y mugeres, y assi mismo a los que fueré nacidos de Indios y Mauras, o de Mauros y Indias: imponiendoles alguna penitécia saludable conforme a su culpa. Y declara su Sanctidad q̄ quāto a esto, no estorua el auer declarado, q̄ por la Bulla de la Cruzada no se concede absoluer de caso de heregia. Por que quanto a los Indios y personas dichas, no se deroga el dicho priuilegio y facultad de poderles absoluer de heregia, y de los demas casos reseruados. Ex literis authenticis Gregorij. 13. Datis. 1. Ianuarij anno. 1583. Fue embiado este breue por el Cōmissario General de la Sancta Cruzada Don Thomas de Salazar. Y añadiose a los Priuilegios vistos por el sancto Cōcilio Prouincial por mandado del Reuerendissimo Metropolitano. Hęc ibi.

¶ Circa hanc concessionem animaduerté dū est ex doctissimo Pr̄e Magistro Alphōso a Veracruce in suo Compendio, verbo, Episcopus, ꝙ Religiosi habent specialia priuilegia, vt

vt possint omnia illa quæ Episcopus in foro pœnitentiæ. Vbi etiam dicit, quod Pius. 5. concessit omnibus Episcopis & Archiepiscopis in Nouo Orbe, vt possint cum omnibus fidelibus dispensare in omni irregularitate: excepta illa quę ex homicidio voluntario extra bellum, & ex Simonia. Et notabis, quod Religiosi habent priuilegia vt id possint, quod Episcopus. Hæc ille. Hoc Breue Pij. 5. asseruatur in Archiuo Ecclesię Regum Limensis, vt refertur in Confessionario Limensi, vbi supra, fol. 15. pag. 2. in fine. Pręcipuum vero ad hanc rem priuilegium illud existimo Adriani 6. ad instantiam Caroli. 5. Imperatoris. Et sic valeat Secunda, hæc animaduersionum annotationum & obseruationum pars, quā Tertia statim Deo dante subsequitur.

¶ Accipe igitur Christiane lector farraginem hanc [sic consulto] in tuā gratiam confectam: & vtinam in Dñi nostri Iesu Christi laudem & gloriam profectum & consolationem animarum, & in obsequium Catholicę Ecclesię, cui me omniaq; mea & subiicio & submitto.

❋ IESVS MARIA FRANCISCVS.

INDEX LOCORVM COMMVNIVM HVIVS SEcundæ Partis.

DE Communicatione Priuilegiorum Ordinum Mendicantium. fol.113.
¶ Abſoluere & abſolutio. fol.120.
¶ Altare. fol.165.
¶ Baptizare. fol.171.pag.2.
¶ Bellum cũ Infidelibus.fol.282.nu.2
¶ Benedicere. fol.230.pag.2.
¶ Bulla Cęnę. fol.238.pag.2.
¶ Bulla Cruciatę. fol.248.
¶ Canonica portio. fol.250.
¶ Capitula Prouincialia. fol.253.
¶ Caſus reſeruati. fo.262.pag.2.
¶ Commiſſarij Generales apud Indos

residentes. fol.280.pag.2.
¶ Cummunicatio cum Infidelibus. fol.284.pag.2.
¶ Cummunicare. fol.285.
¶ Cummunicatio priuilegiorum.fol. 300.& sequentibus.

De Mutua & expressa communicatione priuilegiorum vtriusq; Ordinis, scilicet Prędicatorum, & Minorum. *fol.*300.
¶ *De speciali communicatione Ordinis Prędicatorum cum cęteris Mendicantibus.fo.301.pa.2.*
¶ *Cummunicatio cum Monialibus. fol.311 pag.2.*
¶ *Communicatio vtriusq; familię. fol.312.*
¶ *Communicatio expressa Fratrũ Minorum cum cęteris Mendicantibus, & non Mendicantibus fol.312.nu.25.*
¶ *Communicatio pro Augustiniẽsibus.fo.326.p.2.*
¶ *Pro Carmelitis. fol.328.pag.2.*
¶ *Pro Minimis. fol.329.*
¶ *Pro Ordine Seruorum Beatæ Mariæ.fol.329. & 330.*
¶ *Pro Congregatione Iesuatorum Sancti Hieronymi.*

nymi. *fol.330.*

¶ *Pro Fratribus Societatis.* *fol.331.nu.50.*

¶ *De Communicatione priuilegiorum quam habet Ordo Sācti Hieronymi in Hispania. fo.336.p.2*

¶ *De Eximia priuilegiorum communicatione Ordinis Cistercienſis, qua etiam gaudent Mendicantes.* *fol.340.*

¶ *De communicatione priuilegiorum Crucigerorum & Miniſtrantium infirmis &c. fol.343.*

¶ *De Communicatione Monialium.* *fol. 344.*

¶ *Priuilegia quibus Ordines Mendicantes communicant in priuilegijs.* *fol.345.*

COmmutatio. fol.346.

¶ Compoſitio.ibidem. pag.2.

¶ Cōceptio Virginis ĩmaculatę.f.347

¶ Concilium Tridentinum. fol. 350.

¶ Concilium Prouinciale.fo.355.pa.2.

¶ Compendium omnium priuilegiorum conceſſorum Fratribus apud Indos & nouiter conuerſos cōmorantibus. fol.357.pag.2.nu.1.

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM MEMORABILIVM, QVAE *in hac Secunda Parte continentur, iuxta Ordinem Alphabeticum digeſtus.*

A.

ABſoluere poteſt Prælatus Fratres ſuos ab excommunicatione de Cęna Domini. fol.120.pag.1.

¶ Abſoluere non poſſunt Prælati Fratres ſuos à quinque caſibus enormibus. 120. pag. 2. Sunt autem caſus enormes qui ibi referuntur, & fol.130.

¶ Non poſſunt Prælati abſoluere ſuos ſubditos à crimine hæreſis. fol.148.& 149.

¶ Abſoluere poſſunt Epiſcopi Religioſos à crimine hæreſis occultæ. fol.149.pag.1.

¶ Abſoluere poſſunt Epiſcopi ab hęreſi occulta propterquam incurritur ſententia excõmunicationis. fol.149.p.1.& 242. nu.8.

¶ Archiepiſcopi & Epiſcopi Indiarũ(& quib9 ipſi commiſserint)auctoritatẽ habent abſoluendi omnes & quoſcunq; Indos(tam viros quàm mulieres)ab hæreſis crimine & alijs quibuſcunque criminibus, tàm inforo interiori quàm exteriori. fol.442.num.23.

¶ Eandem auctoritatem habent Prouinciales Ordinum Mendicantium, & quibus ipſi cõmiſserint per Omnimodã Adria.6.Fratribus Mẽdicantib9 conceſsã. Vide in Elencho. 1. par.ver. Abſolucion y Abſoluer. ſub finem.

¶ Vices habentes Prçlatorum abſoluere poſſunt(ſicut & ipſi)à caſib9 reſeruatis. 120.p.2

¶ Abſoluere poſſunt Guardiani & Priores ſecundum Papam Martinum. 5. ſuos Fratres ab omni excommunicatione, etiam de Cęna Domini. 121.pag.1.2.

¶ Abſoluere poſſunt Prouinciales & eorum vices & licentiam habentes,Religioſos & eorum Ordinem intrare volentes, ab omnibus peccatis & cenſuris. fol. 122.pag.1.2.

¶ Abſoluere poſſunt Prouinciales in vtroque foro Fratres ſuos conuerſioni Indorum deputatos ab omni cenſura, etiam de Cęna Domini

mini. fol.123.pag.1.

¶ Absoluere possunt Prælati subditos suos à casibus de Cęna Domini. fol.247.pag.1.2

¶ Absoluere possunt Prælati Superiores, suos Fratres ab omnibus casibus & censuris,& cum eis dispensare in irregularitate contracta,eo quòd suspensi,aut interdicti celebrauerint. fol.265.pag.2.

¶ Absoluere potest Guardianus vel Prior ab excommunicatione pro violenta manuum injectione,quando per diem naturalem Prouincialis pręsentia haberi nõ potest. fo.266.p.1

¶ Absoluere potest Prælatus etiam inuitum subditum ab excommunicatione sine pręuia dispositione, quòd non potest confessarius. fol. 278.pag.1.

¶ Per Bullam Cruciatæ Guardiani & Priores possunt absoluere sibi subditos ab omnibus peccatis,& dispensare in irregularitatibus. fol.272.pag.2.

¶ Absoluere possunt confessores Ordinis Prędicatorũ omnes fideles ab omnibus peccatis & censuris,exceptis contentis in Bulla Cœnę Domini. fol.125.pag,2.

¶ Ab-

¶ Absoluere á casibus reseruatis Episcopis se compescant Fratres, quando resultat in eorum scandalum. fol.127.pag.2.

¶ Confessores Ordinum habentes auctoritatem a Prouinciali possunt absoluere a casibus Episcopis reseruatis. fol.128.pag.1.

¶ Absoluere possunt Fratres Societatis Iesu omnes Christianos existentes in terris Infidelium, vbi non potest adiri Sedes Apostolica, ab omnibus casibus etiam de Cęna Domini. fol.150.pag.1.

¶ Secundum Focher in his partibus absoluere possunt Fratres Mendicantes omnes sæculares ab omnibus peccatis & censuris, etiam de Cęna Domini. fol.151.pag.2.excepta hęresi. fol.130.pag.2.

¶ Absoluere possunt Fratres Ordinum secundum Focher omnes sęculares & Indos ab õni censura, & excommunicatione, quando non est notoria. fol.152.pag.1.

¶ Absoluere possunt confessores regulares per virtutem Cruciatę, & priuilegiorum: ab excõmunicatione, satisfacta parte. fo.153.p.1.2.

¶ Non possunt Prælati regulares, neque dispen-

pensare cum suis subditis simoniacis in Ordine, neq; eos absoluere, secundum Emanuelem. fol.161.pag.1.

¶ Possunt Prelati Superiores virtute priuilegij Adriani.6.suos subditos deputatos Infidelium conuersioni, & Neophytorum manutentioni absoluere ab excommunicatione, & suspensione, quę incurritur ratione Simoniæ in Ordinis vel beneficij susceptione. fo 162.p.1

¶ Absoluere possunt Prouinciales Indiarum suos Fratres conuersioni, & instructioni Indorum deputatos ab omni censura, etiam de Cęna Domini. fol.162.pag.2.

¶ Absoluere potest confessor (semel in vita) à casibus contentis in Bulla de Cęna Domini, per Bullam Societatis Corrigię S. Augustini, & per Bullam confraternitatis Sanctissimi Sacramenti. fol.239.pag.2.

¶ Absoluere possunt per Bullã Cruciatæ Priores & Guardiani sibi subditos à casibus reseruatis. fol.272.pag.2.

¶ Absolui possunt sęculares per Fratres ab õnibus peccatis sententijs, & censuris, exceptis contentis in Cœna Domini. fo.125.pa.2.

Ab-

¶ Absolui possunt Pręlati Ordinum Mendicantiũ, ac simul absoluere Fratres suos ab omnibus peccatis & censuris. fol.120.pag.1.

Absolui possunt Indi, & in eorum conuersione occupati ab omni censura in vtroque foro, etiam de Cęna Domini. fol.130.pag.2. 131.1.

¶ Potest Pręlatus à subdito sibi electo in confessorem absolui ab excõmunicatione, quam incurrit per iniectionem manuum in subditum. fol.154.pag.2.

¶ Possunt Fratres se inuicem percutientes ab excommunicatione absoluere: si ibi non sit alius Frater, qui eos absoluat. fol.155.pag.1.

¶ Absolui possunt Fratres (& Nouitij profitendi habentes propositum) semel in vita, ab omnibus peccatis & casibus. fol.155.pag.2.

¶ Absolui possunt Sorores. S.Clarę, Tertiarij, & eorum seruitores, semel in vita ab omnibus peccatis & casibus. fol.155.pag.2.

¶ Possunt Episcopi absoluere ab hęresi occulta, etiam absentes. fol.245.pag.2.

¶ Absolui possunt Religiosi secundum aliquos per Bullã Cruciatę à casibus reseruatis suis Su-

Superioribus. fol.248.pag.1.2.
¶ Absolui possunt Fratres ab omnibus excommunicationibus & censuris Ecclesiasticis. fol.253.pag.1.
¶ Quicunque Fratrer habuerit auctoritatem passiuam, absolui potest à quocunque confessore Ordinis. fol.266.pag.2.
¶ Nullus debet à quocunque peccato absolui: nisi prius absoluatur ab excommunicatione. fol.272.pag.2.
¶ Auctoritas concessa Fratribus in aliquibus festiuitatibus, vt absoluantur à reseruatis: illis non valet qui confitentur sine contritione, & scienter celant aliquod peccatum mortale. fol.278.pag.2.
¶ Absoluendi à peccatis duplex est potestas, altera Ordinis, & altera jurisdictionis. fol. 397.pag.1.
¶ Volentes habitum Religionis accipere & propter hoc absoluti virtute concessionis Papę Clementis. 7. à censuris, non reincidunt, etiam si Ordinem non intrent. fol.122.pa.2.
¶ Regularis infirmus qui casu non fuit confessus, absolui plenarie potest ab omnibus pecca-

catis: ex conceſsione Nicolai.5. fol.156.

¶ Abſoluere ab hęreſi completa & exteriori(etiam occulta)nunquam Papa concedit,ſed neque cenſetur concedere,aut per Bullam Cruciatę,aut per Iubilęum, vel per aliud quodcunque priuilegium. fol.240. & 241.

¶ Confessores Regulares semel ab Episcopo in ciuitate vel Diœcesibus præuio examine approbati, nõ possunt ab eodem Episcopo iterum examinari sed nequè à successore

ex pri

ex priuilegio Pij. 5. confirmato per Dominum Camillum Caietanum Nuntiũ Apostolicum. fo. 406. & 407.

¶ Confessoris Regularis approbatio non tollitur mortuo Episcopo approbante. fo. 439. p. 2.

¶ Confessoris Regularis approbatio si fuerit reuocata, debet fieri in foro exteriori, & facta tali suspensione, in foro cõscientię nõ habet locũ vsus talis reuocationis. fo. 439. p. 2.

¶ Confessores Regulares in foro conscientię (virtute suorũ priuilegiorum) possunt sęcularium omnium audire confessiones, sine approbatione Episcopi, & pręsentatione coram eo facta, & quomodo. fo. 440. p. 1. & 2.

¶ Confessorum pręsentatio (secundũ Magistrũ à Veracruce) ad maiorem securitatẽ tàm quo ad forũ exterius quàm interius, debet fieri corã Episcopo pro audiendis confessionibus antiquorũ Christianorũ. fo. 441. nu. 21.

¶ Confessio peccatorum nisi in necessitatis articulo, non est à Fratribus facienda alijs, quã suis Pręlatis, vel eiusdem Ordinis sacerdotibus. fo. 266. p. 1.

Con

¶ Confesſiones Indorum audire & illis prędicare (ſecundum ſua priuilegia) poſſunt Fratres Mendicantes in his Indijs de ſuorũ Pręlato licentia Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum quorumcunque licentia minime requiſita. fo. 175. num. 9. &. fo. fo. 176. pa. 2.

¶ Confeſsio peccatorũ debet fieri priuſquã Eucharistia ſummatur, quia recipiens non tantum debet Deo reconciliari, ſed etiam Eccleſię. fo. 185. p. 1.

¶ Confeſſorum ſęcularium inſtitutio pertinet ad Miniſtrum Generalẽ, & Prouincialẽ in Capitulis Prouincialibus. fo. 262. p. 1.

¶ Confeſsionem integram de iure diuino tenetur pęnitens facere, quando fieri poteſt. fo. 275. p. 1.

¶ Confeſsiones non poſſunt audire Fratres non ſeruata forma pręſentandi poſita in Clemẽtina. fo. 404. p. 2.

¶ Confeſsiones poſſunt audire Fratres idonei ſi facta debita pręſentatione, nolint Epiſcopi eis licentiã concedere ex maleuolentia & ſine cauſa. fo. 339. p. 1.

Con

¶ Confessiones factę Regularibus solum approbatis à suis superioribus,&non ab Episcopo,in foro exteriori possũt à Parocho haberi pro non legitime factis . folio . 441 . pag. 1.

¶ Confessiones huiusmodi à Parocho reclamãte,iterum possunt fieri coram ipso confitendo ei vnum vel duo peccata ad euitãdũ litem . fol. 441. pag. 1. &. 2.

¶ Cõfessionis integritas est de iure diuino inquo nullus superior potest dispensare:nulla prǽsertim existente necessitate. Exquo non potest audire peccata tantum reseruata & ab eis pęnitentem absoluere, & remittere ipsum ad confessorem inferiorem, vt ipse (auditis eius peccatis mortalibus nõ reseruatis) ab eis eum sacramentaliter absoluat: quicquid in contrarium dicant Caietanus, Soto, & Doctor Nauarrus . folio .275 nu. 15 . pertotum.

¶ Cõfessio habentis reseruata coram illo qui non habet auctoritatem absoluendi ab illis, debet esse integra,licet solum absoluatur à nõ reseruatis:nec obstat quòd postea tenetur

iterum

iterum confiteri reseruata habenti auctorita tem absoluendi ab eis. fo. 275. p. 1.

¶ Confessio (etiam nulla ob defectū penitentis) tollit reseruationem peccatorum habentium excommunicationem annexam virtute Bullę, aut Iubilęi: non autem eorum reseruatorum, qui eam non habent. fo. 278. p. 1. & 2.

¶ Confessionem in articulo mortis, quilibet sacerdos audit. fo. 278. p. 1. & 2.

¶ Cōseruatores Iudices possunt nominari à Fratribus in his Indijs contra ipsorum perturbatores, & cōtradictores. fo 176. p. 1. & 2,

¶ Conseruatores Iudices possunt ponere censuras & alias pęnas contra perturbatores Fratrum Mendicantium. fo. 167. p. 1. & 2.

¶ Conuersari possunt fideles interris Infideliū cū Hęreticis Schismaticis, sine excomunicatione, quando necessitas vrgeret. fo. 248. p. 1. & 284. p. 2.

¶ Copula carnalis illicita habita cum consanguineo, vel consanguinea alterius coniugis in tertio vel quarto gradu, nō inducit impedimentum inter prędictos coniuges ad petendū

 debitū

debitum. fo. 427. pa. 1.
¶ Corrigiam. S. Augustini deferentes solum gaudent Indulgentijs ex tali prouisione concessis. fo. 328. p. 1.
¶ Corrigiam. S. Augustini deferentes non possunt sepeliri tempore interdicti ea sollemnitate, qua Fratres. fo. 328. p. 2.
¶ Crimen occultum dicitur tripliciter. fo. 243. pa. 1.
¶ Curatus, vide etiam verbo. Parochus.
¶ Curatus tenetur habere scientiam requisitã ad debite officiuw Parochi exercendũ. fo. 178. pa. 1.
¶ Curatus habens ignorantiam exercendi suũ officiũ, est culpabilis & non excusatur à peccato. fo. 178. p. 1.
¶ Curatus tenetur scire quę suis Parochianis sunt necessaria, & quomodo est illa administraturus. fo. 178. p. 2.
¶ Curatus tenetur proprie & de iure administrare suis ouibus omnia Sacramenta Ecclesiastica Baptismi, Penitentiæ, Eucharistiæ, Extremęvnctionis, & Matrimonij. fo. 178. pa. 2.
¶ Cura

¶ Curatus tenetur ſcire Sacramentorum formas, eorum materiam, & qualitatem perſonarum, quibus adminiſtrãtur. fo. 178. pa. 2. & 179. p. 1.

¶ Curatus tenetur ſcire, quòd non niſi contritus, atque etiam contritis vel attritis non poteſt adminiſtrare Sacramenta. fo, 179. pa. 1.

¶ Curatus vere contritus vel credens ſe contritum (quia diligenter & ſi non ſufficienter diſcuſsit ſe ipſum) non peccat adminiſtrando Sacramenta. fo. 179. p. 1.

¶ Curatus credens vel credere debens ſe reum culpæ mortalis, peccat, ſi adminiſtrat aliquod Sacramentum: niſi ita ſe credat attritũ, quòd adiuncto calore Sacramenti fiat contritus. fo. 179. p. 2.

¶ Curatus ad adminiſtrandum Sacramenta debet habêre contritionem de peccatis ſuis, vel ſaltem attritionem. fo. 179. p. 2.

¶ Curatus & quilibet alius ſacerdos habens copiam confeſſoris, tenetur priuſquam celebret, vel communicet, peccatum ſuum mortale confiteri. fo. 179. p. 2.

¶ Curatus sub peccato mortali tenetur monere contrahentes Matrimonium, quod habeant contritionem ad recipiendum hoc sacramentum. fo. 180. p. 1.

¶ Curatus tenetur scire, quod aqua naturalis est materia Baptismi, & forma est, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen. fo. 180. p. 2.

¶ Curatus tenetur scire, quod plures Patrini non debet admitti ad tenendum puerũ baptizandum. fo. 180. p. 2

¶ Curatus antequam ad baptizandũ accedat sciscitetur ab ijs (ad quos spectat) quem, vel quos elegerint Patrinos, & eum vel eos tantum admittat: & in libro baptizati, & eorũ nomina describat: doceatque eos, quam cognationem contrahunt. fo. 181. p. 2. & alia doceat, quę ibi referuntur. ibidem

¶ Scire etiã debet quod Baptismus quo vis tempore conferri potest, & quod non debet baptizare extra Ecclesiã, & quomodo baptizabit, Infantẽ vel Catechumenũ periclitãtem & qualiter se habebit cũ fętu emergẽte caput, vel manum fo. 181. & 182.

¶ Curatus

¶ Curatus debet inquirere, qua forma & qua intentione ſit baptizatus, qui extra Eccleſiam eſt baptizatus. fo. 182. pa. 2,

¶ Curatus poteſt baptizare ſub conditione quando dubium eſt, fuerit ne paruulus an non baptizatus: ſecus inepte faceret, & quo modo ſub conditione baptizabit. f. 183. pa. 1.

¶ Curatus Indorum advertat notãdam differẽtiam inter ebrium & ebrioſum, vt caute ſegerat cũ Indis baptizãtibus. fo. 183. p. 1. & 2.

¶ Curatus debet ſcire, quod ſcienter rebaptizati & rebaptizantes pęna irregularitatis afficiuntur. folio. 183. & 184.

¶ Curatus debet ſcire omnia requiſita ad conficiendum & adminiſtrandum ſacramentum Euchariſtię. fo. 184. pa. 2.

¶ Item debet ſcire qualitatem recipientis & adminiſtrãtis, tam in corpore quàm in anima: & innumerabiles & prorſus inexplicabiles huius ſacramenti fructus & vtilitates, quas debite ſumentibus confert. fol. 184. nu. 6. per totum.

¶ Curatus debet ſcire cõditiones quę anullant confeſſionem ſacramentalem, & alia multa

quę referuntur. fo. 194. nu. 17.

¶ Curatus ſub pęna peccati mortalis tenetur ſcire ex communicationes communes, & caſus reſeruatos, & peccatorum mortalium communes ſpecies & alia huiusmodi. fo. 195. pa. 2.

¶ Curatus quę debeat ſcire circa Extremęvnctionis Sacramentum. fo. 195. nu. 18

¶ Curatus debet ſcire impedimenta Matrimonium impedientia, & dirimentia, & quo tempore, poſſunt celebrari benedictiones nuptiales, & alia multa quæ referuntur. fo. 197. nu. 19. 20. vſque ad 24. incluſiue.

¶ Curatus debet habere ſcientiam linguarum eorum, quorum habet curam adminiſtrandi Sacramenta, nec ſufficit illa exercere per interpretem ſecundum Concilium Tridentinum. fo. 206. nu. 25.

¶ Curatus debet adminiſtrare Sacramenta per ſe ipſum, & non ſufficit per alios, ſecundum Ius Canonicum. fo. 207. p. 1.

¶ Curatus Indorum non poteſt eſſe, qui neſcit eorum linguam. fo. 207. p. 1.

¶ Cura

¶ Curatus nesciens linguam eorum, quibus ad ministrat Sacramenta, non est tutus in conscientia, neque qui eum constituit, aut permittit. fo. 207. p. 1. & 2.

¶ Curatus tenetur prędicare suis Parochianis. fo. 207. p. 2. & 208. nu. 26.

¶ Curatus tenetur oues sibi commissas instruere de rudimentis fidei. fo. 208. pa. 1. & 2.

¶ Curatus tenetur suos docere Articulos fidei, decalogum, & orationem Dominicam, atquè etiam alia huiusmodi. fo. 209. pa. 1. 2. & multa quæ referuntur a nu. 26. vsque ad 29. inclusiue.

¶ Curatus tenetur Missã celebrare in diebus, quibus Parochiani tenẽtur Missam audire. fo. 210. nu. 27.

¶ Curatus tenetur scholã puerorum habere, pueros fidei rudimenta & obedientiam erga Deum, & parentes docere. fo. 110. nu. 29.

¶ Curatus Regularis Indorum, ad quę teneatur. fo. 211. a nu. 30. vsque ad 34.

¶ Curatus tenetur habere scientiam illorum, quæ pertinet ad suum officium, alias, in suf

inſufficiens eſt iudicandus. fo. 211. p. 2.

¶ Curatus neſciens linguam Indorum, ſi impedit intrare alium eorum linguam ſcientem, peccat mortaliter. fo. 313. p. 1.

¶ Curatus indignus habens beneficium, non tenetur illud renunciare, ſed procurare illi debitum regimen, ſecundum Victoriam. fo. 213. p. 2. & 214 p. 1.

¶ Curatus indignus, potens per alios regere ſuum beneficium, non tenetur illud renunciare, ſecundum Caietanum. fo. 214. pa. 1.

¶ Curatus non potens per ſe nec per alios prouidere de neceſſarijs in beneficio ſibi collato, tenetur illud renunciare. fo. 214. p. 1.

¶ Curati abſque tyrannide non poſſunt petere duplicata iura, ab his qui ſepeliũtur apud Religioſos. fo. 252. p. 1.

¶ Curati non ſunt cenſendi Fratres, etiam ſi officium parochi exerceant, ſecundum mẽtem aliquorum. fo. 256. p. 2. ¶ Sed re vera iam Prouinciales trium Ordinum pro ſe, & ſuis Fratribus parochi officium & onus acceptarunt. fo. 257. nu. 8. per totum.

¶ Curati

¶ Curati sęculares non possunt poni in locis, vbi continuo habitant Religiosi. folio 307. pa. 2.

¶ Curati de iure debent ministrare Sacramenta Ecclesiastica, & Verbum Dei populo proponere. fo. 323. pa. 1.

¶ Curam animarum ex charitate dicitur exercere, qui tantum se obligare intendit in hoc, ad quod proximi charitas eum obligat. fo. 390. pa. 2.

¶ Custos Custodię non habens super se Prouinciam, neque Prouincialem, potest committere Fratribus vsum priuilegiorum. fo. 132. pa. 2.

¶ Custodes non possunt Fratres absoluere à casibus reseruatis Prouinciali, nisi de speciali eiusdem licentia. fo. 265. p. 1.

¶ Custodes prohibiti absoluere à reseruatis Prouinciali, sunt illi, qui immediate ei sub sunt: nõ autem, qui immediate subijciuntur Ministro Generali. fo. 270. p. 1.

*

*

DEuotio est promptitudo volũtatis in his, quę pertinẽt ad seruitiũ Dei, & est preci puus Religionis actus. fo. 192. p. 1.
¶ Delegari potest simplex ministeriũ absoluẽ di, à delegato Ordinarij, & à subdelegato Delegati Papę. &c. fo. 269. p. 2.
¶ Diaconi excommissione prefecti sibi facta possunt sollemniter baptizare, propter penu riam sacerdotum. fo. 227 p. 1. &. 2.
¶ Diaconus doctus ex commissione sibi facta potest Euangelium sollemniter prędicare. fo. 228. pa. 1. & 2.
¶ Diaconus ex iussu Presbyteri habentis iuris dictionem, potest Eucharistiam ministrare. fo. 299. p. 1.
¶ Diaconus Presbytero ex malitia contradicẽ te, potest Eucharistiam ministrare infirmo. fo. 299. p. 2.
¶ Di[illegible]ta [illegible]ignificat iter vnius diei, & Hispani ce es I[illegible]ornada de vn dia, que se toma por. 6. o 7. leguas. fo. 144. p. 1. & 238. p, 1.

¶ Dis

¶ Diffinitorium in electione Priorũ & Guardianorum debet eligere digniores sub poena peccati mortalis. fo. 261. nu. 9.

¶ Dispensare possunt Guardiani (per Martinũ 5.) cum suis subditis super omni irregularitate, & in casibus reseruatis Papæ, dum nõ sit notorium. fo. 121. pag. 1.

¶ Dispensare possunt Prelati Societatis Iesu cũ suis in irregularitate pro veniente ex eo quòd ex cõmunicati, suspensi, aut interdicti celebrarunt. fo. 129. pag. 1. & 130. p. 1.

¶ Dispensare non possunt Ordinum Superiores (virtute Omnimodę in foro exteriori) cũ sęcularibus in impedimentis Matrimonij, nisi in ordine ad bonũ Indorũ. fo. 141. pag. 1.

¶ Dispensare non solet Papa sine rationabili causa. fo. 141. pag. 2.

¶ Dispensare possunt Prelati cum Indis, & in eorum conuersione se occupantibus in voto castitatis perpetuę, & super impedimentis de iure humano dirimentibus Matrimoniũ. folio. 142 pag. 1. & 2. & 143. pag. 1.

¶ Dispensare non possunt Prelati in Episcopatib9 nisi distent ab Episcopis, & eorũ officia

libus

libus per duas dietas. fo. 143. p. 2.
¶ Dispensari potest (quater in anno) in votis factis à Fratribus Mendicantibus & Monialibus. S. Claræ. fo. 156. p. 2.
¶ Dispensari non potest cum Fratribus in irregularitatibus virtute cõcessionis factæ à Leone. 10. bene autem virtute aliorum priuilegiorum. fo. 159. p. 2.
¶ Dispensare non possunt (secundum Emanuelem) Prælati Regulares cum suis subditis simoniacis in ordine. fo. 161. p. 1.
¶ Dispensare possunt Prælati Superiores Ordinum Mendicantium, per Omnimodã Adriani. 6. cum suis Fratribus ad Infideliũ doctrinam deputatis in irregularitate contracta ratione executionis ordinis, in excomunicatione &c. fo. 162. p. 1.
¶ Dispensari potest per Ioannem Cardinalem Legatum à latere cum Fratribus in irregularitate, etiam per homicidium voluntarium contracta, & quomodo. fo. 233. p. 1. & 2.
¶ Dispensare possunt cum fratribus Prælati Superiores in irregularitate contracta eo quòd excommunicati celebrarunt. fo. 265. p. 2.
¶ Dis

¶ Diſpenſare per Bullam Cruciatæ poſſunt Guardiani & Priores cum ſuis ſubditis in irregularitatibus. fo. 272. p. 2.

¶ Diſpenſare poteſt Prouincialis(virtute priuilegiorum)in ſecundo gradu conſanguinitatis & affinitatis, abſque vſu Omnimodę. fo. 357. pa. 2.

¶ Diſpenſare poſſunt Fratres habentes auctoritatem in Noua Hiſpania in irregularitate, etiam cõtracta ex homicidio voluntario, & quomodo. fo. 363. pa. 2.

¶ Diſpenſare poſſunt Epiſcopi,& Fratres Mẽdicantes habẽtes auctoritatẽ à ſuo Superiori ad petendũ debitum cum his, qui poſt contractum Matrimonium, excõmuni conſenſu continentiam promiſſerunt. fo. 428. pa. 1.

¶ Diſpẽſare poſſunr Fratres Minores rite pręſentati in omnibus votis, in quibus poſſunt Epiſcopi: pręterquam in voto peregrinationis,vltra duas dietas. fo. 428. p. 2.

¶ Diſpenſare non poſſunt Pręlati, neque eorũ ſubditi in Bigamia, ſecundum Collectorem Compendij Societatis. fo. 430. p. 2.

¶ Diſpenſare poteſt confeſſor Regularis cum

Fra

Fratre in irregularitate cõtracta, ex eo quod excommunicatus celebrauit diuina, vel Ordines sacros suscepit, vel homicidium casuale fecit. fo.430.pa.1.

¶ Dispensare possunt Prǽlati (secundum Henricum) in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario, & membri truncatione, etiã cum externis. folio. 431. pag. 2.

¶ Dispensare potest Episcopus in irregularitate prouenienté ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario. fol. 431. pag. 2.

¶ Dispensare possunt Confessores Mendicantes cum sęcularibus super quacunque irregularitate Ordinario reseruata. fo.431.pag.2.

¶ Dispensare possunt confessores Regulares, cum sęcularibus super quibuscunque votis. fo. 433. pag.2.

¶ Dispensare super votum nihil aliud est quàm tollere vinculum & materiam eius. folio. 434. pa.1.

¶ Dispensare possunt Fratres Societatis (secundum auctorem Compendij Indici per suum Generalem deputati in foro conscientię interueniente legitima causa) cum omnibus in

voto

voto simplici castitatis ,& in alijs votis non tamen sollemnibus . fo .434 .pa .2.

¶ Dispensare possunt Prouinciales & eorum subditi (quibus ipsi commisserint) in huiusmodi votis : non tamen in locis , vbi fuerint Episcopi, secundum Auctorem Compendij Indici . fol 434 . pag . 2 .

¶ Dispensare non possunt confessores Mendicãtes in voto simplici castitatis, nisi cũ Neophytis & recẽter ad fidẽ cõuersis. f.435.p.1.

¶ Dispensare possunt Prelati (vel eorum subditi ab eis ad id deputati) cum Neophytis vtriusquè Indię in foro conscientię in omnibus iure diuino nõ prohibitis cõsãguinitatis gradibus vel cõiũctis, vel attinẽtib9. f.435.p.2.

¶ Dispensare non possunt Prelati in huiusmodi votis in foro iudiciali , nisi in illis locis, ex quibus difficile recurri potest ad Ordinarios . folio . 435 . pagina .2 .

¶ Dispensare possunt Fratres Societatis (per suum Generalem ad id deputati in foro cõscientię) cum Neophytis super quouis impedimento occulto cum ijs omnibus qui in facie Ecclesiæ illegitimum Matrimonium

scien

scienter vel ignoranter contraxerunt, dummodo contrahentes de nouo contrahant. fo. 436. pa.1.

¶ Dispensare non possunt ijdem Fratres in huiusmodi impedimentis, nisi vbi expedire existimauerint. fo. 436. pa. 1.

¶ Dispensare possunt in huiusmodi impedimẽtis Prouinciales, & eorum subditi ad id deputati, non tamen in illis locis vbi sunt Episcopi nolentes sic dispensare. fo. 436. pa. 2.

¶ Dispensare possunt Fratres Sancti Augustini, & alij Mendicantes per totum Orbem ex Leone. 10. in primo gradu affinitatis, tam in Matrimonijs contractis, quàm contrahẽdis, dummodo sit impedimentum secretum & non deductum in iudiciũ. fo.437. pag.1.

¶ Dispensare possunt Fratres Mendicantes cum omnibus in hoc Nouo Orbe, in irregularitate, excepta illa, quę prouenit ex homicidio voluntario extra bellum, & ex simonia. fo. 443. pa. 2.

¶ Dispensandi rationabilis causa dicitur illa, quę est pro bono vnius Regni, vel ob quam solet dispensare Papa. folio. 142. pag. 2.

¶ Dispen

¶ Dispensandi rationabilis causa relinquitur iudicio Prelatorum Ordinum Mendicantium. folio. 142. pag. 1.

¶ Dispensandi causæ rationabiles, sunt bonū pacis & vnius Regni, & emolumentum Fidei & Ecclesiæ. folio. 142. pagina. 1.

¶ Dispensandi habens facultatem potest votū relaxare, absque eo, quòd loco voti aliquid iniungat vouenti. fol. 422. pag. 1.

¶ Dispensandi facultas (in irregularitate quacunque occasione contracta) non debet à Prelatis committi, nisi viris doctis & circūspectis. fol. 430. pag. 2.

¶ Dispensandi priuilegium (super homicidio voluntario cum suis subditis concessum Prelatis Ordinum) non derogatur per Conciliū Tridentinum. folio. 431 pag. 1.

¶ Dispensatio cū Indis in impedimentis Matrimonij, non debet fieri nisi subsit legitima causa. fol. 141. pag. 2.

¶ Dispensatio fieri potest ab Episcopo in gradibus prohibitis in Matrimonio, quando impedimentum est occultum, & ad Papam non potest haberi recursus, & separatio sine

 ne

ne ſcandalo fieri non poteſt . fo . 161 pà . 2.
¶ Diſpenſatio denuntiationum in Matrimonio pertinet ad Epiſcopum, vel eius Officialem auctoritate ſibi cõmiſſa. fo .200.pa. 1. & 2.
¶ Circa hoc vide Elenchum. 1.par. ver .Banas
¶ Diſpenſatio poteſt fieri cum filio adulterino, & inceſtuoſo , & cum vtroque ſimul ad ipſũ legitimandum . fol . 220 . pag . 2 .
¶ Diſpenſatio, commutatio, & irritatio interſe differunt . fo . 422 . pa .1.
¶ Diſpenſatio requirit cauſam iuſtam & rationabilem . fo . 422 . pa .1.
¶ Diſpenſatio poteſt fieri cum Indis in gradibus Matrimonij prohibitis, dummodo nõ ſint contra Ius diuinum & Naturale. folio . 358 . pa . 2 . & 359 p .1.
¶ Diſpenſatio ad petendum debitum,non eſt neceſſaria,in eo,qui in tertio,vel quarto gradu cognouit conſanguineum,vel cnoſanguineam alterius coniugis poſt conſummatum Matrimonium , vel ratum. fo. 426 .pag.2.
¶ Diſpenſatio & abſolutio ab omnibus cenſuris & irregularitatibus conceditur Fratribus Mendicantibus . fo.432 .pag. 1.
¶ Diſcre

¶ Discreti cuiuscunque Prouinciæ sunt iudices cum voto decissiuo ad sententias pronunciādas in Ordine sancti Francisci. fo. 283. pag. 1.

¶ Donati Fratres, Familiares, & alij huiusmodi non possunt vti priuilegijs Fratrum contra ipsos Fratres, quorum priuilegia illis communicantur. fo. 326. pa. 1.

¶ Dubia Ordinibus proposita ab Episcopis, (in Concilio Prouinciali Mexicano congregatis) circa Fratrū priuilegia. f. 356 p. 1. & 2.

¶ Dubia exorta circa vsum priuilegiorum, deferenda sunt ad Papam, vel ad eius Nuntium Apostolicum. fo. 375. pa. 1. & 2.

¶ Dubia in Indijs exorta circa Fratrum administrantium priuilegia, deferenda sunt ad Regem, vel ad Senatum Regium Indiarum, vel ad Proregem. fol. 375. pa. 2.

E

Ebrius dicitur quando totaliter impeditur eius ratio. folio. 183. pag. 1.

¶ Ebriosus est, qui est assuetus ad ebrietatem, & non

& non semper est impeditus ab actu rationis. fol 183. pag 1.

¶ Ecclesia (quæ est in his Indiarum partibus) dicitur nouiter conuersa. fol. 174. pag. 2.

¶ Ecclesias pollutas per effusionem sanguinis, aut seminis, possunt reconciliare Prçlati Ordinum. fol. 237. pa. 2.

¶ In Ecclesia polluta celebrans, peccat mortaliter, non tamen fit irregularis. folio. 237. num. 10.

¶ Ecclesia consecrata polluta, debet aqua benedicta reconciliari ab Episcopo intra duas dietas existente. fo. 238. pa. 1.

¶ Ecclesia sic polluta, potest aqua benedicta reconciliari à Prçlato Monasterij, si Episcopus distat vltra duas dietas. fo, 238. pa. 1.

¶ Ædificare domos possunt Prouinciales ad habitandum pro instructione Neophytorũ nulla alia licentia requisita ex concessione & Schedula Regum Castellç. fo. 307. pag. 1.

¶ Ædificare domos possũt Fratres ex licentia sola Proregis, nulla habita copia Episcoporum etiam ipsis contradicẽtibus. fo. 307. p. 2.

¶ Effectus vniuscuiusque Sacramenti non datur

tur, nisi illud in re summatur, & applicetur. fo. 188. pag. 1.

¶ Eligendi Prelatum concedunt potestatem indulta Ordinum, & etiam extrema necessitas. fo. 134. pa. 1.

¶ Eligendi Prelatum numerus in extrema necessitate sufficit, quòd sint plures duobus. fol. 134. pagina. 2.

¶ Eligendi Prelatum facultas, non cadit inter duos tantum, etiam in extrema necessitate. fo. 135. pag. 2.

¶ Electio Guardianorũ vel Priorum pro duobus vel tribus est proponenda. fo. 262. pa. 1.

¶ Episcoporũ officiales sunt eorum Vicarij Generales videlicet Prouisores. fol. 144. pag. 2. fol. 357. pag. 1. & fo. 200. p. 2.

¶ Episcopi in suis Episcopatib9 possunt cõcedere facultatem suis Vicarijs Generalibus, vt posint prestare assensum, ad hoc quòd Prelati Ordinum intra duas dietas possint vti auctoritate omnimoda. fol. 146. pa. 2.

¶ Episcopi postquã dederint Prelatis Ordinũ assensũ vtendi auctoritate omnimoda, nõ possũt ab eis sine causa illũ tollere. fo. 147. p. 1

¶ Episcopus (etiam si moriatur) non cessabit talis assensus vtendi tali priuilegio. folio. 147. pa. 1.

¶ Episcopus Tlaxcallensis in suo Episcopatu pręcipit obseruari (circa benedictiones nuptiales) id quod Manuale Mexicanum statuit. scilicet quòd quando alter contrahētiū solū est benedictus, siue vir, siue fęmina, vterque de nouo benedicantur. folio. 204. pag. 2. & 205.

¶ Episcopus tenetur instruere oues sibi cōmissas de profundis Fidei misterijs, & eius perfectione. fo. 208. pa. 1. & 2.

¶ Episcopus nō potens per se, nec per alios regere suam Ecclesiam, tenetur renunciare beneficium. fo. 214. pa. 1.

¶ Episcopi nō possūt auferre populos Indorū, à Fratribus eorū curam gerentibus. folio. 218. pa. 1. & 2.

¶ Episcoporum sententia, lata contra indulta Fratribus concessa, nihil valet. f. 218. p. 2.

¶ Episcopus ex iure communi potest absoluere ab omni hęresi occulta. folio. 244. pa. 2. & 245. pa. 1. & 2.

¶ Epis

¶ Epiſcopus poteſt committere auctoritatem abſoluendi hęreticum ęgrotum, ſi longe diſtet, atque etiã Monialẽ incluſã. f.245.p.2.

¶ Epiſcopus non poteſt committere facultatẽ generalem alicui, abſoluendi ab hęreſi. fo. 246. pa. 1.

¶ Epiſcopus poteſt creare Commiſſarium particularem, qui poſsit aliquem in particulari, ab hęreſi occulta abſoluere. folio. 246. pag. 1. & 2.

¶ Epiſcopus eſt verus Paſtor populorum Religioſis aſsignatorũ, & ibi poteſt adminiſtrare Sacramẽta, & de cauſis cognoſcere. f.257.p.2.

¶ Epiſcopi non poſſunt conſtituere Curatos in populis, vbi continuè habitant Religioſi. folio. 307. pa. 2.

¶ Epiſcopi nihil debent, nec poſſunt innouare in populis Indorum circa Sacramentorum adminiſtrationem. fo. 357. pa. 1. & 2.

¶ Epiſcopi ex Regia cedula in Religioſorum domib9 poſſunt viſitare ſanctiſsimũ Sacramẽtũ, & alia cultum diuinum concernentia. folio. 379. pa. 1.

¶ Epiſcopi ex Regia cedula poſſuut corrigere Fra-

Fratres delinquentes, quando à ſuis Prælatis non corriguntur, iuxta Concilij Tridentini Decretum. fo. 379. pa. 2.

¶ Epiſcopi poſſunt corrigere Fratres curã animarum habentes, & delinquentes in Sacramentorum adminiſtratione. f. 388. p. 1.

¶ Epiſcopi nõ poſſunt impedire Prȩlatis, quin poſsint dimouere ſuos ſubditos ab aliquo loco. fo. 389. pa. 1. & 2. & 390. pa. 1,

¶ Epiſcopis non tenentur ſubijci Fratres, niſi in his, quæ nudum Parochorum miniſteriũ, & Sacramentorum adminiſtrationem concernunt. fo. 390. pa. 1.

¶ Epiſcopus (ad exonerandam ſuam conſcientiam) tenetur curare ſuas oues per meliorem Miniſtrum. fo. 392. pa. 1. & 2.

¶ Epiſcopus ſecundum ſuam obligationem debet attendere ad meliorem, & potiorem curam ſuarum ouium. fo. 393. p. 1.

¶ Epiſcopus non magis exonerat ſuam conſcientiam cõmittendo ſuas oues illi, qui ſe obligat eas cuſtodire ex officio, quàm ei qui ex Charitate. fo. 393. p. 1. & 2.

¶ Epiſcopus tenetur curare ſuas oues per meliorẽ

liorem Miniſtrum, vel ſęcularem, vel Regu lare: quomodocunque illarũ curam ſuſcipiãt, ſiue ex obligatione, ſiue ex Charitate. fo. 394. pa. 2.

¶ Epiſcopi conſcientia non minùs exoneratur per Fratres animarum curam exercentes ex Charitate, quàm per Parochos ex iuſtitia & obligatione adminiſtrantes. f. 395. p. 1.

¶ Epiſcopis ſcrupulus (circa Sacramentorum ad miniſtrationem) ſublatus fuit, quando Fra-tres acceptarunt ex iuſtitia curam animarũ. fo. 395. pa. 1.

¶ Epiſcopis fuit prohibitũ à Regia Maieſta-te mittere Commiſſarios, & Viſitatores ad viſitandos Fratres animarum curam exercen tes, niſi ſint eiuſdem Ordinis. f. 395. p. 2. fo. 396. p. 1. & 2.

¶ Epiſcopus in ſua Dięceſi poteſt cõferre auc toritatem abſoluendi ſuos ſubditos, cuicun que voluerit. fo. 398. p. 1.

¶ Epiſcopus poteſt ſibi reſeruare aliquos ca-ſus, à quibus non poſsint Plebani abſoluere ſuos Parochianos. fo. 398. pa. 1.

¶ Epiſcopi intentantes reuocare licentiã datã

 confeſ

confeſſoribus pręſentatis ſecundum formā Clementinę, nihil facerēt. fo. 404. p. 2.

¶ Epiſcopi poſſunt reuocare licentias datas cō feſſoribus in Clementina, ſi aliquis eorum viueret ſcandaloſe, vel efficeretur ſurdus, vel mentecaptus. fo. 405. pa. 1.

¶ Epiſcopi poſſunt examinare Regulares, & cum iuſta cauſa repellere. fo. 406. pa. 2.

¶ Epiſcopus non poteſt reſeruare Fratribus de bitè pręſentatis, & acceptatis aliquos caſus, qui nō ſunt ſibi à iure reſeruati. f. 410. p. 1.

¶ Epiſcopi ex iuſta cauſa poſſunt confeſſores Regulares omnino repellere, & coarctare ad audiendum confeſsiones. fo. 417. pa. 1.

¶ Epiſcopus poteſt diſpenſare cum coniugatis, qui poſt Matrimonium contractum conſenſu vtriuſque continentiam promiſſerunt, vt poſ ſint petere debitum. fo. 428. pa. 1.

¶ Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum irregu laritate contracta ex homicidio voluntario, bene autem Pręlatus Regularis cū ſuis ſub- ditis in foro cōſcientię tantū. f. 430. & 431.

¶ Epiſcopus quoties opus fuerit poteſt diſpen ſare in irregularitate proueniente ex delicto

occul

occulto,excepto homic·volũt.fo.431.pà. 2.

¶ Epiſcopi poſt Concilium Tridentinum habent in caſibus in Concilio relatis (iure ſpeciali) iuriſdictionem ordinariã. f.432. p. 2.

¶ Epiſcopus (iure ſpeciali) poteſt diſpenſare in voto continentiæ,quando non poteſt haberi recurſus ad Papam, & vrget periculum.l. ſcandalum. fo. 432. p. 2. & 433. p.1.

¶ Epiſcopus poteſt diſpenſare in aliquibus votis Sedi Apoſtolicę reſeruatis, quando vrget neceſsitas , & non poteſt haberi recurſus ad Papam, vel ad id habentem eius auctoritatem. fo. 433. p. 1.

¶ Epiſcopi Indiarum (& illi quibus ipſi commiſſerint) habent auctoritatem abſoluendi omnes & quoſcunque Indos ab hæreſis crimine, & ab alijs quibuſcunque criminibus , & caſibus reſeruatis. f. 442. p. 2.

¶ Epiſtola Prouincię ſancti Euangelij ſcripta ad Regem pro acceptatione miniſterij. fo. 250. p. 1. & 2. & 260. p. 1. 2.

¶ Euchariſtiã ſuſcipiens debet eſſe contritus , &ieiunus ieiunnio naturali,niſi ſit infirmus. fo. 184. pa. 2.

¶ Euchariſtiam ſuſcipiens debet confiteri pec cata ſua,ſi adeſt copia confeſſoris. fo. 184. pa. 2. & fo. 185. pa. 1.
¶ Euchariſtiam recipiens tenetur ſe examinare ſecundum poſsibilitatem ſuę fragilitatis, antequàm communicet. fo. 184. pa. 2.
¶ Euchariſtiam recipiens nõ memoria recolẽs peccatum mortale ex ignorantia affectata, non excuſatur à peccato. fo.184. p. 2.
¶ Euchariſtiam recipiens facta ſufficienti exa minatione,non peccat, etiã ſi alicuius pecca ti mortalis oblitus fuerit. fo. 184. pa. 2.
¶ Euchariſtia ſummi poteſt abſque peccato-rum confeſsione, quando è contrario oritur ſcandalum. fo. 185. pa. 1.
¶ Euchariſtia non eſt danda exiſtenti in pecca to mortali publico, etiã ſi ſit abſolutus per confeſſorem. fo. 185. pa. 2.
¶ Euchariſtia non continet ſubſtantiam panis & vini, ſed eſt ibi Chriſtus verus Deus, & homo. fo 185. p. 2.
¶ Euchariſtiæ maxima reuerentia eſt exhibẽda. fo. 185. pa. 2.
¶ Euchariſtia confert gratiam digne ſummentibus

tibus. fo. 186. pa. 1.

¶ Euchariſtia adunat Chriſto digne ſummentes. fo. 186. pa. 1.

¶ Euchariſtia adauget gratiam digne ſummẽtibus. fo. 186. p. 1. & 187. p. 1. & 2.

¶ Euchariſtia fuit nobis relicta à Chriſto in memoriam ſuę paſsionis. fo. 186. pa. 1.

¶ Euchariſtia confert quàm plurimos fructus digne ſummentibus. fo. 186. pa. 2.

¶ Euchariſtiæ effectus peculiaris eſt nutritio ſpiritualis pergratiam datam à Chriſto Domino. fo. 187, pa. 1.

¶ Euchariſtiam ſummens vnitur illi, & incorporatur, & per gratiam tranſit in ipſam. fo. 187. pa. 1.

¶ Per Euchariſtiã reſtauratur deperditus feruor Charitatis, & augetur gratia. fol. 188. pa. 1.

¶ Euchariſtia omnibus infirmis eſt adminiſtrãda. fo. 188. pa. 1.

¶ Euchariſtia eſt danda damnatis ad mortem pridie mortis fo. 188. pa. 2.

¶ Euchariſtia facit reſiſtere mortalibus & venialibus admortẽ diſponentibus. f. 188. p. 2.

¶ Eu

¶ Euchariſtia preſeruat à morte ſpirituali ; & liberat à tentationibus Demonum . fol . 189 . pag . 1.

¶ Euchariſtia comparatur Agno Paſchali , & cœleſti Mannæ . fol . 189 . pag . 2 .

¶ Euchariſtia remittit peccata venialia , & excitat hominem ad Charitatem , & eius feruorem . gol . 189 . pag . 2 .

¶ Euchariſtia tantum delet illa peccata mortalia , quorum non habet affectum,qui ad illam accedit . fol . 190 . pag . 1 .

¶ Euchariſtia ſecundum .D. Ambroſium poteſt conferre primam gratiam,per quam peccata mortalia delentur . fol . 190 pag . 1 -

¶ Euchariſtia inquantum eſt ſacrificium , habet remittere penas debitas pro peccatis . fol . 190. pag, & 2.

¶ Euchariſtia conſideratur vt Sacramentum , & vt ſacrificium. fo . 190 . pag . 1 .

¶ Euchariſtia & ſi ſit ſufficiens ad ſatisfaciendum pro omni pena,tamen de facto ſatiſfacit pro illis , pro quibus offertur .f.190.p.2.

¶ Euchariſtia dat ius ad gloriam conſequendam . fol . 190.pa. 2 .

¶ Eu

¶ Euchariſtia dicitur Viaticum, quia confert virtutem perveniendi ad gloriam. f.191.p.1.
¶ Euchariſtia ſuſtentat, auget, reparat, & delectat. fol. 191. pag. 2.
¶ Euchariſtia mouet effectiuè deuotam, & attentam voluntatem in actum ſuauem. fo. 192. pag. 1.
¶ Euchariſtia prę̧ſtat agilitatem, & facit, quod caro obediat ſpiritui. fo. 194. pag. 1.
¶ Euchariſtia prę̧ſtat vitam mãducantibus. fo. 194. pagina. 1.
¶ Euchariſtiam poſſunt miniſtrare Fratres omnibus fidelibus, prę̧terquàm in die Reſurrectionis Domini Noſtri. fol. 289. pa. 2. & fol. 290. pag. 2.
¶ Euchariſtiam per Leonem. 10. poſſunt fidelibus miniſtrare Fratres ſine Parochi licentia, etiam in die Reſurrectionis Domini. fo. 290. pag. 1.
¶ Euchariſtiam poſsunt miniſtrare Fratres, & facere miniſtrari Sacramenta iter facientibus, & reliquis perſonis. fol. 290. pag. 1.
¶ Euchariſtiam ſummens in aliena Dię̧ceſi, ſi ibi ſe repererit etiam per modicũ tempus

Paſ

Paſchatis ſatisfacit pręcepto Eccleſię. fo. 290. pa. 2.

¶ Euchariſtiam poſſunt ſummere omnes fideles toto anni tempore à Fratribus Mendicātibus(Parochorum non requiſita licentia)pręterquàm in die Reſurrectionis, niſi neceſsitas vrgeat, modo poſtea communicēt in propria Parochia, vt ſatisfaciāt pręcepto Eccleſiæ. fo. 292. pa. 2.

¶ Euchariſtiam poſſunt ſummere fideles per Bullam Cruciatę tempore interdicti in alijs Eccleſijs,vel priuatis Oratorijs, pręterquàm in die Paſchatis. fo. 293. pa. 1.

¶ Euchariſtiam ſuſcipiens vel adminiſtrans extra propriā Parochiam prima die Reſurrectionis abſque licentia expreſſa vel tacita, aut priuilegio ſpeciali, peccat mortaliter, ſiue fiat ex deuotione, ſiue ad pręceptum implendum. fo. 293. pa. 2.

¶ Euchariſtiā ſummentes in Hebdomada Sācta, vel Paſchali adimplēt pręceptum Cōmunionis Paſchalis. fo. 293. pa. 2.

¶ Euchariſtiam ſummens à prima dieCinerum vſque ad octauam Paſchæ ad implet pręceptum

tum Ecclesiæ. fo. 294. pa. 1.

¶ Eucharistiam possunt Fratres ministrare Indis in die Resurrectionis in nostris locis, etiā in populis Hispanorum. fo. 294. pa. 1.

¶ Eucharistiā possūt Fratres administrare ōnibus fidelibus in suis domibus (excepto die Resurrectionis) tamen sollemniter deferre in domos infirmorum prohibentur, stando in iure communi. fo. 294. pa. 1. & 2.

¶ Eucharistiam (absente Parocho) potest Religiosus deferre Indo, vel Hispano, quando necessitas vrget. fo. 294. pa. 2. & fol. 295. pa. 1.

¶ Eucharistia potest ministrari omnibus fidelibus in Monasterio Beatæ Mariæ de Guadalupe in die Paschatis, sine licentia Diœcesanorum, & sine timore excommunicationis. fo. 295. pa. 1. nu. 18. & sequentibus.

¶ Quo priuilegio gaudent Monasteria Mendicantium: atque ita sine timore alicuius peccati, & ex communicationis possunt ministrare Sacramentum Eucharistiæ ōnibus fidelibus in die Paschatis in suis Ecclesijs. folio. 296 pagina. 1. & sequentibus.

¶ Eucharistiam sumens in die Paschatis in Monasterio Beatæ Mariæ de Guadalupe satisfacit præcepto Ecclesiæ. fol. 295. pag. 2.
¶ Eucharistiam ministrare non possunt Religiosi in alienis Ecclesijs in die Paschatis, bene tamen in alijs Communionibus non obligatorijs. fol. 296 pag. 1. & 2.
¶ Eucharistiam in die Paschatis Clerici sęculares de licentia Sachristę possunt ministrare fidelibus (etiam in tempore interdicti,) si ad illam recipiendam habeant fideles licentiā tali tempore. fo. 297. pag. 2.
¶ Eucharistiæ administratio committitur Sacerdotibus simplicibus habentibus ad id licentiam à Sede Apostolica, vel à Parocho. fo. 298. pag. 1.
¶ Eucharistiam possunt administrare Diaconi in necessitate, ex iussu presbyteri interueniente causa iusta. fo. 298. pag. 2.
¶ Eucharistiam ex iussu Pręlati ipsius subdito, & famulis conuentus potest ministrare Diaconus Regularis. fol. 299. pag. 1.
¶ Eucharistiam, ex malitia presbytero contradicente, potest Diaconus ministrare in

fir

firmo in necessitate cõstituto. fo. 299. pag. 2.
¶ Eucharistiam ministrare potest Sacerdos secularis fidelibus in Conuentibus Sanctę Clarę, ex licentia Capellani, vel confessoris Monialium. fo. 300. pa. 1.
¶ Excommunicationes duplicis generis solet sibi Papa reseruare. fo. 121. pag. 1. & 2.
¶ Excommunicatio, suspensio, & interdictum, non sunt censurę cõnexę inter se. fo. 122. p. 1.
¶ Excommunicatio in curritur per percussionem Clerici, etiam si nesciatur ipsum esse Clericum. fol. 184. pag. 1.
¶ Excommunicationis per accidens occultę absolutio potest concedi ab Episcopo in foro conscientię tantum, non tamen prodest pro foro exteriori. fo. 243 pa. 2.
¶ Excommunicationis publicę (propter percussionem Clerici) absolutio, potest concedi ab Episcopo, si est impedimentum ad recurrendum ad Papam. fo 244. pag. 1.
¶ Excommunicatio & alia quęcunque censura est absolubilis à quocunque Sacerdote in articulo mortis. fo. 244. pa 2.
¶ Excommunicatus absoluere potest ex communi

 muni

municatum instante necessitate. fo.154. & fo.155.
¶ Excommunicatus in vrgentissima necessitate (ad euitandum maius scandalum) cum contritione potest communicare, & celebrare. fo.272. pag.2.
¶ Excōmunicatus quando scandalum est paruum, non potest accedere ad Communionē, & celebrationem. folio.272. pagina.2.
¶ Excommunicatus occultus non potest celebrare ad pręceptum Ecclesiæ implendum, & obligationem annexam suo officio, quando ex omissione non sequitur scandalum magnum, nec infamia. fol.273. pag.2.
¶ Exemptio ratione loci, & ratione personę. folio.425. p.1.
¶ Exemptus non potest renunciare exemptionem, sine licentia Papæ. fo.417. pag.1.
¶ Exemptio, quando datur ratione Ecclesiæ, vel Monasterij, extra talem locum vel Monasterium virtute eius non potest vti tali exemptione. fol.425. pag.1.
¶ Exemptio, quando datur ratione personę, vbicunque fuerit talis persona potest vti tali

exemp

exemptione. fol. 425. pag. 1.

¶ Extremęvnctionis Sacramentum fuit institutum à Christo Domino, & promulgatum à Diuo Iacobo. fol. 196, pagina. 1.

¶ Extremæ vnctionis forma sunt quædam verba, tamen materia est Oleum benedictum ab Episcopo. fol. 196. pag. 1.

¶ Extremęvnctionis modus est obseruandus circa nonnullas corporis partes. fo. 196. pa. 1.

¶ Circa partes Oleo sancto invngendas est aduertendum quòd Manuale Mexicanum pręcipit mulieribus in vmbilico vnctionem fieri: viris autem in lumbis, his verbis. Ponga el Olio al hombre en los lomos, y ala muger en el ombligo. fol. 81. Manuale vero Salmanticæ excusum per Foquel. anno de. 1585. tàm viris quàm mulieribus in lumbis vnctionem fieri debere, statuit his verbis. Lumbi etiam vnguntur, tàm in viro, quàm in fęmina, veluti voluptatis, & libidinis sedes.

¶ Extremæ vnctionis effectus est, conferre gratiam, & alleuiationem & alia. fol. 196. pag. 2.

¶ Extremæ vnctionis sacramentum non tantū re

remittit venialia, sed etiam aliquando mortalia. fo. 196. pa. 2.
¶ Extremavnctio semper debet administrari infirmus morti propinquis. fo. 196. pa. 2.
¶ Extremęvnctionis peculiaris effectus, est auxilium contra tẽtationes à Dęmonibus oblatas in hora mortis. fo. 197. pa. 1.
¶ Extremavnctio adhibenda est infirmo, quã do Medici de eius salute desperant. folio. 197. pa. 2.
¶ Extremavnctio nõ est conferenda suspendendis, aut patibulo tradendis. fol 197. pag. 1.
¶ Extremavnctio est conferenda per Parochũ, vel eius habentem auctoritatem, vel alium Sacerdotem simplicem in necessitate. folio. 197. pag. 2.

F

Festa vnius Ordinis, in quibus conceditur Indulgentia plenaria, habent correspondentiam ad illa, quę sunt aliorum Ordinum Mendicantium. fol. 157. p. 2. & 311. p. 2.
¶ Forma pręsentandi cõfessores secundum Clemen-

mentinam, & Decretalem Concilij Vienensis, non fuit reuocata à Concilio Tridentino. fo. 400. pa. 2. & 401. pa. 2.

¶ Fratres Mendicantes debent vti priuilegijs secundum vtilitatem Ecclesię. fo. 118. p. 2.

¶ Fratres Mēdicantes missi à Regibus ad has Indiarum partes, sunt veri Ministri huius Ecclesię. fo. 118. p. 2.

¶ Fratres Mendicantes possunt absolui à suis Prælatis ab omni censura Ecclesiastica. fol. 120. pa. 1.

¶ Frater, cui commissus fuit vsus priuilegij Clementis. 7. etiam missus in Hispaniam, gaudet eo, quandiu est Prouinciæ Indiarum. fo. 126. pa. 2.

¶ Frater, nondum habens triennium in ordine in extrema necessitate habet vocem actiuam in electione Prelati. folio. 134. pag. 2. & 135. pag. 1.

¶ Fratres duo, mortuo suo Prelato, debent recurrere pro licentia vtēdi priuilegijs ad Prelatum Prouincię vel Custodiæ, sub qua reposita sunt loca, vbi sunt. fo. 136. pa. 1.

¶ Fratres duo, mortuo suo Prælato, debent recurre

recurrere pro licentiâ vtendi priuilegijs ad Prçlatũ Prouinciç, vel Custodiç propinquioris. fol.136.pa. 1.

¶ Fratres duo, mortuo suo Prçlato, si multum distant ab aliqua Prouincia vel Custodia, possunt ambo vti priuilegijs. fol.136 p. 2.

¶ Fratres Ordinum Mendicantium in his Indiarum partibus (secundum sua priuilegia) libere possunt administrare Sacramenta absque vlla limitatione. fol.140.pag. 1.

¶ Fratres Societatis Iesu possunt absoluere Christianos ab omnibus peccatis & cẽsuris (etiã de Cçna Domini) in terris Infidelium, vbi non potest adiri Sedes Apostolica. fol. 150.pag. 1 & 2.

¶ Fratres duo docti inquolibet conuentu possunt eligi, qui habeant auctoritatem absoluendi à casibus de Cçna Dñi. fo.151.pag.1.

¶ Fratres Mendicantes in his Indiarum partibus possunt absoluere omnes sçculares ab omnibus peccatis, & casibus. folio. 151. pag. 2.

¶ Fratres possunt absoluere sçculares, & Indos ab omni ex communicatione, quando talis

lis non est notoria . folio . 152 . pàg . 1

❡ Fratres non absoluant sęculares & Indos à notoria excommunicatione, sed remittant ad Episcopum pro absolutione. folio · 152. pagina. 2

❡ Fratres tres vel quatuor inquolibet conuẽtu possunt eligi, qui posśint absoluere ab õnibus & singulis peccatis. fol. 153. pagina. 2. & 253. pag. 1. & 2.

❡ Fratres, quibus visum fuerit Prouinciali cõmunicare auctoritatem, possunt absoluere à casibus papalibus, etiam Cęnę Domini . fo. 154. pagina. 1.

❡ Fratres se inuicẽ percutiẽtes, posśũt se inuicẽ ab ex cõmunicatione absoluere, dũ modo nõ sit in cõuẽtu aliquis qui eos posśit ab soluere. fol. 154. p. 2. &. 155. pa. 1.

❡ Fratres & Nouitij (habentes propositũ profitendi) possunt absolui semel in vita, & in ar ticulo mortis ab omnibus peccatis, & casibus. folio. 155. pag. 1. & 2

❡ Fratres & Sorores sanctæ Claræ, & Tertiarij, & eorum seruitores, semel in vita possunt absolui ab omnibus peccatis, & casibus

ſibus. fo. 155. pa. 2.

¶ Fratres in articulo mortis, & ſi antea de venerint in dementiam, letargiam. &c. poſſunt abſolui generaliter à confeſſoribus Regularibus, vel ſęcularibus. fo. 156. pa. 1.2.

¶ Fratres quater in anno poſſunt abſolui ab omnibus peccatis, & diſpenſari in votis ab ipſis factis. fo. 156. pa. 2.

¶ Fratres Carthuſienſes poſſunt abſolui generaliter ab omnibus peccatis, & cenſuris, in ſollemnitate Natiuitatis Virginis Mariæ. fo. 158. pa. 1.

¶ Fratres pro lucrandis Indulgentijs, & abſolutionibus à cenſuris ſecundum Emanuelem, poſſunt vti conceſsionibus contentis in priuilegijs in foro conſcientię, ſine licentia ſuorum Prę͡latorum: non tamen quo ad abſolutionem à caſibus reſeruatis ipſis Prælatis. fo. 158. pa. 2.

¶ Fratres in hoc nouo Orbe poſſunt adminiſtrare omnia Sacramenta nouiter conuerſis. fo. 174. pa. 1. & 2. & 175. pa. 1.

¶ Fratres de licẽtia ſuorum Prouincialium poſſunt confeſsiones audire, & prædicare In-dis,

dis, non requisita licentia Ordinariorum. fo. 175. pa. 2.

¶ Fratres in his Indijs ex mera obligatione tenentur Sacramenta administrare, in populis sibi assignatis. fol. 177. pag. 2.

¶ Fratres exercentes officium Parochi possunt sepelire Indos cum Cruce alta, etiam transeundo per terminos Parochiæ Clericorum. fo. 210. pa. 1.

¶ Fratres non possunt cognoscere de causis Matrimonialibus in foro contentioso, bene autem virtute Omnimodę Adriani. 6. possunt cognoscere, qui à Prouinciali habuerint auctoritatem, fo. 214. pa. 2.

¶ Fratres possunt exercere officium Parochi in suis locis, vbi sunt eorum Monasteria, & de sua visita, non tamen extra. folio. 215. pa. 1. & 2.

¶ Fratres in Indijs cum sola suorum Superiorum licentia, in Capitulis Prouincialibus obtenta, sine Episcoporum copia possunt exercere officium Parochi. folio. 215. pagina. 2.

¶ Fratres possunt administrare sancta Sacramen-

menta in locis & Ciuitatibus Hiſpanorum vbi habent Monaſteria .fol . 219 . pag .2.

¶ Fratres in locis vbi habent Monaſteria ,& extra, in locis ſibi deputatis, poſsũt baptizare . folio . 220 . pagina.1.

¶ Fratres in locis Clericorum , & alterius Ordinis poſsũt baptizare,vrgente neceſsitate . fol. 220 pag.2.

¶ Fratres poſsunt baptizare Meſtizos , Mulatos , & Nigros in locis ſibi aſsignatis . fol . 220 pag .2.& 221.p.1.

¶ Fratres poſsunt baptizare filios Hiſpanorum in ſuis populis,vbi non eſt proprius Parochus . fol . 221 . pagina.2.

¶ Fratres Mendicantes poſsunt abſolui (ſecundum nonnullos per Bullam Cruciatæ) à caſibus reſeruatis ſuis Superioribus . fol. 248 . pagina .1.

¶ Fratres Societatis Ieſu non poſsunt abſolui per Bullam Cruciatę à caſibus reſeruatis ſuis Superioribus . folio. 248 .pagina.2. & folio 279, pagina.2.

¶ Fratres non tenentur ſoluere quartam partem funeralium . folio . 250 . pag . 1 . & 2

& fo

&fol . 321.pag.2 . & 364 . pag . 1.

¶ Fratres tenentur ſoluere quartam partem funeralium,vbi eſt conſuetudo:nõ tamen ad id ſunt compellendi. folio . 253 . pagina .1.

¶ Fratres poſsunt conſequi diſpenſationem in homicidio voluntario , & ad officia , & dignitates Ordinis promoueri . fol . 253 . p.2.

¶ Fratres tres vel quatuor poſſunt eligi in Capitulis Prouincialibus in confeſſores Pęnitētiarios cum poteſtate abſoluēdi ab omnibus cēſuris , & vota Epiſcopo reſeruata commutandi . folio .253. pag.1.& 2.

¶ Fratres alterius Prouinciæ non poſſunt miniſtrare Sacramenta , niſi de licentia Pręlati eiuſdem Prouinciæ. fo. 256 . pa.1.& 2.

¶ Fratres ex iuſtitia in populis Indorum ſibi aſsignatis debēt adminiſtrare Sacramēta. folio.257.pagina.1.

¶ Fratres Societatis Ieſu(ſine expreſſa ſuorum Superiorum licentia)non poſſunt vti facultatibus contentis in Iubilęis & in Bullis Cruciatę . fol.279.pagina.2.

¶ Fratres Societatis (Ieſu ſine expreſſa ſuorum Snperiorum licentia)non poſſunt vti facultatibus

culta

cultatibus contentis in Iubilęis, & in Bullis Cruciatę. fo.279. pa.2.

¶ Fratres Societatis habentes facultatem, vt absoluantur à reseruatis, tantum in eadem Societate debent confiteri cum deputatis ad confesſiones audiendas. folio.279.pa.2. & 280. pag.1.

¶ Fratres Mendicantes in Indijs commorantes habent amplisſimam priuilegiorum cōmunicationem: tàm in concesſis, quàm in concedendis domibus, Monasterijs Hospitalibus.&c. fol,169.num.5.

¶ Fratres in partes Indiarum (à Regibus iuxta pręceptum Alexandri sexti, misſi) ita se habent, ac si per Summum Pontificem mittantur. fo.307.pag.1.

¶ Fratres (ex priuilegio Pauli quarti) possunt supplere omnes & singulos iuris & facti defectus, si qui interuenerint in eisdem. fol. 315. pag. 2.

¶ Fratres (ex priuilegio Pauli quarti) sunt immunes à decimis, & quarta, & quinta funeralium, & ab omnibus alijs grauaminibus. fol.316. pa.2.

¶ Fra

¶ Fratres in fruitione suorum priuilegiorum non sunt molestãdi, sed potius contradictores censuris compellendi, etiam ad hoc inuocato brachio sęculari. fol. 317. pag. 1.

¶ Fratres sunt exempti à quarta, & quinta funeralium, & habent à Paulo quarto, in suam protectionem duos Episcopos ne molestentur. fol. 321. pag. 2.

¶ Fratribus per Clementinam Dudũ de Sepulturis prohibetur pręaedicare & confessiones audire, sine licentia Parochi. fo. 322. p. 1. & 2.

¶ Fratres sine licentia Curati (ex Paulo quarto) in hac Noua Hispania possunt pręaedicare, & ministrare Sacramenta Neophytis. fol. 323. pag. 1.

¶ Fratres Minores possunt per Syndicos commutare, vel vendere sibi superflua, & ex pecunia alia sibi necessaria emere. fo. 346. pag. 1. & 2.

¶ Fratres (ex licẽtia suorum Prouincialium) in bonis male acquisitis possunt componere nouiter conuersos: dummodo ad pia opera, & non ad vsum proprium bona applicentur. fol. 347. pag. 1.

¶ Fra

